nitatem seruare ꝓposuerũt: et vterqꝫ cōsensit in matri:
monium reuelatiōe spũs sancti. Nec alter cōsensisset in
alterũ / nisi docẽte spũ sancto alter alterius cognouisset
propositũ. Sed postea vterqꝫ ꝓpositum suũ exprimens
verbo deo vouerunt virginitatẽ. Adhuc eni (vt crediꝉ)
ioseph virgo erat: cuiꝰ ratio hec esse pōt. Q2 cum xp̄s in
passione sua nulli matrem seruandã tradidit nisi ꝟgini:
[Despōsatio marie ꝑ ꝟba de presenti.] non est ꝓbabile ꝙ ante conceptum dum adhuc esset iu:
uencula traderetur alicui custodienda nisi virgini. Fuit
autem beata virgo desponsata ioseph / non desponsatio
ne futuras nuptias promittente: sed despōsatione et cō:
sensu per verba de presenti. Et ita verũ matrimoniũ fuit
inter ipsos et consummatũ: solẽnitates eni nuptiarũ nō
sunt de substantia mr̃imonij. Vñ ⁊ ioseph sponsus ⁊ vir
eiꝰ solet dici. Vñ dicit Hugo: ꝙ cũ beata ꝟgo ꝟginitatẽ
vouisset: et parẽtes eã nubere iuberent: timẽs illa inobe:
diens esse parentibꝰ: nec virginitatis ꝓpositũ deserere
volens: per spm̃ sanctũ edocta cōmisit se deo: certã hñs
fiduciã ꝙ eã diuina mĩa ita custodiret: vt posset parenti
bus in ꝯtrahendo mr̃imonio obedientiã exhibere: et tñ
votũ ꝟginitatis nō cogereꝉ frangere. Et ponit exẽplũ
de abraam: qui repromissionẽ acceperat in semīe ysaac:
quem tñ postea iussus est īmolare: cui iussioni paruit: sci:
ens ꝓ certo: q2 ⁊ si ſm humanã rationẽ ꝓmissioni ꝯr̃ia
videreꝉ iussio: ſm illã tñ virtutẽ qua deo possibilia sunt
oīa cũ obediẽtia iussionis impleri posset ꝓmissio. Sicqꝫ
factũ est: vt et obediẽtie inueniret meritum / ⁊ promissio:
nis cōseq̄reꝉ effectũ. Ita potuit esse in ꝓposito de beata
[Virginitatẽ ⁊ fecũditatem amauit maria.] virgine. Vñ ⁊ Ansel. Et quidẽ hec duo ip̄a iocũdiꝰ ama
bat. ꝟginitatẽ. s. ⁊ fecunditatẽ. Virginitatẽ q2 hãc deo ꝑ
oīa placere itelligebat. Fecũditatẽ: q2 sine hac maledi:
ctum legis que adhuc carnaliter custodiebaꝉ incurrere
metuebat. Duo ergo erant in virginis animo inuisibili:
sꝫ magno cōcertãtia ꝑlio. ꝟginitatis amor: ⁊ legalis ma
ledictiōis timor. Verũtñ librato diu: multũqꝫ cōsilio vi
cit amor q̃ ꝑponderabat et terga dedit timor. Vicit ī ea
amor ſuande ꝟginitatis: et exclusit ab ea timorẽ incur:
rẽde maledictōis. Virgo itaqꝫ tenera ⁊ delicata: regali
ex stirpe ꝓgenita ⁊ speciosissima: totã intentionẽ suã: to:
tũ amorẽ suũ: totũ studiũ suũ ad hoc intendit: vt corpꝰ ⁊
aīam suã deo ꝑpetua ꝟginitate ꝯsecraret. Sciebat enim
ꝙ q̃to sanctiꝰ eã ꝯseruaret: tãto sublimiꝰ ei q̃ oīm castis
simꝰ (imo q̃ ipsa castitas est:) appropiquaret. Amplectẽ
do igiꝉ qđ acceptabiliꝰ esse cognouit dño legis sperauit
et credidit se plene euasurã maledictionẽ date legis. re:
putãs secũ illđ tãte bōitatis: tanteqꝫ sapie: vt dñ se nul:
latenus iuxta cōsciẽtiã suã meliꝰ scire / aut posse facere
q̃ꝫ faciebat aduerteret: totũ cōsiliũ ne q̃d pc̄ti ī istis sub
iret inueniret Nec decepta est. Quis eni sperauit in do:
mino ⁊ derelictꝰ est ab eo: Deniqꝫ vbi tam sanctã inten:
tionẽ eiꝰ: tã castũ ꝓpositũ eiꝰ: tã firmã fidẽ constantem
spẽ ⁊ indeficientẽ vidit charitatẽ eiꝰ: eo misericordie sue
intuitu egit circa illã: vt nec sanctitas intentiōis eiꝰ fru:
straret: nec castitas ꝓpositi eius violareꝉ. Ne aũt firmi
tas fidei infirmata spei cōstãtia titubaret: aut charitatꝫ
in ea plenitudo deficeret: occurrit ei auxilium q̃ ei et qđ
timebat eriperet: et qđ amabat saluo signaculo non au:
ferret. Dedit ergo illi vt ⁊ ꝟgo qđ ⁊ magis optabat ꝑma
neret: ⁊ nemo illã a maledicto liberrimã dubitaret / fecũ
da fieret. Dedit ei vt esset ⁊ ꝑle fertilis: et virginalis dã:
ni īmunis. hec Ansel. Et est hic sciendũ ꝓpter marie co
gnationẽ: de qua in euãgelio sepe fit mentio: ꝙ anna tres
[Anne mariti ⁊ filie ⁊ earũ filij et mariti.] viros successiue habuit. Primo Joachim. Scđo cleo:
pham fratrem ioseph. Tertio salomã. De quolibet horũ
filiam vnam suscepit: et quãlibet mariã appellauit. He
tres marie tres viros habuerunt. Prima ioseph. Scđa
Alpheũ. Tertia zebedeũ. Prima parit Christũ. Scđa
Jacobũ minorẽ ⁊ ioseph iustũ: qui ⁊ barsabas est dictꝰ
ac Symeonẽ ⁊ iudã. Tertia Jacobũ maiorẽ et Johan
nem euãgelistã. Jacobꝰ aũt zebedei lꝫ posterior natu: tñ
maior est dictꝰ: q2 priꝰ a dño vocatꝰ: ad cuius distinctio:
[Fr̄es dñi.] nẽ Jacobꝰ alphei minor est appellatꝰ. Hic Jacobꝰ mi:
nor ⁊ tres fratres sui pre ceteris cōsanguineis dicti sũt
fr̄es dñi: q2 nō solũ cognati erant de duabus sororibꝰ: sꝫ
⁊ putabanꝉ agnati tanq̃ꝫ ex duobꝰ fratribꝰ scilꝫ Joseph
et cleopha descendentes. Inter quos tñ antonomatice
Jacobꝰ frater dñi est dictꝰ: q2 erat ei in facie ⁊ lineamẽtꝫ
[Christus cur de desponsata nasci voluit.] corporis similis. Voluit aũt dñs matrẽ suã habere vir
et nō de simplici: sed de desponsata cōcipi et nasci diuer
sis ex causis: quarũ quedã accipiuntur ex ꝑte pueri: q̃dã
ex parte matris: quedã ex parte aliorũ. Ex parte pueri
sumuntur rationes quinqꝫ. Prima ſm Hiero. propter
[Cause ex ꝑte pueri.] declarationẽ originis: vt per generationẽ Joseph cuiꝰ
maria cognata erat: origo marie monstraretur: et more
scripturarũ genealogia christi per virũ describeretur.
Scđa ſm Amb. ꝓpter remotionẽ suspitiōis: ne. s. a legis
iniuria incepisse videreꝉ: cũ partꝰ inupte: lege dãnareꝉ.
Tertia ſm eundẽ: ꝓpter remotionẽ suspitiōis: ne scilicꝫ
herodes ⁊ iudei christũ iuste quasi de adulterio natũ ꝑ

sequi viderent:ꝛ ab īfidelib⁹ tanq̄ȝ illegitim⁹ abijceret.
Quarta ſm Orige. Propter ſuſtentationem pueri(ma:
xime cū deberet in egyptū portari) vt ſcȝ Joſeph nutri:
ret. Vn̄ ꝛ Joſeph nutritius dn̄i appellatur. Quinta ſm
Origenē. Hiero. ꝛ Amb. propter occultationē natiuita:
tis christi: vt videlicet myſteriū et part⁹ filij dei dyabo:
lo celaretur: dū eū putaret nō de ꝟgine: ſed de vxore ge:
neratū. ¶ Item quinq̄ȝ rationes ſumunt ex parte m̄ris.

Cauſe ex pte m̄ris.

¶ Prima ſm Amb. ne grauida apparens infamaretur
et ideo pmiſit dn̄s q̄ poti⁹ de ſuo ortu q̄ȝ de matris pu:
dore dubitaretur. ¶ Scd̄a ſm Bedam ꝛ Hieronimum
ad vitationem pene. ne. ſ. tanq̄ȝ adultera a iudeis calum:
niaretur ꝛ ſic q̄ſi iuſte lapidaret. ¶ Tertia ſm Hiero. et
Origen̄. ad ſuſtentationē ſolatij vt. ſ. viri miniſterio ꝛ ſo:
latio: ꝛ maxime in egyptū fugiēs: ꝛ inde rediēs frueret.
¶ Quarta ſm glo. ad roborationē fidei. vt. ſ. Marie ver
bis maior fides adhiberet: innupta enī pregnās mentiri
videretur: nec ei ſi ſe virginem eſſe diceret crederetur.
¶ Quinta ad participationē ſtat⁹ ſinguli: vt videlȝ m̄r
dn̄i haberet aliquid cuiuſlibet ſtat⁹. ſ. virginitatis / m̄ri:
monij / et viduitatis. Itē q̄nq̄ȝ rōnes ſumuntur ex parte
aliorum.

Ex parte aliorum.

¶ Prima ſm Amb. ad remotionē excuſationis
peccati: ne ꝟginib⁹ īpudicis ꝛ male viuentibus velamē
excuſatiōis preberet: ex quo mater dn̄i infamata videre
tur. Secūda ſm orig. ad cōfirmationē matrimonij con:
tra futuros hereticos / m̄rimoniū dānare volētes. Vel
vt p h̄ q̄ de virgine ꝛ deſponſata naſceret: vterq̄ȝ ſtatus
et virginū ꝛ coniugatorū approbaretur contra hereti:
cos alti iſtoꝝ detrahētes. ¶ Tertia ad ſubleuationem
opprobrij. vt. ſ. ab oī gradu feminaꝝ tolleret opprobriū
q̄ᵭ in eua incurrerāt omnes femine: ꝛ tam ꝟgines q̄ȝ nu:
pte: q̄ȝ etiā vidue a cōmuni opprobrio q̄ᵭ in eua contra:
xerant eximerentur in pſona marie. ¶ Quarta eſt ad cō
mendationē exempli: vt videlȝ oſtēderet facta deſponſa
tione ante conuentionē liberū eſſe trāſire ad meliora vo:
ta: ſponſo irreq̄ſito: vt eſt in religionis ingreſſu: vbi anīa
deſpōſat deo: ſicut fuit in beata ꝟgine. ¶ Quinta eſt ſm
Criſ. ad declarationē myſterij: quo. ſ. ipſi xp̄o deſponſa:
tur eccl'ia: q̄ ꝟgo eſt īmaculata ſemp ꝛ ſine ruga: cui⁹ vir
ginis ſumus filij in fide Jeſu xp̄i: q̄ ſm Leonē papam
quo ſpiritu de virginis vtero naſcitur xp̄s: hoc de eccle:
ſie vtero naſcitur xp̄ianus.

Maria cur fabro nupſit.

Ideo aūt ſm Criſ. Btā ma:
ria fabro lignario deſponſata fuit: q̄ꝛ xp̄s eccl'ie ſponſus
omniū ſalutem per lignum crucis operari debebat. Et
ſm Augu. Chriſtus natus de matre / que fabro deſpon:
ſata erat: oēm carnalis nobilitatis tumorē extinxit. Hec
fuit prefigurata p virginē ſarā Raguelis filiā Thobie
deſponſatā: que ab oī cōcupiſcētia mundā ſeruauit ani:
mam. Multomagis maria ioſeph deſponſata: q̄ ꝟgo in
eternū pmanſit immaculata.

Maria turri baris cōparat.

¶ Cōparat etiā virgo ma:
ria turri fortiſſime. que dicebat baris: que (vt in ſchola:
ſtica hyſtoria dicit) duob⁹ cuſtodib⁹ defēdi poterat ab
omnibus viuentibus. Tam fortiſſima et inuincibilis fu:
it virgo maria: cuius cuſtos precipuus erat deus eter:
na ſapientia.

Maria turri dauid cōpat.

Cuius vita etiam comparatur turri dauid
que munita erat mille clipeis: qui de ea dependebant. q̄ꝛ
mille virtutes et multo plures in maria apparebant: qui
bus vita eius munita erat intantum q̄ omnes tēptatio:
nes et peccata ſuperabat: et non ſolum hoc a ſe / ſed etiā
ab alijs gratiam ſuam infundendo repellebat.

Marie excellentia ī gr̄a et in merito.

Conſide:
ra mō quante ante hanc beatā virginē: ꝛ etiā quāte poſt
eam mulieres ꝛ ꝟgines fuerint: hec tamē ſola mater do:
mini fieri meruit. Magna enī et ineffabilis gratia eſt vt
vna ex tantis milibus eligat. Ideo autē pre ceteris ele:
cta fuit: q̄ꝛ om̄es alias ſanctitate precelluit. vnde Anſel.
Eam ſolam ſcrutās corda ꝛ renes de⁹ ex omnib⁹ virgi:
nibus quas capiebat mundus elegit ꝛ ſacrauit: vt habi:
taret in ea corporaliter quā iā plenā pridē ꝟtutibus fo:
uebat: ꝛ circūplectebatur ſpiritualiter. Ipſam autē om
nes mulieres ſanctitate precelluiſſe: puta q̄ᵭ intelligit: q̄
animaduertit. Nam alie quidem partes gratiarum me:
ruerunt: ipſa autem plena gratia / ab angelo ſalutatur.
Hec Anſelmus.

Oratio.

Salue virgo ieſſe florida ꝛ fructifera maria vir
go btiſſima: de qua vnic⁹ ille ꝛ ſingl'aris flos
et fruct⁹ pdijt: vn̄ ꝟtutū ſpiritualiū germen
erupit. Flos ſuauiſſim⁹ emittēs odorē. Fru:
ctus ſapidiſſim⁹ imittēs dulcorē. Flos cui⁹ bōitas ex:
pellit meſticiā. Fruct⁹ cui⁹ ſatietas plenā dat leticiam.
Bn̄dicta ꝟgo de radice ieſſe. Bn̄dict⁹ ꝛ flos q̄ de tali ra
dice aſcēdit. Bn̄dicta arbor. Bn̄dict⁹ ꝛ arboris fruct⁹.
Tuo ergo flore me recrea. Tuo fructu ab omni miſeria
me libera ꝟgo maria in eternum benedicta. Amen.

¶ De cōceptiōe iohānis p̄curſoris. Cap. iiij.

Luce. i.

Cōceptio ꝛ natiuitas diui Jois baptiſte.

Fuit autem in diebus il=
lis] . ſ. in dieb⁹ herodis regis iudee [ſa
cerdos quidā nomīe zacharias: de vi
ce abia: ꝛ vxor ei noīe Elizabeth] aaro
nica [erantq̄ȝ ambo] iuſti ante deum]
nō ſicut hypocrite q̄n̄ fingūt iuſticiā
ante mundū [incedentes in oīb⁹ man
datis] q̄ȝtum ad obſeruantiā moraliū preceptorū [et iu:
ſtificationib⁹ dn̄i] q̄ȝtum ad obſeruantiā cerimonialiū
[ſine querela] q̄ȝtū ad obſeruationē iudicialiū: q̄ꝛ pacifi
ce ad proximos ſe habebāt [et nō erat illis fili⁹] propter
ſterilitatem: que eſt cauſa ſpecialis mulieri: et ſenectutē
que eſt cauſa cōmunis viro et mulieri.

Cōceptio p̄curſoris fuit miraculoſa.

Ex quo apparet
cōceptio precurſoris miraculoſa: q̄ꝛ nō fuit tantum per
naturā: ſed p naturā gr̄a diuina adiutam. Iſte herodes
de patre idumeo deſcendens fuit alienigena: ꝛ iam ſce:
ptrum ablatum fuit de iuda: ꝛ ideo temp⁹ aduent⁹ xp̄i
inſtabat: q̄ꝛ Jacob patriarcha ſpiritu prophetico ſignū
aduentus xp̄i p̄dixerat: q̄n̄ regnū iudee ad alienigenam
trāſlatū eſſet: dicens. Nō auferetur ſceptrum de iuda: et

Gen. xlix.

dux de femore eius: donec veniat qui mittēdus eſt: et ipſe
erit expectātio gentium.

Sacerdotes multi.

Et ſciendum hic q̄ cum moy:
ſes vnicum inſtituiſſet ſummū ſacerdotē: cui mortuo vn⁹
p ordinē ſuccederet. Dauid volens ampliare cultum do
mus dn̄i de. xxiiij. familijs que deſcenderāt ab aaron in
ſtituit. xxiiij. ſacerdotes: ſuper quos tn̄ vnus maximus
erat et ſumm⁹ oīm: qui dicebat princeps ſacerdotū. In
ſtituit etiā vt viciſſim miniſtrātes p hebdomadā a ſab:
bato vſq̄ȝ in ſabbatū tp̄e vicis ſue ſinguli caſtimonie ſtu
derēt: nec interī in domū ppriam intrarēt: ſȝ in domūcu
lis circa tēplū cōſtitutis (q̄ exedre vocabant) cubarēt.
Et ſm ſortes dedit cuiq̄ȝ vic[ſue hebdomadā: ꝛ octaua
ſors cecidit ſup Abiā: de quo deſcendit iſte zacharias.
Similiter de tribu leuitarum. xxiiij. leuite erant vt ipſi
quoq̄ȝ eodē mō ſortiti iuxta morē ſacerdot[octenis die
bus miniſtrēt [zacharias aūt cū in ordine vicis ſue ſa:
cerdotio fungeret] ſm exigentiā ſortis ſue octaue [exijt]
de domo vbi ſe ſacerdotalib⁹ veſtib⁹ induit [vt incenſū
poneret: ingreſſus in tēplū dn̄i] decima die mēſis ſepti:
mi. i. ſeptēbris [Et interī popul⁹ foris orabat] extra tē:
plū: q̄ꝛ nō erat licitū pp'lo ingredi tēplū / ſed tm̄ atrium.

Zacharias nō fuit ſumm⁹ ſacerdos.

Ex his videt zacharias fuiſſe ſacerdos ſimplex: nō ſum
mus: q̄ꝛ hic dr̄ q̄ ingreſſus fuit tēplū ad ponēdū icēſum
tm̄: hoc aūt licitū erat minoribus ſacerdotib⁹: ſm q̄ᵭ di:
cit ap'ls.

Heb. ix.

In primo quidē tabernaculo quotidie intrabāt
ſacerdotes ſacrificiorū miniſteria cōſummātes: q̄ꝛ per:
acto ſacrificio in altari holocauſtorum q̄ᵭ erat in atrio
vbi miniſtrabāt ſacerdotes miores. Sacerdos q̄ ibi mi:
niſtrauerat accipiebat prunas de altari holocauſtorū:
et intrās p̄mā partē tēpli: q̄ vocat ſctm̄ vel ſancta: cōcre
mabat in illa ſup altare incenſi thimiama: ꝛ tunc erat ſa
crificiū conſummatū / et hoc fiebat omni die. In hoc enī
erat ꝯſummatio ſacrificij: q̄ꝛ ſacrificia veteris legis non
erant accepta: niſi ex fide ꝛ deuotione offerentium. De:
uotio autem p thurificationē deſignabatur: et ideo in h̄
ſacrificium cōſummabatur. In illā vero partem tēpli q̄
dicebat ſctm̄ ſctōꝝ: ſol⁹ ſūm⁹ ſacerdos intrabat / cū ſan:
guine hirci ꝛ vituli: īmolati p pctō ppl'i: vt ex illo aſpge
ret cōtra ppiciatoriū. Nō aūt zacharias intrauerit cum
ſanguine tali nō dr̄ hic: ſed ſolū ad ponēdū incēſū. [Vn̄
angel⁹ apparuit ei a dextris altaris incenſi] quod etiam
vocatur altare aureū. Hoc aūt altare nō fuit itra ſancta
ſctōꝝ / ſed in p̄ma pte tēpli: ad quā ſimplices ſacerdotes
poterāt ingredi. ¶ Sȝ incenſum q̄ᵭ ſoli ſūmo ſacerdoti
licitū erat ponere intra ſctm̄ ſctōꝝ in die expiationis: h̄
non ponebatur ad offerendū: ſed vt nebula inde conſur:
gens opiret oraculū q̄n̄ pōtifex aſpgebat ſanguine vitu
li ꝛ hirci ꝯtra oraculū. Et nec aliq̄s hyſtoriograph⁹ de:
ſcribēs ſacerdotiū iudeoꝝ mētionē facit de ſūmo zacha
rie ſacerdotio. ¶ Per zachariā q̄ dn̄i memor interp̄tat
bonus plat⁹ ſignatur qui i ſuo pectore debet dei memo:

riã gerere pro sua et suorũ subditorũ salute. Hic aũt tẽ-
plũ ingredit per diligẽtẽ diuini cultꝰ sollicitudinẽ: ⁊ of-
fert incensum ꝑ deuotã orõnem: ⁊ populꝰ orat ꝑ eius in-
Mẽoria formationẽ. Triplex ẜo debet haberi de deo memoria:
de deo tri- scȝ potentie eius quo ad opera creationis: sapientie quo
plex. ad opera recreationis: bonitatis quo ad opera retribu-
tionis. Prima ad patrẽ. Secũda ad filiũ. Tertia ad spi
Angelorũ ritũsctm referat. Apparuit aũt zacharie gabriel angelꝰ
discretio. stãs a dextris altaris incẽsi. quo viso timor irruit super
eũ ꝓpter altioris ⁊ potẽtioris nature aspectũ: sed bonꝰ
a malo discernit: qꝛ malꝰ horrorẽ cõtinuat: qui ſm Beđ
nulla meliꝰ rõne ꝙ̃ fide intrepida superat. bonus autem
statum confortat ⁊ ꝯsolat. Unde angelꝰ statim eũ ꝯforta
uit: dicẽs. Ne timeas zacharia: q̃si diceret. Ueni ad con
solationẽ tuã: et ideo subdit. Qꝛ exaudita est deprecatio
tua. Orabat enĩ nõ ꝓ sobole de qua iã non sperabat: pre-
sertim cum de sua sueq̃ʒ vxoris etate diffideret: eousq̃ʒ
vt angelo id ꝓmittẽdi nõ crederet: sȝ ꝓ ppli pctis ⁊ re-
dẽptiõe ⁊ aduẽtu messie: ⁊ qꝛ salꝰ ppli ꝑ xp̃m futura erat
nũciauit ei filiũ nascituꝝ q̃ penitẽtiã ⁊ fidẽ p̃dicãdo ple
bẽ saluatori p̃pararet. Nomẽ quoq̃ʒ pueri indicauit: qꝛ
Johes in- Johãnes vocari debuit. Johãnes enĩ interp̃tat in quo
terpretat est grã: ipe vero xp̃m manifestauit ꝑ quẽ grã et veritas
gratia. facta est. Ubi Beda. Johãnes interp̃tat in q̃ est grã vel
dñi grã: quo noĩe declarat primo parẽtibꝰ eiꝰ graȝ qui
bus decrepitis filius nasceretur esse donatã. Deinde ipi
iohãni q̃ magnꝰ corã dño erat futurꝰ: et adhuc in vtero
matris spũssancti sit munere ditãdus. Postremo etiam
filijs israel quos ad dñm deũ ipsoꝝ erat ꝯuersurꝰ. Hec
beda. Patri quoq̃ʒ inde gaudiũ. s. interiꝰ/⁊ exultationẽ
scȝ exteriꝰ insinuauit. Dicit enĩ exultatio q̃si extra salta
Exulta- tio. et hoc est ꝓprie qñ gaudiũ est tm̃ interiꝰ ꝙ non po-
tio qđ dr. test cõtineri quin appareat exteriꝰ. Letitiam etiã multis
Gaudium alijs in eius natiuitate ꝓmisit: qꝛ ĩ ortu eiꝰ nõ solũ pater
nati Joh. sed et alij multi sunt gratulati/⁊ nũc etiã videmꝰ ipleri.
qꝛ dies sue natiuitatis nõ solum festiuat ab oĩbus xp̃ia-
nis: sed etiã a sarracenis: ⁊ q̃busdã alijs. Uñ Beđ. Me-
rito pater gaudet ꝙ vel in senecta natũ: vel talis grẽ ac-
ceperit filiũ. Gaudẽt ⁊ alij q̃bus inauditũ eatenꝰ regni
celestis euãgelizauit ingressum. Uñ ⁊ Ambro. Solẽnis
letitia est in ortu ⁊ generatiõe iustoꝝ. Sanctꝰ enĩ non so-
lũ parentũ grã: sed etiã salꝰ est plurimoꝝ. Uñ admone-
mur hoc loco sanctorum gñatione letari. Hec Ambro.
¶ Moraliter in quolibet nostrũ possumꝰ ĩuenire zacha-
riã ⁊ vxorẽ eiꝰ elizabeth q̃ parit ei filiũ: cuiꝰ nomen debȝ
vocari Johãnes. eritq̃ʒ sibi gaudiũ ⁊ exultatio: ⁊ multi
in natiuitate eius gaudebunt. Elizabeth vxor zacharie
põt intelligi caro copulata spũisctõ: qꝛ sicut vir regit et
castigat vxorẽ: ita spũs castigare et regere debet carnẽ
ne lasciuiat ⁊ incidat in fornicationis reatũ. Hec parit
ei filiũ/qñ spũs ꝑ carnis officiũ exercet opus viuũ: vt si
dat elemosinã: vestit nudũ: pascit esurientẽ: visitat infir-
mũ: sepelit mortuũ. ⁊ cetera hmõi: tũc vxor ipsius sicut
vitis abũdat in lateribus domꝰ sue. Huiꝰ filij nomẽ de-
bet Johãnes/videlȝ dei grã vocari: qꝛ nemo bonũ opus
debet sibi ascribere: sed tm̃ grẽ dei. Eritq̃ʒ sibi gaudium
et exultatio: qꝛ de bono ope gaudebit ⁊ exultabit q̃ men
tẽ letificat ⁊ serenat. Et multi ĩ natiuitate eiꝰ gaudebũt.
oẽs videlȝ boni q̃ ꝓximo suo congratulant in bono. Est
ergo nobis sũmopere ꝓuidendũ: vt q̃ gaudemꝰ exteriꝰ
tripudiãtes in corpore: gaudemꝰ ĩteriꝰ exultãtes in mẽ
te: qꝛ reliq̃e cogitationũ diẽ festũ agũt dño. Nõ est ipijs
gaudere (dicit dñs) nec pctõribꝰ a facie pctõrũ. Quocir-
ca purgemꝰ aĩas nr̃as a maculis vitioꝝ/ vt tãte solẽni-
Magnitu tatis gaudiũ digne celebrare possimus. Magnificentiã
do ioh. ba- etiã pueri corã dño futurã ĩ ẜtute/sanctitate/⁊ dignita-
ptiste. te angelꝰ p̃nũciauit. Cuiꝰ magnitudo in q̃ttuor cõsistit
ſm q̃ttuor dimẽsiones: scȝ in altitudine ꝯuersationis: in
ꝓfunditate hũilitatis: in latitudine charitatis: in longi-
Eph. iij. tudine ꝑseuerãtie finalis. ſm illud aplĩ. Ut possitis com
prehẽdere cũ oĩbꝰ sctĩs ⁊c. Saluatore quoq̃ʒ postmodũ
Matth. xj attestãte. Inter natos mulierũ maior eo nõ surrexit. Sȝ
et angelꝰ multiphariã eiꝰ magnitudinẽ subsequent expo
suit: ⁊ plura ipsiꝰ p̃uilegia seriatim mẽorauit. Nã vitam
eiꝰ cũ abstinẽtia p̃dixit: scȝ ꝙ vinũ ⁊ sicerã. i. poculũ qđ
inebriare põt bibiturꝰ non esset: qꝛ nõ decet vas celesti
mãcipatum grẽ seculi illecebris deseruire. In q̃ patẽter
ĩdicauit angelꝰ: qꝛ ab oĩbꝰ vitijs ⁊ mũdi illecebris q̃ sta

tum mẽtis solẽt euertere futurꝰ erat ĩmunis. Predixit
etiã angelꝰ ꝙ spũsctõ ex vtero esset replẽdꝰ: scȝ q̃ʒtũ ad
purgationẽ originalis peccati/⁊ ad opationẽ boni me-
ritorij. In q̃ ꝑfecto ostẽdit: qꝛ natꝰ in mundũ cũctis vir
tutũ fratribꝰ clarificãdꝰ esset. Predixit quoq̃ʒ ꝙ mltos
filios israel cõuerteret ad dñm. i. ad xp̃m: qđ ⁊ fecit p̃di-
cãdo ipȝ/⁊ p̃hibẽdo de eo testimoniũ. ¶ Prenũciauit ĩ
sup angelꝰ: qꝛ ante dñm in spũ ⁊ virtute helye esset p̃ces-
surꝰ. Primo ꝓpter similitudinẽ officij: qꝛ sicut helyas
p̃cedet aduẽtũ xp̃i scđm: ita Johãnes p̃cessit ꝑmũ. Se-
cũdo ꝓpt silitudinẽ vite: qꝛ vterq̃ʒ vixit ĩ magna victꝰ ⁊
vestitꝰ austeritate. Tertio ꝓpt silitudinẽ doctrĩe: quia
vterq̃ʒ ꝯstãter redarguit vitia: etiã ꝑsonaꝝ magnaꝝ. Ad
hoc aũt debebat p̃cedere vt ꝯuerteret corda patrũ in fi
lios: scȝ q̃ʒtũ ad scripturaꝝ intelligentiã: et incredulos
ad prudentiã istoꝝ: q̃ ad fidei obedientiã: ⁊ pararet dño
plebẽ ꝑfectã: quo ad euãgelij ⁊ noui testamẽti grãm su-
scipiẽdã: qꝛ neminẽ ad ꝑfectũ adduxerat lex. Et ꝓpter Lex timo
hoc dicitur illa lex timoris: qꝛ ĩꝑfectoꝝ est timore pene ris.
retrahi a malis. Lex aũt euãgelica dicit lex amoris: qꝛ Lex euan
ꝑfectoꝝ est a malis retrahi amore boni. Sicut aũt de pa gelica dr
rẽtibꝰ senibꝰ talis ⁊ tãtus natꝰ est: sic sepe ꝓuecte etatis lex amoris.
hoĩes ⁊ bonis opibꝰ steriles ex dono spũssancti faciunt
magnũ fructũ in eccl'ia dei: sicut patet de Augu. ⁊ dyo. q̃
ꝓuecte etatis vocati fuerũt ad fidẽ xp̃i. Zacharias autẽ Zach. cur
sterilitatẽ vxoris/⁊ vtriusq̃ʒ senectutã ꝯsiderãs nõ credi obmutuit.
dit: ⁊ ob hoc vsq̃ʒ in diẽ partꝰ obmutuit: significãs ꝙ iã
adueniente xp̃o lex ⁊ ꝓphetie adimplere tacerẽt. Unde
Cris. Et ideo zacharias sacerdos iudeoꝝ obmutuit: qꝛ
iã cessare ⁊ obmutescere oportebat sacrificia eoꝝ q̃ pro
pctis populi offerebant. Ueniebat enĩ solus sacerdos q̃
agno ꝓpo ĩmolato: sacrificiũ deo ꝓ pctis oĩm offerret.
Per hoc quoq̃ʒ ꝙ dubitãs factꝰ est mutꝰ: significatur ꝙ
ligua dubitãtis in fide facta est muta: qm̃ eiꝰ oratio non
est deo accepta. Per h̃ etiã ꝙ post reuelationẽ sibi factã
obmutuit: innuit ꝙ post reuelationẽ siue visionẽ debet
hõ reticere q̃si mutꝰ: nõ se iactare tãq̃ʒ elatꝰ. Ut aũt iple
ti sũt dies officij eiꝰ abijt in domũ suã ad quã nõ licebat
reuerti durãte officio. Uicis enĩ sue tẽpore sacerdotes Abstinen-
castimonie studebãt: ac ſm preceptũ dñi vinũ/⁊ oĩe qđ tia sacer-
inebriare põt nõ bibebãt. Sed si legalis sacerdos tene- dotũ lega-
batur ad tantã ꝯtinẽtiã ⁊ abstinẽtiã ac reuerentiã sacto- lium.
rũ: multomagis sacerdos euangelicꝰ/ qui tm̃ cõficit sa-
cramentũ. Et qꝛ tota hebdomada q̃ in tẽplo mĩstrabat Hebdo-
sacerdos ad hoc deputatꝰ: in tẽplo manebat/ ⁊ non exi- madarij
bat ad ꝓpria negocia: intentꝰ ad diuina: ex hoc inoleuit hõesta cõ-
cõsuetudo apud aliquos religiosos sctã ⁊ honesta: scȝ ꝙ uersatio
ille q̃ est hebdomadariꝰ ꝑ totã hebdomadã manet itra vñ orta.
claustrũ nõ exiens ad exteriora intentꝰ ad diuina: qꝛ illo
tpe mediꝰ ⁊ sequester inter ꝯuentũ et deũ. Apud quosdã
etiã religiosos abstinet illa hebdomada a cõmuni collo
quio: ⁊ apud quosdã etiã seculares canonicos in cõmu-
ni tũc dormit dormitorio. Post hoc elizabeth ꝯcepit. s. Dies cõce
viij. kal'. octobris: ⁊ sexta feria: et qꝛ senex erat pre vere- ptus eliza
cũdia se. v. mensibꝰ occultauit: donec maria cõciperet: et beth.
fetus eiꝰ exultãs cũ gaudio ꝓphetaret. Licet enĩ de cõ-
ceptu ⁊ de oblato opprobrio sterilitatis gauderet: ꝓpt
anilẽ tñ etatẽ aliquãtulũ erubescebat: ne in senectute vi- Erubescẽ
deret libidini vacasse. Antiqui enĩ vbi non erat spes de tie causa.
ꝓle non ꝯueniebãt inter se. vbi Beđ. Quãta sanctis cura
sit ne q̃d turpe de quo erubescere debeãt admittãt osten-
dit elizabeth: q̃ ⁊ de ipsis q̃ accipe cupiebat donis erube
scit. Considera ergo hic q̃ũo elizabeth etiã de licitis eru
bescebat coram hoĩbus: ⁊ stude de illicitis omnibꝰ eru-
bescere ⁊ abstinere: nõ solũ corã hoĩbꝰ: sed etiã corã deo
⁊ angelis eiꝰ. Nã (testãte boetio) magna ẽ nobis ĩdicta
necessitas recte viuẽdi ⁊ ꝓbitatis: q̃ oĩa facimꝰ añ ocu-
los iudicis cũcta cernẽtis. vñ Aug. Quicq̃d fecero deꝰ
assistit: vtpote ꝑpetuꝰ inspector oĩm cogitationũ/inten-
tionũ/⁊ actionũ. Cũq̃ʒ hec diligẽter ꝯsidero: timore pa-
riter ⁊ ĩgẽti rubore cõfundor. qꝛ illũ vbiq̃ʒ p̃sentẽ/et oĩa
occulta mea videntẽ intueor: multa enĩ sunt in me de q̃bꝰ
corã deo erubesco. Et iđ ait Ansel. Ubi pecca: vbi deum
esse nescis. Uñ ⁊ q̃dã aliꝰ. Cũ q̃d turpe facis qđ me spe-
ctante ruberes. Cur spectãte deo: nõ magis ipse rubes?
Inter ꝓprietates q̃ppe hoĩs vna est verecũdari in tur-
pi ꝑpetrato. Propter qđ inuerecũdi dicuntur inemẽda
biles: qꝛ in aliquo a rõnis honore mutati sunt pecorinã

naturam assumentes: et tanq̄ effrontes inter hoīes rationales se habentes. Oratio.

Matth. xi.

Sancte Johānes tu eodē angelo quo christus denūciante ↄcept⁹ ꝛ prius ab ipso angelo laudatus q̄ a pr̄e genitus. Tu de quo dixit de⁹. Inter natos mulieꝝ non surrexit maior: ad te dn̄e tam sanctū: tam beatū: tam magnū confugio dubi⁹ de salute mea q̄ cert⁹ de magna mea culpa: sed sperans de maiori tua grā. Dele ꝗ apd deū scelera mea: q̄ maiora sunt apud eum merita tua. Magna enim sunt (magne Johānes) merita tua: vt sufficere possint tibi et mihi. et si prosint mihi: nihil minuetur tibi. Suppleat ergo tua abūdantia meā inopiam: vt de te me ditatum et saluatū in eternum gaudeam. Amen.

¶ De conceptione saluatoris. Cap. v.

Cōceptio saluatoris nostri.



In mense autē sexto a cōceptione precursoris: postq̄ venit plenitudo illius sacratissimi ꝛ felicissimi tēporis. s. principiū sexte etatis q̄ summa trinitas generi humano p īcarnationē vbi puidere ante tpa ordinauerat: vocās de⁹ omnipotēs gabrielem archangelum/vnum de p̄mis principib⁹ regni sui. misit eū in ciuitatē galilee dictā nazareth: ad virginē mariam desponsatam ioseph viro de suo genere: q̄ ambo erant de domo dauid de familia regali. de tribu ꝛ stirpe nobili: et pre ceteris religiosa: sicut dicit Bern. Placuit deo eodē ordine et eodē modo hominē recōciliare quo nouerat cecidisse. Ceciderat aūt homo ſm Bedam. diabolo destinante: serpente exequēte: diabolo interueniente: muliere consentiente. Reparat⁹ est eodē ordine ecōtrario: deo destinante: angelo exequente: dyalogo interueniēte: et virgine consentiente. verba aūt hic posita mysterijs sunt plena: et ideo (vt dicit Beda) solenniter sunt notanda: tantoq̄ diligentius cordi inserenda: quanto manifestius apparet q̄ in ipsis tota redēptionis nostre summa consistit. Libenter enī debem⁹ recordari de principijs nostre salutis. Notandum ergo q̄ numer⁹ senarius non vacat a mysterio. Unde christ⁹ ↄcept⁹ est sexta etate: q̄ per ipsum debebant oīa perfici. numerus senari⁹ perfectus est. Itē sexta cyliade. i. millenario: qui est limes omnium numerorū: ꝛ christus est limes et finis oīm entiū. Item sexto mense: q̄ illo mense fact⁹ est mund⁹: qui per ipsum refici debebat sicut per ipsum factus fuerat. Itē sexta feria/quia illa die hō est creatus: ꝛ p ipsum recreari debebat iam perditus. Et ideo similiter eadem etate: eodem millenario: eodem mense: ꝛ eadem feria passus est reuolutis. xxxiij. annis. Et forte (vt omnia conuenirent) dici posset q̄ etiam sexta hora cōceptus esset: quia ea hora passus est/sicut etiam eadem hora hō peccauit: vt sic ſm quādam congruentiā eadem hora qua Eua seducta fuit per diabolum. Maria edocta sit per angelū.

Senarius numerus nō vacat a mysterio.

Gabriel dei fortitudo interp̄tatur.

Missus est igitur angelus gabriel: qui dei fortitudo interpretatur. vt dei virtutem ꝛ dei sapientiam carnem suscipere nūciaret: in qua humilis apparens aereas potestates debellaret. Et ideo merito de ordine archangelorum esse debuit: q̄ magna nūciauit. De⁹ autē mittēs angelum fuit tota trinitas: lȝ pr̄i specialiter attribuat. Pater qdē misit: q̄ ei īcūbebat puidētia de filio: de sponsa: et de genitrice. Fili⁹ vero misit q̄ venturus erat in virginem. Spūs sanctus etiam misit/q̄ ipse sanctificare et obumbrare habuit ipsam.

Trinitas misit archangelū.

Galilea trāsmigratio interp̄tatur.

¶ In ciuitatē galilee q̄ interpretatur transmigratio: quia. s. transiturus erat de incredulitate iudeorū ad fidē gentiū. Est aūt duplex galilea: vna est gentiū cōiuncta tiris: quam salomon dedit regi yrā: et de illa hic non dicitur. Alia est iudeorum que est super mare galilee: ꝛ de illa hic intenditur.

Nazareth flos interpretatur.

¶ Cui nomen nazareth quod interpretatur flos. Conueniēs enim fuit vt verus flos. i. christus conciperetur in flore. i. in nazareth: ꝛ de flore. i. de beata virgine: ꝛ cum floribus id est tempore florum: ꝛ sic accipiemus florem/de flore/in flore/inter flores. Dicitur autem flos iesus propter sancte conuersationis pulchritudinē et decorem: propter bone opinionis suauitatem ꝛ odorē: propter passionis fructū: et conuersationis fidelium vtilitatem. Iste flos floruit in conceptione: apparuit in natiuitate: emarcuit in passione: sȝ refloruit tandē in resurrectione. Si ergo vis carpere istum florem sequere decorē sue ↄuersationis: predica odorem operationis: et sic habebis fructum passionis.

Ihs flos dicitur.

Noluit domin⁹ sicut terreni reges magnam ciuitatem eligere in nuptijs suis quibus sibi copulauit naturam humanā: sed nazareth ciuitatem paruā ꝑpter humilitatis exemplū: vt nos doceret semꝑ humilia loca eligere: sed in ciuitate hierusalē magna elegit pati. vt nos doceret opprobria corā multis pro ipso non erubescere.

Uirgo tota et cur d̄ virgīe nasci voluit.

¶ Missus est inq̄ ad virginē non qualibet: sed virginem mēte. virginē corpore. virginē professione. Uoluit autē christus concipi et nasci de virgine. Primo ſm Bern. quia congruū fuit vt si deus cōcipi vel nasci debuit/nō nisi de virgine cōciperetur vel nasceretur. Item si virgo conceptura vel paritura erat: non nisi deū cōciperet vel pareret. Secūda ratio est ſm Damas. vt qui in celis patrem habet sine matre: in terris haberet mr̄em sine patre. Tertia ſm Aug. vt signaret membra sua mystica de virgine ecclesia ſm spiritum nascitura. ideo decuit caput de virgine nasci. Quarta: vt sicut primus adam de terra virgine factus fuerat: ita secūdus adam de virgine homo fieret. Quinta: vt sicut per euam virginem facta fuit humani generis perditio: ita per mariam vginē fieret eiusdem reparatio. ¶ Ad virginē inquit desponsatam viro. Cur autē de despōsata concipi et nasci voluit supra de desponsatione virginis marie dictum est. Uirum vero nominat (vt dicit Bernar.) nō quia marit⁹: sȝ quia homo virtutis et iustus erat: et ideo fuit testis legitimus. Unde ioseph: id est accrescēs. s. per augmentum virtutum dicitur: per quod cōtinu⁹ ꝑfectus virtutū innuitur.

Joseph accrescēs nominat.

Joseph qttuor nobiles: qttuor virtutes cardinales habentes.

Et nota quattuor famosos ioseph in scriptura. Primus fuit filius iacob. in quo notatur prudentia: q̄ somnia pharaonis prudēter exposuit. Secūdus ioseph vir marie in quo notatur temperantia: quia mariam virginem resignauit. Tertius ioseph ab arymathia in quo notat fortitudo: quia audacter introijt ad pylatum ꝛ petijt corpus Jesu. Quartus ioseph iustus: in quo notat iustitia: vnde et iust⁹ est nominatus. Tale itaq̄ decebat habere nomen sponsum virginis in quo inueniretur mysterium oīnis virtutis. ¶ Additur aūt de domo dauid: ad ostendendum q̄ christ⁹ descendit de semine dauid sicut fuerat per prophetas predictum. Licet enim ioseph non fuerit pater saluatoris: tamen virgo maria de qua christus carnem assumpsit: fuit de eadē tribu cū ioseph: scȝ de tribu ipsius dauid.

Maria interpretat tripliciter.

¶ Merito autē dicitur nomen virginis maria: hoc enim venerabile nomen triplicē habet interpretationē in triplici lingua. Hebraice interpretatur stella maris: vel illuminatrix. Latine ethimologizatur mare amarū. Syriace vero dn̄a nuncupat. Ipsa fuit maris stella in filij dei natiuitate. tūc enī emisit radium totū mundū illuminantē. Mare amarū in filij passione: q̄ tūc ipsi⁹ aīam ptransiuit gladi⁹. Sȝ dn̄a in sua assumptiōe qn̄ sup choros angeloꝝ est exaltata.

Maria dicta ē stella maris.

Itē maria dicta est stella maris in pctorū ↄductiōe. q̄ p mare huius seculi eos dirigit ad portū penitētie ꝛ ad filiū perducēdo: in cui⁹ etiā signū in natiuitate christi stella magis apparuit q̄ eos ad natū infantē ꝑduxit. vn̄ oculi omniū pctoꝝ sint ad ipsam/sicut oculi omniū nautarū ad stellā. Un̄ Bern. Ne auertas oculos tuos a fulgore huius syderis: si non vis obrui ꝓcellis. O quisq̄s te intelligis in hui⁹ seculi ꝓfluuio magis inter procellas ꝛ tēpestates fluere q̄ sup terrā ambulare: respice stellā: voca mariā. Si iactaris supbie vndis: si ambitionis: si detractiōis: si emulationis/respice stellā: voca mariā. Si iracundia: aut auaricia: aut carnalis illecebra naviculā concusserit mētis/respice stellā: voca mariā. Si criminū immanitate turbatus: vel ↄsciētie feditate ↄfusus baratro desperatiōis īcipias absorberi/respice stellā: voca mariam. In periculis: in angustijs: in reb⁹ dubijs mariā cogita: mariā inuoca: nō recedat ab ore: nō recedat a corde: ꝛ vt ipetres ei⁹ oratiōis suffragiū: ne deseras conuersatiōis exeplū. Ipsam sequēs nō deuias: ipsam rogās nō desperas: ipaȝ cogitās nō erras: ipa tenēte non corruis: ipa ꝓtegēte nō metuis. ipa ducēte nō fatigaris. ipa propicia ad portū puenis: sic in temetipso experiri poteris q̄ merito dictū sit nomē vginis maria maris stella. hec Bern.

Maria illūinatrix interpretata est.

¶ Itē illuminatrix interptata est. q̄ splēdor grē et exēplis sue sctissie vite mūdū illustrauit. Un̄ d̄ ea canit ecclia. cui⁹ vita īclita cūctas illustrat ecclias. Hinc ait

Bern. Tolle hoc corp⁹ solare. vbi dies? tolle mariam
hãc maris stellã: qd nisi caligo inuoluẽs/et vmbra mor:
tis ac densissime tenebre relinquũtur? Hec Ber. Est ꝙ p
pe stella maris hui⁹ vtiqȝ tenebrosi maris. vbi reptilia
quoꝝ nõ est numer⁹. Plures stellas habet celum: mare
vnã q̃ pre oĩb⁹ illis clarior et melior est: micãs meritis:
illustrans exemplis. De hac enim vna ortus est sol iusti:
cie cuius fulgore: illustranẗ oĩa. quã qui sequiẗ nõ am:
bulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Cui⁹ ergo ful:
goris illam stellam esse putam⁹ que hũc tãtũ talemqȝ so:
lem peperit mũdo? Qui hanc stellam sequitur deuiare
Maria est mare amarum. — non poterit nec errare. ¶ Item est mare amarũ in pecca:
torum conuersione: quam eis impetrat vt cõuertantur,
de peccatis suis: faciẽs aquã carnalis delectatiõis con:
uerti in vinũ cõpunctiõis. ¶ Hoc etiam nomen ꝯuenit ei
inquãtum mare presentis seculi in tota vita sua fuit sibi
amarum et insipidũ ꝓpter desideriũ vidẽdi filium in re
gno suo. Item latine deriuaẗ a mari inquantũ in ipsa est
cõfluentia omniũ gratiarũ: sicut oĩa flumina ꝯfluunt ad
mare. Itẽ est dña in tẽtationũ subuẽtõe liberãs omnes
de angustijs suo tẽpore. Põt quidẽ ⁊ vult subuenire: qꝛ
regina celi est et mater misericordie. Hoc etiam nomen
scȝ dña cõuenit ei inquãtũ ipsa dña existit: non tñ hoĩm
in terra: verũetiã angeloꝝ in celo/⁊ demonũ in inferno.
Maria cõtra demones potẽs est. — Et ideo in omni tẽtatione et maxime ꝯtra infestatiões
demonũ inuocãda est maria: qꝛ ꝭm Bern. Nõ sic timẽt
hostes visibiles quãlibȝ castroꝝ multitudinẽ: sicut ille ae:
ree potestates marie vocabulũ patrociniũ ⁊ exemplum.
Sicut eñi puluis ante faciẽ vẽti spargiẗ: ⁊ sicut cera an:
te faciem ignis liquescit: sic ad inuocationẽ huius noĩs
maria fugiũt ⁊ pereũt. Et iterũ. vbi nomen marie noĩaẗ
ibi demoniũ effugatur. reis venia. medela egris. pusillis
corde robur. afflictis ꝯsolatio. peregrinãtib⁹ adiutoriũ
datur. hec Bern. Vel aliter põt accipi vt inquãtũ mare
amarũ gerat typũ actiuorũ. inquãtũ stella vel illumina:
trix seu illuminata gerat typũ cõtẽplatiuoꝝ: sed ĩquãtũ
dña gerit typũ p̃latoꝝ. [Missus est (igiẗ) angel⁹ gabriel
ad mariã] vt annũciaret ei ⁊ diceret: qꝛ dei fili⁹ spẽm suã
cõcupisceret: ⁊ eã sibi in matrẽ elegisset. ipsamqȝ mone:
ret ⁊ induceret vt eundẽ filiũ letanter susciperet: qꝛ per
eã toti⁹ humani generis salutẽ de⁹ operari decreuisset.
vñ Bern. Felix maria cui nec hũilitas defuit: nec ꝟgini
tas. Vt eñi q̃ sanctũ sanctoꝝ ꝯceptura erat: pariter ⁊ pa
ritura sctã esset corpore/accepit donũ ꝟginitatis: vt esset
Maria ꝟgo ⁊ humilis fuit. — ⁊ mẽte. accepit et hũilitatis. His nimirũ ꝟgo regia gem
mis ornata ꝟtutũ. geminoqȝ mẽtis ꝑiter ⁊ corporis de:
core ꝓfulgida: specie sua ⁊ pulchritudine sua in celestib⁹
cognita celi ciuiũ in se ꝓuocauit aspect⁹: vt ⁊ regis aĩm
in sui ꝯcupiscẽtiã inclinaret: ⁊ celestẽ nunciũ ad se de su:
Gabriel mariã inuenit in ꝯclaui cũ libris et ꝟtutib⁹. — pernis adduceret. [Et ingressus angelus ad eã] quo pu:
to. in secretariũ cubiculi. vbi illa fortassis clauso super se
ostio orabat patrẽ suũ ĩ abscõdito. Nec suspicãdũ est ꝙ
apertũ angel⁹ inuenerit ostiũ virginis / cui⁹ in ꝓposito
erat hoĩm frequẽtias fugere. vitare colloquia. ne vel orã
tis ꝑturbaretur silentiũ: vel cõtinẽtie castitas tentareẗ.
Clauserat itaqȝ etiã illa hora suũ sup se hitaculũ prudẽ
tissima ꝟgo: sed hoĩbus nõ angelis. hec bern. Nõ igiẗ in
plateis maria erat. nõ ĩ publico morabaẗ. intus erat. ĩ pe
netralib⁹ sola sedebat. nec tñ sola tãto virtutũ exercitu
circũsepta. vñ Cris. Inuenit angel⁹ mariam. non foris
vagantẽ: sed solitariã ⁊ ꝯtẽplationi vacantẽ: ⁊ qꝛ nõ q̃si:
uit grãm apud mũdũ: ĩuenit grãm apud deũ. vñ ⁊ Am.
Hec ad ipsos ingressus angeli ĩuẽta est domi ĩ penetra:
lib⁹ sine comite: ne q̃s intẽtionẽ abrũperet. Neqȝ eñi co:
mites feminas desiderabat q̃ bonas cogitationes habe:
bat. Qui etiã tũc sibi minus sola videbaẗ cũ sola esset. nã
quẽadmodũ sola cui tot libri adessent: tot archãgeli: tot
ꝓphete? Deniqȝ gabriel vbi eã reuisere solebat inuenit.
Unde alibi Hiero. Habebis cellulã q̃ te solũ capiat: im
mo nõ eris sola: angelica tecũ turba ꝟsabiẗ: tot socij q̃t
sancti. lege euãgeliũ. fabulaẗ tecũ iesus: replicabis apo:
stolos vel ꝓphetas. nũq̃d poteris talẽ aliũ tuis sermõi:
bus hr̃e ꝯsortẽ? Et Ber. Nũq̃ȝ min⁹ sol⁹ sum q̃ȝ qñ sol⁹
sum. Credendũ aũt ꝙ tunc erat tota abstracta in deuo:
tissima oratiõe. vel in ĩtima ꝯtẽplatõe consurgente forte
tũc specialiter ex meditatiõe sup salute generis humani
q̃liter scȝ p ꝟginẽ debebat saluari. Vñ etiã quidã dicũt
Esa. vij. — eã tũc actu legisse illud Esa. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊c. In
hoc igitur actu tã intime ꝯtẽplatõis q̃ erat deo totaliter
coadunata: ĩgressus est angel⁹ ad eã. Rationabile enim
videẗ ꝙ qñ corporaliter sibi voluit vniri verbũ eternũ:
tũc ipa spũaliter sibi fuerit vnita in ꝯtẽplatõis actu. [In
gressus itaqȝ angelus ad virginẽ] in thalamo ⁊ cõclaui
domũcule sue manẽtẽ. Et ei ad sensũ corporali visiõe ⁊
hũana specie apparẽs ait. [Aue grã plena dñs tecũ: be:
nedicta tu in mulierib⁹] Angel⁹ ĩ hoĩs forma apparens — Angelus cur visibilis apparuit marie.
quasi exẽplo docuit: qꝛ deũ incarnari ⁊ spm̃ coopari nũ
ciauit. Quia eñi illũ nũciauit q̃ in se ĩuisibilis corp⁹ visi
bile voluit ex ꝟgĩe sumere: cõgrue debuit corporali spe:
cie apparere. Formauit aũt angel⁹ sibi corpus lucidum
Quia ꝭm Aug. facie rutilans et veste coruscãs ꝟgini ap
paruit. Cõuenĩẽter vero annũciatur virgini incarnatio
verbi. vt. s. pri⁹ ipm̃ cõcipiat mẽte q̃ȝ carne. Mutans er:
go angel⁹ nomẽ eue dicit virgini [aue] indicãs eã ab oĩ
ve liberã. Aue bene grã plena diciẗ: qꝛ alijs ad mensurã — Maria gratia plena dicitur.
grã daẗ: hec aũt sola grãm quã nulla alia meruerat con:
secuta est vt grẽ repleret auctore. Aue cũ grã plena sit
prius etiã q̃ȝ concipiat post conceptionẽ quãta dei abũ:
det gratia quis cogitare possit? Unde Hiero. Et bene
plena. qꝛ ceteris p partes prestaẗ gratia: marie vero si:
mul se totã infundit gratie plenitudo. Vere grã plena:
per quã largo sancti spiritus ymbre supfusa est oĩs crea
tura. Que celis dedit gloriã: terris deum. pacemqȝ refu:
dit hominibus. fidem gentibus: finem vitijs. vite ordi:
nem. moribus disciplinam. Dicitur quoqȝ ei [domin⁹ te: — Dñs cum maria ẽ.
cũ] .s. sit in vtero qui est tecũ in animo: adimpleat vẽtrẽ
qui adimplet mentẽ. Tecũ nõ tantũ p essentiã. potentiã
et p̃ntiam qualiter est in oĩbus rebus. nec solũ per grãm
eo modo quo est in sanctis hominib⁹: sed etiam per car:
nis assumptionẽ de tuis purissimis sanguinibus. ¶ Vbi — Mariam potissime delectat ista dictio dñs tecũ.
nota ꝙ et si tota salutatio angelica sit ꝟgini gratissima:
ista tamen clausula. s. domin⁹ tecum. potissime eam dele:
ctat. ⁊ ideo singulari deuotione dicenda esset: licet enim
iam erat cũ virgine/nouũ tamen misit nunciũ: qꝛ modo
singulari voluit esse secũ: hec etiã sola pre oĩbus mulieri
bus et sup oẽs mulieres benedicta predicaẗ. Omnis eñi
mulier subiacet maledictioni dei vel legis. Nam corru:
pta subiacet maledictiõi dei. q̃ ait in dolore paries. Vir:
go maledictioni legis in q̃ erat maledicta sterilis. Sed
maria vtrũqȝ maledictũ vitauit. Maledictũ dei: qꝛ vir:
go ꝑmãsit. Maledictũ legis: qꝛ filiũ habuit. Vñ ipa pri — Primiceria ꝟginũ fuit maria.
miceria virginũ dũ primo virginitatẽ suã deo obtulit
maledictũ legis aboleuit. Et merito benedicta diciẗ p
quã mund⁹ a maledictione liberaẗ. ¶ Et notãdũ ꝙ sup — Salutatio angelica est ceteris excellẽtior.
hanc salutationẽ nũq̃ȝ homo ꝑuenire valebit: nec aliq̃s
excellenti⁹/dulcius/⁊ grati⁹ beatã virginẽ salutare po:
terit q̃ȝ hac salutatione quã ipse deus pater dictauit / et
p angelũ ei destinauit. In cui⁹ ꝟbis singulis dulciflua
implicantur mysteria. Nã deus pater sua oĩpotentia eã
cõformauit vt esset ĩmunis ab oĩ ve. qđ ĩportauit istud
verbũ aue. Fili⁹ quoqȝ dei sua sapiẽtia sic eam illustra:
uit vt esset p̃clarũ sydus quo celũ ⁊ terra illustranẗ. qđ
notat hoc nomẽ maria: qđ sonat idẽ qđ maris stella. Spi — Maria maris stella dicitur.
ritussanct⁹ etiã tota sua diuina dulcedine eã penetrãdo
sua grã eam tã gratiosam effecit: vt oĩs qui quesierit per
eam grãm ĩueniat: qđ innuitur in his verbis [grã plena]
In hoc aũt verbo [dñs tecũ] ammoneẗ illi⁹ ineffabilis
vnionis opatio. quã tota trinitas in ea pfecit: cũ sue car:
nis substantiã diuine nature in vna psona copulauit: ita
vt deus fieret homo: ⁊ hõ deus. q̃d in illa hora gaudij ⁊
dulcedinis habuerit/nullus vnq̃ȝ hoĩm ad plenũ experi
ri potuit. Per hãc clausulã [benedicta tu in mulierib⁹]
oĩs creatura mirãdo agnoscit ⁊ testaẗ eam benedictã et
exaltatã sup oẽm creaturã: tam celestẽ q̃ȝ terrestrẽ. Per
[benedict⁹ fruct⁹ vẽtris tui] benediciẗ ⁊ extolliẗ excel:
lentissim⁹ fruct⁹ vẽtris virginalis: qui oẽm creaturã vi
uificauit: sanctificauit: ⁊ in eternũ benedixit. ¶ Ipsa ve: — Maria turbata q̃modo fuit.
ro ꝟgo maria vt salutationẽ angeli audiuit [turbata ẽ]
⁊ nihil r̃ndit. Nõ fuit turbata turbatiõe ĩcredulitatis. si
cut zacharias: vl' alia rõne culpabili. nec de visiõe ange:
li. qꝛ angelos videre solita erat. sed turbata fuit prĩo ꝭm
Criso. ꝓpter noue apparitiõis spẽm. qꝛ et si cõsueta fue:
riẗ videre angelũ/nunc tñ nouo mõ apparuit ei sumpta
spẽ corporali: ⁊ cũ ingẽti lumĩe ⁊ splẽdore/ex h̄ aliq̃liter
ꝑterrita fuit. Vñ cantaẗ. Et expauescit ꝟgo de lumine.
Scđo ꝓpter ꝟginalis pudicitie verecũdiã; qꝛ (vt dicit

Ambro.) trepiditare virginū est. ⁊ ad oēs viri ingressus pauere. oēs viri affatꝰ vereri. Tertio ꝓpter noue salutatiōis formam quā sermo eius ingerebat. Unde Ambro. Benedictiōis nouā formulā mirabatur: q nusq̄ʒ est ante apta: soli marie salutatio hec ꝯuabat̄. Quarto ꝓpter laudationis excellētiā qua angelus in suo sermone eam laudauit. Sācte enī mētes humiliū quāto amplius laudibꝰ attollunt̄: tanto magis timēt. Turbata ergo fuit ex verecūdia ꝟtuosa ⁊ honesta: sed nō ꝑturbata. vnde tanq̄ʒ prudēs ⁊ cauta ⁊ tota pudorosa: nihil respōdit: cogitans intra semetipam de nouitate talis salutatiōis: ⁊ dictū examinās. nō enī sic salutare angeli cōsueuerāt eā: nec vnq̄ʒ tales loquētes audierat. In qua salutatiōe cū videret se de tribus cōmēdari: nō poterat humilis dn̄a nō turbari. Cōmēdat̄ ei ꝙ esset gratia plena: ⁊ ꝙ dn̄s esset secum: ⁊ ꝙ esset benedicta super om̄s mulieres. At humilis dn̄a nō poterat suā cōmēdationē sine rubore et turbatiōe audire. vq̄ʒ erꝰ humilis de laudibꝰ ⁊ honoribꝰ erubescere solet ⁊ dolere. vn̄ Bern̄. ꝙ turbata est fuit verecūdie virginalis. ꝙ nō perturbata fuit fortitudinis: ꝙ vero tacuit et cogitauit / fuit prudētie et discretiōis. ¶ Tunc angelꝰ intuitꝰ virginem: et varias eam secū voluere cogitatiōnes facillime deꝑhēdēs: ⁊ causam sue turbatiōis cognoscēs ꝯsolat̄ pauidā: cōfortat timentē: ac quasi notā familiariter ex noīe vocās: ne timere debeat. benigne persuadet ⁊ iubet dicēs. [Ne timeas maria] nec de laudibꝰ q̄s tibi dixi verecūderis: est enī ꝟitas in eis. Nec solum es grā plena: sʒ etiā toto generi humano grām multiplicē recuꝑasti et reinuenisti apud deū: quā nulla vnq̄ʒ repperit creatura. q. d. ꝺm Cris. qui apud deū meret̄ gratiā nō habet q̄d timeat [Inuenisti inq̄t] q̊ merito? Certe humilitate. pudicitie castitate. ⁊ ꝯsciētie puritate. de primo di. Cris. q̄liter quisq̄ʒ grām reperiret nisi mediāte humilitate. Nam humilibꝰ deꝰ dat gratiā. De alijs duobus dicit Gre. Inuenit gratiā vere corā deo: q̄ꝛ splēdore pudicitie propriā exornās animā: gratū se deo habitaculū preparauit: et nō solū celibatū inuiolabilē reliquit. sed etiam immaculatā ꝯsciaʒ custodiuit. itaq̄ʒ [iuenisti grāʒ] .s. dei et hoīm pacē. mortis destructionē et vite repatiōnē. vt ꝑ te deꝰ mūdū redimeret. ꝑ te illumiaret. et ꝑ te ad vitam reuocaret. Plena ergo iā gratia īuenit gratiā. sed alijs et ad dispēsandū. Vn̄ Aug. O maria grām apud dn̄m inuenisti. ⁊ hāc ꝑ totū mūdū diffundere meruisti. Unde notanter dicit īuenisti. nō dicit habuisti vel acq̄siuisti. q̄ꝛ res habita vel iuste acq̄sita; vt ꝓpria custodit̄. sed inuenta his q̄ ꝑdiderūt restituit̄. sic maria inuenit grām: nō sibi soli retinendā: sed tanq̄ʒ alijs restituēdā. Qui enim inuenit perditū tenet̄ restituere. grām ꝟo quā eua ꝑdidit maria īuenit: nō solū ꝓ se / sed ⁊ ꝓ nobis. imo etiā ꝓpter nos: q̄ꝛ si nos pctōres nō fuissemꝰ: deꝰ de ipsa carnē non sūpsisset. ⁊ ideo oēs qui peccādo gratiā amisimꝰ: securi ad thronū gratie accedamꝰ: ⁊ mariā inuētricē grē pijs fletibus ⁊ deuotis oratiōibꝰ pulsemꝰ vt gratiam nobis reddat quā ꝓ nobis ⁊ ꝓpter nos īuenit. ¶ Ipsa est enim ita legalis iusta. pia ⁊ ꝓpitia: ꝙ nulli q̄rēti denegat gratiam. vn̄ Bern̄. Oibus oīa facta est oibꝰ sinum mīe aperuit: vt de plenitudine eiꝰ accipiāt vniuersi. captiuꝰ redēptionem. eger curationē. tristis ꝯsolationē. pctōr veniā. iustus grām. angelꝰ letitiā. deniq̄ʒ tota trinitas gloriā. et iterū. Filioli hec pctōrū scala. hec mea maxima fiducia. hec tota ratio spei mee. Dico vobis si pie a vobis pulsata fuerit: si pie fuerit inuocata: ꝯpatiet̄ vobis nō deerit necessitati vestre. Si quidē nec facultas deesse poterit: nec volūtas: q̄m regia celorū est: misericors est: et mater misericordie. et iterū. Altiꝰ intuemini q̄ʒto deuotiōis affectu a nobis eā voluit honorari: q̄ totiꝰ boni plenitudinem posuit in maria. vt si q̄d spei in nobis est. si q̄d grē. si q̄d salutis ab ea nouerimꝰ redūdare. nihil eī nos habere voluit deꝰ q̄ꝺ ꝑ manꝰ marie nō trāsiret. hec Bernar. Inuenisti inq̄ʒ grām: totius gratie auctorē cōceptura. Nā [ecce ꝯcipies in vtero] sine peccato et macula [ac paries filiū] sine dolore ⁊ tristitia. virgo ꝑmanēs in partu / sicut et in cōceptu. Et bn̄ dicit [cōcipies ī vtero] iam enī ꝑ fidē et deuotionē cōcepat eū in corde suo: ⁊ h̄ mō debemus nos cū cōcipe. s. ꝑ fidē ⁊ deuotionē. et parere ꝑ sanctam oꝑationē [Et vocabis nomē eius iesū] .i. saluatorem. Nō dicit impōes. q̄ꝛ hoc nomē ab eterno fuit a deo patre impositū. ⁊ ꝑ angelū marie ⁊ ioseph ac ꝑ eos alijs

Grām iuenit maria.

Gratiam nulli denegat maria

Concipere ī vtero.

Iesus.

didisti. Dyabol⁹ vulnera procurat corporū: ꝓpter vulnera aīarū. Si tu nō pcusseris ab hoīe quidē vict⁹ videris: sed diabolū vicisti. Unde si nō reddideris malū pro malo/ ⁊ si membrū corpis pdidisti: lucrū patientie acq̄sisti. Si aūt reddideris: ⁊ corporis dānū passus es et salutis: nec tm̄ lederis qn̄ ab iniquis noceris/ q̄ntum cū a cōstantia bonitatis recesseris. hec Chry. Sunt autem quatuor grad⁹ ad pacē. Primus est non plus reddere. Secūd⁹ etiā min⁹ reddere: ⁊ hoc additū est per traditionē pharisaeorū qui dabant. xl. disciplinas vna minus. Tertius est malū nō reddere. Quartus est paratū esse ampli⁹ tolerare. Primi duo fuerunt in lege: in tertio incipit euāgelium: cum dicit [non resistere malo] in quarto euangelij cōsummatio qd̄ consequēter exponit declarādo. Unī qz nō dixit resistendum a malo ne aliquis intelligeret de malo culpe non iniurie subiungit dicens. [Sed si qs te pcusserit in dexterā maxillā: pbe et illi alterā] .i. s. dexterā mentis interiorē/ ne exterioris hoīs cede vel tacitus intra se moueat̄ interior. i. sis paratus in animo ad aliā percussionem/ et maiora/ et ampliora sustinendū anteq̄ per impatientiā malo resistas: ⁊ scandalū vel aliquod malū aliud cōtra charitatē suscites. vn̄ aug. Nō tm̄ non repcutias: sz si vult alterā ferire/ patiēter sustineas: vbi Chry. Qui repercutit/ legis implet mandatū nō xp̄i. Sz dicis dign⁹ est ille repcuti. Etiā: sed tu nō es dign⁹ repcutere: qz discipulus illi⁹ es: q̄ cū malediceretur nō maledicebat hec Chry. Ad omne ergo nos exēplū patientie ⁊ humilitatis dn̄s p euangelica precepta cōfirmat. Non solū enī ꝓhibet repcutere pcutientē: sed ⁊ iubet nos paratos esse iterū pcuti/ ⁊ nō resistere malo iniurie quo minus adhuc possit nobis inferri. Unī Beda. Quid tā magnum q̄ pcutiēti pbere maxillā: Nōne indignatiōis impet⁹ frangit̄: ira sedat̄: ⁊ p patiētiā ille mutat̄: vel inuitat̄ ad penitētiā? Per hui⁹ ergo mādati impletionē hō xp̄o cōformatur: dyabol⁹ ab hoīe vincit̄: plena pax inter hoīes obtinetur vn̄. Chry. Huiusmodi meditatio tolerantie ducit ad passionem martyrij. Facile enim psecutionis tp̄e penas corporis poterit sustinere: si in pace ante exercitatus hmōi iniurias eq̄nimiter ac libēter suscipiat. hec fm augu. Nō prohibetur ea vindicta que ad correctionem valet. Sed huic vindicte inferēde nō est idone⁹: nisi q̄ odiū dilectione superat: nō eī odit pater filiū castigādo. Unī nō debet qs odio ⁊ libidine vindictā expetere: sed amore ⁊ ad correctionē: ⁊ vt iniurias ab eo cui rerū ordine ptās data ē tanq̄ fili⁹ a patre corrigat̄: pat⁹ sit op⁹ sit equo aīo plura tolerare ab eo quē vult esse correctū. Talis enī vindicta ad correctionē ꝓpter amorē pertinet ad misericordiam. Beat⁹ ergo qui ipso corde est ad oīa parat⁹: vt in oīb⁹ q̄ patit̄ p deo veraciter possit dicere ⁊ canere illud ꝓpheticum. Paratū cor meū de⁹ patū cor meū. Non solū autē maxillā prebendam percutiēti dn̄s precepit: sed damna subiri. Ut fm Chry. Post corporalis iniurie tolerantiā vult nos etiam dn̄is seculariū habere contēptū: ⁊ non tātūmodo in plagis/ verūetiam in pecunijs rebusq̄ diuersis nos vult pstare patiētiā. Unde addit. [Et ab eo q̄ aufert tibi vestimentū noli ꝓhibere] scz repugnādo: vel cū eo cōtendendo: exemplo dn̄i q̄ vestimenta sua permisit a se auferri ⁊ a militib⁹ diuidi. Dū enim vis vindicare veste corporis: pciosissimū anime vestimentū perdis. [Et qui vult tecum in iudicio contēdere] id ē cōtentiose agere [⁊ tunicā tuā tollere] id est vestē interiorē ⁊ magis necessariā: per quā ⁊ cetera necessaria intellige: hoc est si te ad iudiciū propter tunicā trahat: ac negociū tibi molestiāq̄ cōmoueat [dimitte ei ⁊ palliū] .i. exteri⁹ vestimentū: ⁊ cetera quibus non adeo indiges: nunq̄ contentiose: ⁊ cum iracūdia agas. Quasi diceret. Si quis contendendo velit tibi auferre vnum de necessarijs: anteq̄ ꝯtēdas in iudicio/ sustine poti⁹ vt auferat̄ tibi ⁊ reliquum de eis Hoc quoq̄ fm Augu. ad preparationem cordis: non ad ostensionē operis intelligendū. Ex hoc etiā potes trahere: vt si quis vult tunicā tuā tollere: id est animā vel interiora bona/ dimittas pallium. i. exteriora negocia. Ubi Chry. Si litem tibi videris imminentē: etiā illa que non poteris indulge: melius est enim iurgio liberari q̄ retinere materiam iurgiorū. Difficile est rem dimittere: sed difficilius de iudicio sine peccato exire. Et iterum non solū inquit iniuriam patiens nihil iracundie moueas aduersus eum qui iniuriam facit: ⁊ non solū pro his que abstulit non indigneris: sed ⁊ si quid tibi forte subrelictum est/ id sponte largire ei qui totum abstulit. Cum enim ille talem te inuenerit/ resipiscet continuo: ⁊ facti pigebit eum. vbi et Beda. Quod de vestimento ⁊ tunica dictū est: nō in eis solus: sed in oībus faciēdum est que aliquo iure tēporaliter nostra esse dicimus. Si eñ de necessarijs hoc imperatū est/ q̄tomagis superflua contēnere oportet? Lex igit̄ est vt alterius non tollas: ⁊ si tuū non das/ gratia autē vt ⁊ alterius nō tollas ⁊ tuum des. fm aug. Qui sponte vel conuictus pecuniā debitā reddere noluerit in tantū vt velit litigare dimittenda illi est. seruum enī dei nō oportet litigare manente illa regula/ vt in aīo parat⁹ sit amittere qd̄ sibi debetur. Nā si modeste ac leuiter oīno egerit vt sibi restituat̄: non tam intendens fructū pecunie q̄ vt hominē corrigat cui sine dubio perniciosum est habere vnde reddat. ⁊ nō reddere non solum non peccabit. sed ꝓderit etiam plurimū. ne ille dum aliena pecunia lucrū facere vult/ damnū fidei patiat̄. Quod tāto est grauius. vt nulla sit comparatio. Et nota q̄ repetere sua contingit dupliciter: aut coram iudice infideli: ⁊ sic christiano nō licet/ ⁊ maxime vbi ecclīa libertatē habet. aut corā fideli: ⁊ hoc duplr̄: aut ꝯtētiose ⁊ cū fraude. ⁊ sic nulli lz: aut modeste ⁊ cū iusticia: ⁊ sic infirmis ⁊ impfectis licet. simplr̄ vero repetere sine ꝯtētione ⁊ fraude nō corā iudice oīb⁹ licet. ¶ De religiosis vo sua nō hn̄tib⁹ est sciēdū q̄ repetere aliq̄ cōtingit duplr̄. aut vt aliq̄ ꝓpter vtilitatē ꝓpriā. sic pfectis nō licz. aut vt ꝯgregationis ꝓpter vtilitatē cōem. sic lz etiā pfectis: q̄ ⁊ si nō habēt sua in ꝓprio. tn̄ hn̄t in cōi. ⁊ ita noīe cōitatis lz repetere. vel si nō hn̄t dn̄iū nec in cōi nec in ꝓprio: hn̄t tn̄ res ad vsū deputatas. Tn̄ magis expediret iudici secreto significare q̄ in iudicio repetere. Deinde subiungit. [Et qui te angariauerit mille passus: vade cum eo alia duo] milia. id est patienter feras si amplius te ire oporteat. Angaria dicit̄ indebiti seruitij exigentia in propria persona: vel quecūq̄ coactio iniusta. Unde angariare est inique seu iniuste aliquo modo trahere: vel personalia obsequia et opera impendere/ opprimendo in psona ⁊ grauando. Est ergo sensus: qcūq̄ te in seruitio indebito sine peccato tn̄ coegerit seruire: ad hoc etiam ita debes paratus esse: vt amplius pati velis q̄ ille optat inferre. Nā mille passus est iter sabbati. et ideo hoc nō est cōtra sabbatū legis: sic sustine iniurias in his que nō sunt cōtra sabbatū pectoris. Uel in millenario pfectio spūalis significat̄: q̄ impletione huius pcepti ostendit̄. Et cū millenarius sit numer⁹ pfectionis: in trib⁹ millenarijs notat̄ q̄ in tribus cōsistit pfectio patiētie/ scz in corpe/ ⁊ ratione/ ⁊ volūtate: qd̄ significatur per alia duo milia. vbi Chry. Uides supabūdātiam phīe cumulum sapiētie. Postq̄ nimirū dederis maxillā/ ⁊ tunicā/ ⁊ vestimentū/ etiā si nudo inquit corpore tuo vti voluerit inimicus ad iniurias et labores: nec sic quidem illum oportet ꝓhibere. Uult enī omnia nos possidere: cōmuniter ⁊ pecunias: videlicet et corpora: nō cum indigentibus solū/ verūetiā cū iniuriam facientib⁹ Unū eñ misericordie est: alterū vero patiētie. Et iterū Ad oē deuotionis opus ī pigros nos esse pcipit dn̄s ac paratos. Bonū enī nostrū vult non tā necessitatis esse q̄ ꝓprie voluntatis: vt dū ampli⁹ ex nobis facimus q̄ ab alijs postulamur: maiōris mercedis grām cōsequamur. Integre eñ charitatis ac perfecte deuotionis officium est plus sponte prestare q̄ petieris. hec Chrys. Ubi fm Aug. monet nō tam vt pedibus agas q̄ vt animo sis paratus. Non solum ergo tua vt deuites altercationē/ sed et teipsum prebe angarianti: nam tā opere ⁊ pedibus q̄ animo et cōpassionis affectu paratus multoplus seruire q̄ precepit. Totū enī quod dictum est intelligendū fm pparationē animi in casu cōsimili: nō aūt in casu in quo ex tali pmissione nutriret̄ percutiens/ aut rapiēs/ vel angariās/ seu al'as offendens in sua malicia ⁊ iniq̄tate. Immo in tali casu sustinere non esset bonum: nisi ꝓpter scandalum: vel aliquod maius malū euitandū. Nam testāte Augu. cui licētia iniq̄tatis eripit̄ vtiliter vincit̄: qm̄ nihil est infelicius īfelicitate peccantiū/ qua penalis nutritur impunitas/ ⁊ mala volūtas velut hostis interior roboratur. ¶ Ut aūt dicit idē Aug. ī his triū exemplorū nullū genus iniurie est ꝑtermissum. Nā omnia in quib⁹ improbitatē aliquā patimur: in duo genera diuiduntur. quorū alterū est quod restitui nō pōt: in quo vindicte solatium

Repcutientis dānū.

Maxilla altera prebenda.

Repcutiēdū nō esse. j. Pet. ij.

Uidicta ad correctionē exercēda est

Psal. lvj

Cōtēdendū nō esse.

Cōtentio licita.

Repetere sua dupliciter fit.

Religiosi an repetāt ablata.

Angaria q̄d dicitur

Mille passus iter sabbati.

Supabundātia imperfectionis.

Patiētia animi sine nutrimēto aliene iniq̄tatis habenda.

Iniurie gen⁹ nullū ꝑtermissū i euāgelio.

tumidus animus querere solet/ qui talia fomenta deside rat: sed sanus ⁊ firmus misericorditer ꝑferenda alterius infirmitatē iudicat. neqꝫ hic vindicta ad correctionem prohibet: vt etiam supra dicit. Alterum iniuriaꝝ genus est/ qḋ in integrū restitui pōt: cui⁹ sunt due spēs. vna ad pecuniā: altera ad operā ptinet. Exemplū pmi de pcus- sa maxilla. Secundi de tunica ⁊ vestimēto. Tertij de an garia passuū. Qꝛ qḋ in corpore lesum est nō restituit inte grū: ⁊ reddi vestimentū pōt/ ⁊ adiuuari opa pōt: si opus fuerit. In his ergo oībus generib⁹ iniuriarū dn̄s docet patientissimum ⁊ misericordissimū/ et ad plura perferen da paratissimū aīm christianorū esse oportere: propter spē retributionis eterne. Sed qm̄ parū est nō nocere: nisi etiā prestet beneficiū quantū poterit: ꝯsequēter adiūgit

Largitas petēti ex- hibenda.

dn̄s. ⁊ dicit. [Omni petēti te tribue]. Quasi diceret. Ita debes esse patiens in aduersis ꝓprijs: sed ⁊ compatiens alienis. Nō dicit qḋ tribuendū: qꝛ nō semper res est dā- da: semper tamen dandū est saltē bonū responsum. Qui ergo in necessitate sua petit a te rem corporalē vel spiri- tualē: da ei donū vel verbū. Si eni rationabiliter petit: tribuēdū est donū qḋ petit: vel de ꝓcepto cū in extrema necessitate positus oīno indiget/ dareqꝫ possis: vel de cō- silio cū petens aliter trāsire pōt: ⁊ hoc est elemosyna cor

Res: affe- ct⁹: aut do ctrina est danda.

poralis. Et si deest tibi facultas: da affectum ⁊ bonā vo luntatē: bonū respōsum ⁊ orationē. Si autē irrationabi- liter petit: dādū est verbū docendo eū de irrationabilita te sue petitiōis: ⁊ de cā iuste negatiōis: ⁊ nō eū inanē di- mittas. ⁊ hec doctrina est pars et opus iusticie ⁊ elemosy na spiritualis. Et si iste non accipit id quod petit: meli⁹ tn̄: scꝫ correctionem accipit. Ita [omni petenti te dabis] ꝗuis nō semp id qḋ petit dabis. Vñ [oī petēti] inqt non oīa petēti: vt des qḋ dare hōeste ⁊ iuste potes. vbi amb.

Indigēti denegare.

Nō min⁹ est criminis habēti tollere/ ꝗ̄ cū possis ⁊ abun dans sis indigentibus denegare. Et esurientis panis est quē tu detines: viduarū indumētū quod tu recludis: mi serorū redēptio et absolutio est pecunia quā tu in terra fodis. Tot ergo bona scias te inuadere/ quot bona pos- ses ꝓstare. Quia vt dicit Chry. Diuitie nostre non sunt: sed dei: oēs enim dispensatores diuitiarū suarū nos vo- luit esse non dn̄os. Da ergo et tribue non vende. Vendit qui multas ꝓces expectat: vendit q̄ beneficiū ꝓcrastinat vendit q̄ pauperi improperat. vendit qui tristi vultu do- nat. vēdit q̄ vicissitudinē expectat. Pauper tn̄ ⁊ nihil ha bens non tenet̄ ad donū muneris a manu: sed ad donum compassiōis a corde/ cōsolationis in ore/ subuētionis in

Quattuor danda.

opere tenetur pro loco ⁊ tpe. Vñ glo. Si deest facultas: da obsequiū: vel affectum: vel verbū. Hec sunt illa quat tuor q̄ obtulit magdalena xp̄o: scꝫ lachrymas ꝯpassiōis: capillos subuētionis/ osculū obsecutionis/ vnguentū cō solationis. Et eodē modo itelligendū est qḋ subdit̄. Et volēti mutuari: id ē mutuū accipere a te ne auertaris ab eo: scꝫ nō mutuādo: vel mutuū differēdo: vel diminuēdo

Mutuan- dū ē grat[i]s ij. Cor. ix.

Mutua sibi si petit rōnabiliter: vel rationem redde: si pe tit irrationabiliter. Da mutuū hilariter: hilarem eni da- torē diligit deus: ⁊ ex charitate pura: nihil inde sperans vel recipiēs vltra sortem: nec seruitiū: nec quodcūqꝫ cō- modū: ita ꝙ propter istā spē nō debet mutuū fieri: licet a deo possit inde merces sperari. A mis te nō auertas: nec in homine spem mercedis figas: sed in deo qui cum mul to fenore tibi reddet: quod illo iubente facis. vnde Aug.

Mutuātis merces a deo est.

Nec ꝓpterea voluntatē alienes ab eo qui petit: quasi ni- hil recepturus a deo: cū rē que datur mutuo ille qui acce pit exoluat: quia cum id ex precepto dei facis: apud illū q̄ hec iubet infructuosum esse nō potest. hec Aug. Dicēs ergo omni petenti tribue: ⁊ volenti mutuū ne auertaris: duo genera beneficij cōplectitur: vel cū beniuole dam⁹: vel cū reddituro commodamus: ⁊ ad vtraqꝫ parati esse

Elemosy- ne genus duplex.

debem⁹. In vtroqꝫ eni genere elemosyne dato scꝫ et mu- tuo tenemur omni petenti egenti subuenire: etiam inimi- co si perfecti sumus/ si imperfecti non nisi in summa ne- cessitate esse videtur. vnde Chry. Si misericordiam postulamur: quid possumus largiamur: vt ipsi id quod a deo petimus procedēte merito facilius impetrare pos- simus. Verū si eos q̄ nos petunt despiciamus: qua fidu- cia deū nobis quod petimus prestare credimus? Iube- mur eni per omnia religionē pietatis ac fidei custodire: vt necessitatē tribulationis alterius quasi propriam cō- putemus: nec pluris facultatem ꝗ̄ fratrem faciamus:

expectantes mercedem retributionis eterne. hec Chry. Et non solum de elemosynis hoc intelligendū est: sed et de pecunia que nunqꝫ deficit. i. de sapientia et doctrina q̄ non est petenti denegāda: quoniam auarum dedignatur possessorē: et in alios translata crescit: et magis ditat au- ctorem. Ergo petenti eam pro deo distribuas: et volenti eam mutuari a te: vt alios doceat: ne auertaris: qꝛ quod alios ꝑter te docebit: tibi reddetur a deo: cū fenore mul- to. Vtraqꝫ ergo pecunia scꝫ corporalis et spiritualis est cōmodanda: sed materialis sine vsura: spiritualis cum vsura. ¶ Deinde sequitur. [Et qui aufert tibi q̄ tua sunt] siue pecuniā/ siue rē aliam [ne repetas] scꝫ in iudicio/ ac cū lite ⁊ cōtentione. Non enim licet alicui rem in iudicio repetere turbato animo/ ⁊ ex ira ⁊ cōmotione/ ac per in- ordinatū affectū vīdicte potius ꝗ̄ ad emendā delinquē tis. vel ex auaricia qua magis vult cū iactura ꝓximi be ne se habere. Et quia docuit dn̄s iniuriā inferentib⁹ nō esse resistendū: sed plura ꝑferenda esse paratū: ꝯsequen ter docet iniuriā inferentibus impendendū esse charita- tis effectum simul et affectum. Quia enim opera iusticie infructuosa sunt sine charitate: ideo addit de charitatis perfectione. ⁊ dat intellectū ꝓcepti de dilectiōe proximi in quo errabant iudei. Ex hoc eni ꝙ preceptum est in le- ge. Diliges ꝓximū tuū sicut teip̄m. ⁊ iterū ibidē dicitur. diliges amicū tuū: arguebant a contrario sensu ꝙ debe- bant odire inimicum: sed hoc est falsum: qꝛ oīs homo ex charitate diligendus est/ inquantū ad imaginē dei est/ ⁊ capax ipsi⁹ ꝑ cognitionē ⁊ amorē. Dicit ergo. Audistis quia dictū est in lege. Dilige proximū tuum: et affectu sic ligat oēs: ⁊ effectu sic ligat perfectos pro loco ⁊ tempore et oderis inimicū tuū: sed hoc vltimū nō est scriptū in le ge: sed est traditio scribarū qui hoc addebant/ et ex alijs scriptis ibidē (vt dictum est) colligebant. Vel si alicubi scriptū dicat̄. tunc s̄m Aug. Nō vox iubentis iusto acci- piēda est: sed ꝑmittētis infirmo: ego autē dico vobis. Di

Sapiētia dando cre scit.

Diligendi inimici.

ligite scꝫ affectu: inimicos vestros: hoīes scꝫ non vitia/ naturā non culpā. Quia s̄m Aug. Sic diligendi sunt ho mines: vt eorū nō diligant̄ errores. Diligere debem⁹ ini micos/ bona grē ⁊ glīe eis optādo: qb⁹ homo nō potest vti male: alia vero bona scꝫ nature vel fortune: nō sūt eis optanda: nisi quadā generalitate inquātū valet ad salu- tem eorū: quod soli deo est notū: quia talibus bonis po- test homo bene vti vel male: et ideo circa hec non est ali- quid petendū determinate. ¶ Et nota ꝙ diligere amicū est magis debitū: ⁊ non excludit dn̄s a dilectiōe amicoꝝ mercedē: sed innuit minorē: qꝛ ceteris parib⁹ dilectio ini micorū est magis meritoria ꝗ̄ amicorū: qꝛ difficilior et cū maiori conatu bone voluntatis: quia purior et ex mo tu gratie non nature inclinātis: quia liberalior nō ex de- bito meriti precedentis. Et quia nō sufficit diligere eos de nisi dilectio probet̄ operis exhibitione: admin⁹ loco et tēpore subdit benefacite: scꝫ affectu: his q̄ oderūt vos in his que spectāt ad eorū salutē/ eā modo debito et pos- sibili procurando: qꝛ benefacere est dilectionis effectus et exhibitio. Et ideo sicut tenemur diligere inimicos/ quantū ad bona gratie et glorie/ ita tenemur in effectu salutē eorum procurare. Inimicus ergo quo ad naturā qua est proxim⁹ de necessitate precepti est generali dile- ctione diligendus: qua dicitur. diliges proximū tuū: sed dilectione speciali/ vt specialiter quis moueatur ad dili- gendum inimicum: nō est precepti: sed perfectionis. Nō eni est preceptū ad oēs specialiter affici: quia nec hoc est possibile/ ⁊ ideo nec est preceptū specialiter affici ad ini- micum: sed generaliter inquantum est homo proximus. Et quia exteriora beneficia ꝓportionantur interiori di lectioni: signa generalis dilectionis: vt aliqḋ bonū face re toti cōmunitati: vel orare pro toto populo in commu ni: ista exhibere inimicis: cum ab his que sunt generali ter exhibenda non debeant excludi: est de necessitate pre cepti: quia si ab his intenderet homo eos excludere: iam generaliter dilectio non ferretur/ immo magis odium ostenderetur. Et qꝛ ex tempore extreme necessitatis ob- ligatur homo omni hoī in tali necessitate existenti: ideo etiam inimico (nisi ex hoc deterior fieret: et fidem impu- gnaret) debet in tali necessitate beneficium exhiberi: be- neficia vero que sunt signa dilectionis specialis non tenetur inimico exhibere extra casum necessitatis: sed hoc est perfectionis. Dilectio ergo alia interior. alia

Signa di- lectionis generalis.

Mat.vj.
Dilectio duplex.

exterior. Dilectione interiori: ꝛ ꝑfectione sufficientie: qlibet etiã imperfect⁹ tenet̃ quẽlibet etiã inimicũ diligere: dilectione aũt exteriori.i. beneficij exhibitiõe ꝛ ꝑfectiõe superogationis: tenet̃ tm̃ ꝑfect⁹ hoc facere: impfectus eĩ tenet̃ inimico rancorẽ odij dimittere/ ꝛ bonũ optare: siue petierit veniam/ siue nõ: ꝛ si petierit veniã/ tenet̃ ei colloqui ꝛ dicere. Aue: sed nõ tenet̃ bñficia tpalia ministrare. Perfect⁹ aũt tenet̃ etiã ꝑsidia tpalia cõferre/ et necessaria ministrare: siue ab eo veniam petierit: siue non. Ac si inimicũ a cõmunione nr̃a sepam⁹: eo ipso ei benefacim⁹/ dũ illud hoc fine faciam⁹/ vt eũ ab errore reuocem⁹. vñ glosa. Benefacite ministrãdo cibũ mẽtis.i. instructionẽ vel correctionẽ corporis: oĩa eĩ in eccl̃ia (etiã excõmunicatio) eo spectãt vt fr̃es ꝛ amici fiãt. Et qꝛ ẽ quoddã bñficiũ ad salutẽ pertinẽs qđ a quolibet quãtũcũqꝫ paupe põt exhiberi.s. orare ꝓ aĩarũ salute/ ideo subiũgit. [Bñdicite] scꝫ bona gratie ꝛ glorie imprecãdo [maledicentibus vobis] retro detrahendo: vel aperte blasphemando [ꝛ orate] dicta bona optando ꝛ deum deprecando [pro persequentib⁹ ꝛ calũniantib⁹ vos] falsum crimen vobis imponẽdo. Cui⁹ exẽplũ dedit dñs in cruce suspensus: et stephan⁹ lapidat⁹: ꝛ dauid a semei maledict⁹. ¶ Ubi nota ꝙ triplex est iniuria.s. cordis que rancor vel odiũ dr̃. Oris q̃ detractio vel maledictio. Operis.s. lesio manualis. His igit̃ generib⁹ tria dñs apponit remedia. Cõtra ꝑmũ [diligite iimicos vestros]. Cõtra secũdũ [benedicite maledicẽtib⁹ vobis: ꝛ orate pro persequẽtibus ꝛ calũniãtibus vos]. Cõtra tertiũ [bñdicite his q̃ oderũt vos] vñ Glo. Cõtra ecclesiã trib⁹ modis pugnat̃: odio: vbis: et cruciatu corpis: ecõtra eccl̃ia diligit: orat/ ꝛ benefacit.

Iniuria triplex.

Si ergo volum⁹ esse perfecti/ debemus iniuriantib⁹ nobis bñficiũ dare cordis/ ipsos diligendo: bñficiũ oris ꝓ eis orando: ꝛ beneficium operis ipsis benefaciendo. Et qꝛ magnũ dedit preceptũ: ꝑclarũ subdit ꝑmiũ. Ita inqt diligite: bñfacite: orate pro inimicis vestris [vt sitis filij patris vestri] altissimi [qui in celis est] filij inqꝫ ꝑ bonitatis imitationẽ: per gratie adoptionẽ: ꝑ educationẽ: ꝑ hereditatis adeptionẽ. Et sicut estis filij dei ꝑ naturam et creationẽ: sic etiã sitis filij ei⁹ ꝑ grãm et imitationẽ/ i eo qđ est ei ꝓpriũ: nã ꝓpriũ ẽ ei misereri ꝛ eẽ bñficũ. vñ Beda. Nulla maior põt esse merces/ qꝫ filios hoĩm terrigenas effici filios altissimi q̃ in celis est. Nos enĩ potestate accepta efficimur filij dei/ inqꝫtum ea que ab eo ꝑcipiuntur implemus. Et subiungit. Qui solem suum facit oriri super bonos ꝛ malos: ꝛ pluit super iustos et iniustos: ac gratos ꝛ ingratos. Et nõ solum amicis: sed etiam inimicis bene facit. Sicut enĩ inimicos nutrit vt amicos ac bonos/ ꝛ illos sui solis splendore illuminat: ꝛ suarũ pluuiarũ inundatione fecũdat: ꝛ bñficia cõmunia nõ subtrahit etiã malis hoĩbus: qui tñ ei inqꝫtum in eis est inimicant̃: sed ꝓ sua misericordia indiscere omnibus vite presentis bñficia largit̃. vbi Hiero. Noli negare qđ deus nulli negat/ qꝫuis sit blasphemus ꝛ impius. Sine distinctiõe oĩbus tribuamus: non querentes cui: sed quare demus. Ut aũt dictũ est supra: orate generaliter pro inimicis/ et eis benedicere: pro quanto in generalitate populi includuntur est ꝑceptũ: sicut qđ in generali dilectione diligantur: sed in speciali ista facere nõ est preceptũ: sed ꝑfectionis.

Bñficiũ triplex ꝑfectorum.

¶ Et sciendũ ꝙ Chrys. ponit nouẽ grad⁹ ꝑm accessũ ad ꝑfectionẽ mãdati hui⁹. Unde ait. Uidisti nempe quantis ad ꝑfectionẽ gradib⁹ ascendit: ꝛ queẽadmodũ nos in ipm veritatis cacumẽ statuit: ꝛ paulatim in ipsum celum reducit. Prim⁹ grad⁹ est: nequaqꝫ ad ledendũ priorem venire. Secũdus: vt nõ amplius referat qꝫ qđ a ledente sustinuit. Tertius ne lesus faciat illa que passus est: sed qescat. Quartus vt etiã prebeat seipsum ad iniuriã sustinẽdã. Quintus vt etiã ad maiora se prebeat: qꝫ vult esse q̃ fecit. Sextus non odisse eum a quo ista perpetit̃. Septimus etiã diligere ledentẽ. Octauus bñficijs eũ libenter afficere. Nonus etiã deũ ꝓ aduersario deprecari. Per spexisti celsitudinẽ phie: ꝛ iccirco tã claro digna est premio: qꝛ tã magno est subiecta ꝑcepto. Nã ꝛ premium illi tale proponit quale priorũ omnino nulli: vt scꝫ fierent similes dei: put tamen hoĩbus id esse possibile est. Igit̃ benefaciendũ est oĩbus: quia vt dicit Seneca. Nemo nõ cum alteri prodest: sibi profuit. Quia vero perfectio dilectionis vltra dilectionẽ inimicorum non põt procedere: ideo postqꝫ precepit inimicos diligere: consequenter subiungit. Estote ergo vos perfecti: sicut et pater celestis ꝑfectus est: que est lex amoris conseruando: vt queratis etiã inimicis prodesse: quod deum facere manifestum est qui beneficia largitur etiam malis hominibus: sic ꝙ propter eorũ maliciã non deserit benefacientiã circa ipsos: ita nec vos circa inimicos. Nam ꝑm Chry. sicut filij carnales similant patres in aliquo corpis signo: ita filij spirituales deum in sanctitate: et nihil nos deo ita assimilat sicut iniusta facientibus ignoscere: et ꝓ eis orare. Et arguit hoc exemplo publicanorum ꝛ infidelium/ qui suos amicos diligunt/ ꝛ eis benefaciunt. Si ergo supra ipsos mercedẽ beatitudinis volumus habere: debemus plus propter deũ facere: dilectionẽ etiam ad inimicos extendendo. Si enĩ diligitis (inquit) tantum eos qui vos diligunt/ quam mercedem habebitis? hac scilicet de causa a deo in eterna vita. Quasi diceret nullam. De his enim dici potest: recepistis mercedem vestram. Talis namqꝫ dilectio est naturalis: et non procedit de charitate que se extendit ad omnes homines: et ideo non est meritoria.

Filios ꝛ similes dei fieri summũ ꝑmiũ est.

Sed tñ hec oportet facere: ꝛ illa non omittere. Diligere enĩ diligentes est nature: diligere non diligentes est gratie: non diligere diligentes est peruersitatis maxime: nõ diligere nõ diligentes est imperfectionis humane. Et si salutaueritis fratres vestros tñ: q̃ aliqua affinitate iuncti sunt vobis.i. salutem eis optaueritis: ac charitatis et dilectionis affectũ eis ostenderitis: quid amplius.s. quãtũ ad perfectionẽ facietis? Et si benefeceritis tantũ his qui vobis benefaciũt qđ est debiti naturalis ex accepto beneficio: q̃ vobis est grã.i. qđ meritũ gratie apud deũ? Quasi diceret nullum. Nam publicani ꝛ ethnici.i. peccatores ꝛ gentiles hoc faciunt. Publicani q̃ publica vectigalia exigunt: a publio rege romanorum nomen traxisse dicuntur. Ethnici vero ab ethnos grece: quod gens latine est vocãtur: qui tales sunt vt fuerunt geniti.s. sub peccato. [Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere: que gratia vobis] scꝫ apud deum. Quasi diceret nulla. Nam vt dicit glosa: ex hoc solo quod speratis recipere non pro deo datis. Unde de talibus dici põt: receperunt mercedẽ suam: qꝛ spe retributionis humane mutuant. [Nam ꝛ peccatores] q̃ gratiã dei non habent: peccatoribus fenerantur.i. mutuũ dant: vt equalia nõ vltra sortẽ recipiãt. Ex quo patet ꝙ plusqꝫ peccatores sunt q̃ mutuãt vt cũ vsura recipiant. Quasi diceret ꝑm Bedã. Si tales inter se natura duce norũt esse benefici/ quanto vobis grad⁹ professionis eximior necesse est vt cura virtutis sit vberior: quatenus etiã non amantes charitatis sinu amplectamini. vnde Chry. Qm̃ igit̃ digni supplicio sumus: qui cum ad similitudinem dei vitam nostram informare iubemur: forsitan ne gentilibus quidem inuenimur equales. Et iterũ. Sed si nos in his nec publicanis nec gẽtilibus meliores efficimur: nonne lugẽndi et plangendi sumus? Quinimmo intantũ longe sumus a diligẽdis inimicis: vt nec amicis quidẽ charitatis vicem reddamus: sed econtrario odio habeamus etiã diligentes: in quo nõ solũ gentilibus et publicanis nequaqꝫ differimus: sed multo etiã inferiores existimus. Christ⁹ etiam non solum vult nos ignoscere delinquẽtibus: sed vt etiã amemus eos ꝛ oremus pro ipsis. Nam si tantummodo non ledas eũ qui te lesit: auertis te tñ ab eo: nec libenter eum videas: manet sine dubio vulnus in pectore: ꝛ dolor augescit in corde. Nunquid tu ita vis tibi propitium fieri deũ: vt non te quidem ledat: auertat se tamen abs te: ꝛ peccatorum tuorum memoriam teneat: et videre te nolit? Igitur qualem vis erga te esse deum cum delictorũ veniam poscis: talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te. hec Chry. Intellige ꝙ qñ ista fiunt ex naturali affectiõe: q̃ potest ꝓcedere ex causa vtili aut delectabili: et ex causa honesti: et per habitum moralis amicitie: sic non sunt meritoria vite eterne. Sed quando ista procedunt ex habitu charitatis: tunc sunt meritoria: ac principium et ratio merendi ad deum: que sola diuidit inter filios regni ꝛ perditionis. Diligere enim propter amorẽ reciprocum nature est debitum. Diligere propter beneficium acceptum vel speratum est mercennariũ. Diligere propter mutue familiaritatis oblectamentum: est malũ. Diligere propter peccati consensum: est malignum. Diligere propter opus bonum: est gratuitum. Qui enim diligit proximum: aut qꝛ bon⁹ est: aut vt bonus sit: aut quia

Gradus nouẽ ad perfectionem.

Publicanis et ethnicis ꝑstare debem⁹

Dilectio q̃ ad vitam eternam prodest.
Dilectio multiplex

eiusdem corporis mẽbra/ ⁊ eiusdẽ patris filij sumus/ ve
re diligere dicit̃. talis eñi amor spũalis est: et ideo indefi
ciens: carnalis eñi amor cito dilabitur: sicut et ipsa caro
quasi videlicet amore publicani et ethnici se inuicem di-
ligũt/ in quibus est natura sine gratia: ⁊ tantũ diligẽtes
se diligunt. statim eñi vt se ab alijs nõ diligi intelligunt:
ipsi quoqꝫ alios nõ diligũt. Nos ergo oẽs diligere: oĩm
salutem querere/ omnibus benefacere/ et charitatis affe
ctum ostendere debem⁹: nõ querentes cui/ sed quare ista
faciamus. Sic enim augetur amor: et concordia crescit.
Ista itaqꝫ debent fieri: nõ in spe retributionis humane:
sed diuine. Sicut eñi deus est oĩs boni p̃ncipiũ/ sic vult
esse ⁊ finis. Ego sum inquit alpha ⁊ o: principiũ et finis.
Unde Aug. Qui amicũ ꝑpter ꝯmodũ quodlibet amat:
nõ amicũ cõuincit̃ amare: sed cõmodũ. Et ideo de⁹ quo
nihil est mai⁹ aut meli⁹ ꝑpter quod diligatur/ ꝑpter se
ipm ꝑfecte diligitur. Si vero saltem ꝑpter illa q̃ prestat
amat̃: nõ vtiqꝫ gratis amat̃: q2 iã illud ꝑpter qḋ diligit̃
ei (quod dictu quoqꝫ nefas est) antefert̃. Et iterum. Gra
tis de⁹ amet̃: vt operis quo illi ministratur preciũ sit esse
cũ illo. Nihil eñi debem⁹ ꝓ amore iesu querere: nisi eius
suauẽ presentiã. hec Aug. vñ Bern. Non sine premio di-
ligit̃ de⁹: ⁊ si absqꝫ premij intuitu sit diligendus. Uerus
amator premiũ non querit: sed meretur. hec Bern. Ame-
m⁹ ergo aduersarios nr̃os: ⁊ nihilominus eis beneficia
prestemus/ vt simus ꝑfecti ꝓ modulo nr̃o ꝑfectione gra
tie: sicut ⁊ pater noster celestis ꝑfectus est ꝑfectione natu
re: qm̃ perfect⁹ dñs bonos ⁊ perfectos vult habere fide-
les. Simus interim perfecti saltem perfectione sufficien-
tie: que est in dei et proximi charitate. et nitamur ad cu-
mulum perfectionis supererogationis/ q̃ est diligere ini-
micos: ⁊ orare pro eis: sicut fecit xp̃s: vñ Chry. Non tñ
ledimur ab iniquis q̃ñ nocemur ab ipsis: quãtũ cũ ꝑ ma-
liciã eorũ cõstantia bonitatis a suo ꝓposito victa reces-
serit. Ne igit̃ odio habeas facientem tibi mala: ⁊ ne male
dicas vexanti: sed magis ama/ quasi multoꝝ tibi cõcilia
torẽ honorũ: teqꝫ ad amplissimũ honorẽ ledendo ducẽtẽ
Alioqñ ⁊ laborem sustinuisti: fructu aũt priuat⁹ es: et ia-
cturã quidem feres: mercedem aũt perdes. Quod certe
extreme oĩno dementie est: vt aliqui cum maiora perpessi
sunt nequaqꝫ minora sustineãt. Et queãdmodũ inquies
fieri ista possibile est. Uidisti deũ hoiem factũ: et vsqꝫ
ꝓ tua descendentẽ salute/ tantaqꝫ ꝑpter te esse perpessũ:
et adhuc inquiris aut dubitas: queãdmodũ possibile sit
iniurias donare cõseruis? Sed tu plurimum oĩno lesus
es. Uerũ quid tale perpessus es: quale tuus oĩno omniũ
dominus? Sin autem omnino nimis lesus es: iccirco ma
xime beneficium refer nocenti: vt et tibi ipsi clariorem fa
cias coronam/ et fratrem a periculo grauissimi languo-
ris absoluas. hec Crisostomus. Oratio.

Alpha ⁊ o Apocali. xxi. ⁊ xxij.

De⁹ amandus ꝑpt se ⁊ gratis

Premiũ q̃ nõ q̃rit amando meretur.

Possibilitatis amãdi inimici exẽplũ est christus.

Domine iesu xp̃e mitissime et toti⁹ humilitatis
et patiẽtie magister: da mihi seruorũ tuoꝝ vlti
mo et simplici: vt me humilẽ et alijs inferiorẽ
cõstituens ab oĩbus cõtẽni cupiã ⁊ cõculcari
iniuriãqꝫ in corpore vel reb⁹ patiẽter sustinẽs: aĩm para
tũ ad plura sustinẽda habeã/ ac omni petẽti in corporali
bus ⁊ spiritualibus ꝓ posse subueniam. Concede etiam.
vt nõ solũ amicos: sed et inimicos me corde/ ore/ vel ope
re/ ꝑsequentes ecõtra valeam diligere: eisqꝫ benefacere ⁊
benedicere: ac pro eis orare: vt inter filios et electos tu-
os merear tua gratia munerari. Amen.

¶ De laude humana in bonis operibus nõ q̃renda. Capitulum. xxxvj.

Post hec magne ꝑfectio-
nis verba docet/ ne de bonis operib⁹
inaniter glorientur: quia valde diffi-
cile est vt in eis vana gloria totaliter
euitetur. vñ ait. [Attendite] .i. diligẽ-
ter cõsiderate/ ⁊ attẽti aut cauti esto
te. s. cõtra insidias supbie: q2 etiã bo-
nis operib⁹ insidiat̃ vt faciat ea perire [ne iusticiam ve-
strã] .i. opera iusticie. s. opa bona de genere quocũqꝫ fue-
rint illa: q2 oĩa continent̃ sub iusticia generaliter dicta:
[faciatis corã hoĩb⁹] eo scꝫ fine [vt videamini ab eis] .i.
ꝑpter laudẽ humanã et fauorẽ mundi: nõ ꝑpter gl̃iam
dei: nec ꝑpter edificationem proximi: alioquin mercedẽ
nõ habebitis apud deũ: cui⁹ amore non fecistis. Ille eñi

Mat. vj.

debet mercedẽ dare: cuius mãdato mouet̃ operari⁹ vel
amore. Nisi ergo de⁹ singulariter sit in cã/ nõ opis merce
dẽ: sed fallacie suppliciũ apud deũ habebũt: q2 hic ab hu
mano ore mercedẽ scꝫ leuem aurã fauoris recipere volue
rũt. Ab his tñ duntaxat acceperũt a quib⁹ eã cõcupierũt.
Ex quo ei intẽtio fert̃ ad hoies tm̃: nõ est aliqd a deo iu-
ste expectandũ: q2 nõ virt⁹ sꝫ causa virtutis mercedẽ hꝫ
apud deũ. Hoc igit̃ deputat̃ eis ꝓ mercede: cui⁹ amore
fecerũt scꝫ laus humana quã quesierũt. Et nõ solũ vera
mercede ob prauã intentionẽ euacuat̃: sed ⁊ nihilomin⁹
ꝓ inani gl̃ia: q̃ siue p̃cedat op⁹: siue sequat̃: semp morta-
le pctm̃ est/ penã eternã merent̃. Minuit̃ etiã ꝓbitas cõ-
sciẽtie ex fame mercede. vñ Boe. Minuit se ꝓbitatis cõ
sciẽtie secretũ: quotiẽs ostẽdẽdo q̃s fructũ recipit fame
p̃ciũ. Et ideo vt idẽ Boe. dicit. Sapiẽs bonũ suũ nõ po
pulari rumore: sꝫ ꝯsciẽtie vitate metit̃. Et cõsidera q2 (vt
ait Chry.) Nõ solũ nõ ostendi iubet: sed ⁊ studere latere.
Neqꝫ ei est equale nõ studere apparere/ ⁊ studere latere.
Per hoc tñ nõ ꝓhibent̃ opa bona fieri corã hoĩbus ad
dei gl̃iam et proximi edificationẽ: q2 hoc est bonũ ⁊ me-
ritoriũ apud deũ. Sed vt dicit Grego. Ualde perfectoꝝ
est/ sic ostenso opere gl̃iam auctoris querere: vt de illata
laude nesciat priuata exultatione gaudere/ quam ĩfirmi
q2 perfecte cõtemnẽdo nõ supant: restat necesse est/ vt bo
nũ qḋ operant̃ abscõdãt. ¶ Deinde postq̃ꝫ generaliter iu
sticiã noĩauit: nũc cõseq̃nter ꝑ partes exequit̃ ⁊ speciali-
ter ꝓhibet in elemosina/ ⁊ orõne/ ac ieiunio vanã gl̃iam
queri: q2 hec tria precipue cõsueuit inanis gloria comita
ri. Hec sunt tria sanctificationis opera. s. elemosina cõtra
pctm̃ in ꝓximũ. orõ ꝯtra pctm̃ in deũ. ieiuniũ ꝯtra pctm̃
in semetipm. Hec etiã tria valẽt cõtra tres radices pctõ
rũ. s. cõtra tria mala q̃ in mũdo sũt. Elemosyna ei est iu-
sticia ꝯtra ꝯcupiscẽtiã oculoꝝ. Oratio cõtra supbiã vite
Ieiuniũ cõtra ꝯcupiscẽtiã carnis. Ait ergo [cũ facis ele
mosynã] corpalẽ. s. vel spiritualẽ [noli añ te tuba canere/
sicut faciũt hypocrite] .i. noli eã facere in manifestatiõe:
et velle ĩnotescere vt gl̃ieris in laude tua: sicut ille aper-
tũ dat signũ q̃ canit tuba. Nõ est ingrata deo elemosyna
q̃ videt̃: sed q̃ ideo fit vt videat̃. Et q2 tales p̃ĩcipaliter
intendũt honorẽ vanũ ⁊ transitoriũ: ideo amittũt verũ ⁊
eternũ. vñ sequit̃. [Amẽ dico vobis/ receperũt mercedẽ
suã] . s. gl̃iam hũanã: quã querebãt ꝓ dono elemosyne: sꝫ
pena expectat̃ ꝓ mala intentione. Ita ergo faciũt hypo
crite. [Te aũt faciente elemosynã] quod est op⁹ de gene-
re bonorũ [nesciat sinistra tua] ⁊ intẽtio ꝑuersa [quod fa
ciat dextera tua] et intẽtio sancta. Sinistra est appetitio
et delectatio laudis humane vel cõmodi terreni: dextera
autem intentio implendi p̃cepta diuina/ seu amor dei et
celestis premij. Et si ergo sensus non se imisceat intentio
alicuius prauitatis: dũ precepto dei implere satagis. Et
exponit quod dixit nesciat: illud eñi nescitur quod in ab
scondito est: et ideo dicit [vt sit elemosyna tua in abscon-
dito] est. s. ꝺm rationẽ intẽtionis: ⁊ si nõ ꝺm rationẽ opa-
tiõis. Sit in abscõdito ⁊ secreto mẽtis. i. in ipa bona con
scientia/ q̃ humanis demõstrari nõ põt oculis. Sufficit
tibi ad ꝓmerendũ p̃miũ: q̃ solus consciẽtie inspector est.
et hoc est qḋ subditur. [Et pater tu⁹] . s. de⁹ qui est pater
omniũ per creationẽ: et iustorũ per gr̃e adoptionẽ [qui
videt in abscondito] quia ipse solus videt intẽtionẽ cor-
diũ [reddet tibi] quia retribuet bonis ꝺm intentionẽ cor
dis hominibus absconditã et occultam: et si non in pre-
senti: tñ in futuro. Non ergo si hec sciant homines formi
dandũ est: sed si hoc animo fiant vt fructus placendi ho
minibus in eis expectetur: ⁊ laus humana admisceatur.
In omni ei opere nostro nescit sinistra quid facit dexte-
ra: si non amore laudis humane: sed dei amore et iusticie
id agam⁹. Et ideo siue in sinagogis: siue in vicis et pla-
teis elemosynã vel aliud opus bonum quis faciat: in ab-
scondito tamen facit quicunqꝫ hoc faciens non ab homi
nibus sed a deo videri desiderat. E contra vero qui in
abscondito facit: et videri cupiens laudem ex hoc et glo
riam querit: non in abscondito quidem facit: quoniam
absconditum non vult esse quod facit: tantumqꝫ ei valet
ac si in publico fieret. vnde Chrysosto. Potest enim ali-
quis coram hominibus elemosynam facere: nec tamen
ad hoc facere vt eam hominum oculis ostentet: ⁊ aliquis
non coram hominibus faciens: eo tamẽ animo facere vt
se id facientẽ optet videri. Propter qḋ non factũ ipsum

Mercedẽ vñ petas.

Glie inanis malũ.

Bona opera palam fiãt ad laudem dei.

In abscõdito facere q̃d est.

sed volūtatē/ aut coronat/ aut punit: nec fini operis: sed

Orō hypocritarū.

voluntati operantis mercedē damnum ve decernit. Nō igit̄ tm̄modo dedisse elemosynā: sed queadmodū opꝫ dedisse virtutis est. hec Chry. Silr̄ in oratione docet fugere vanā gloriā: vt nō ores in publico ad manifestationē vt videaris ab hominibꝰ: sicut faciūt hypocrite qui (vt dicit Chryſ.) non intendunt exaudiri/ sed videri. Et qꝛ intentionem habent peruersam: ideo damnosam subdit sequelā [quia receperūt mercedē suā] scʒ laudē transitoria/ sed tandē recipient penam eternā. Argumentum habes ex hoc/ ꝙ cū vana gl'ia sit mortale pctm̄: ideo omne opus ex vana gloria factum est mortale reputandū: qꝛ ꝓ eo pena infligit̄ eterna. Ita ergo faciūt hypocrite.

Oratio sanctorū.

[Tu aūt cū oraueris/ intra in cubiculum tuum] .i. in locum secretum [et clauso ostio] ne veniat multitudo impediens eleuationē mētis: ⁊ auertēs te a ꝓposito [ora patrē tuū] celestē [in abscondito]. Et est sensus ſm Remi. Sufficiat tibi vt ille solus nouerit tuā orationem: qui omnium corda nouit occulta: qꝛ ipse q̄ est inspector erit exauditor [Et pater tuus] cuius honorē debes intendere [qui videt in abscondito reddet tibi] fructum orationis in aperto. ſm Chry. Qui sic orat secreto vt ab hominibꝰ abscōse orare videatur: nō deū aspicit: sed homines: et ideo q̄tum ad propositū suū in sinagoga orat: ac etiā si dupliciter laudatur: et qꝛ orat: ⁊ qꝛ absconse orat. Cuius autem orantis mens solum aspicit deū/ q̄uis in synagoga oret tn̄ apud se in secreto videtur orare.

Orandi modus.

Orans ergo nihil nouum faciat qꝺ aspiciant homines/ vel clamando/ vel pectus percutiendo/ vel manus expandendo. hec Chryso.

Orō duplex/ publica et secreta.

Ubi sciendū ꝙ duplex est oratio: quedā publica que fit a ministris ecclesie: et ista non debet fieri in occulto: sed magis in publico et in ecclesia corā populo: qꝛ ꝓ tota offert cōitate/ ⁊ populus in hoc conformare se debet ministris ecclesie ipm̄ deū depcando ſm modū cōgruū ⁊ sibi possibilē. Alia est oratio priuata: ⁊ talis magis debet fieri in secreto duplici de causa: vna est: qꝛ orō est eleuatio mētis in deū: mens autē citiꝰ ⁊ meliꝰ eleuatur in deū quādo hō est in secreto loco/ et a tumultu separatus: alia est ad euitationē vane glorie/ que de facili insurgit in publico. Orare itaqꝫ volentibꝰ salubre dat xp̄s consiliū/ vt intrent in cubiculū: scʒ cordis secretū/ ⁊ claudant ostiū: scʒ carnales sensus: per quos exteriora improbe se ingerūt: ⁊ turbe fantasmatum orantibus obstrepunt/ vt sic etiam clauso ostio mentis/ ⁊ collectis anime viribus oratio spiritalis fit in intimis cordis: ⁊ inde dirigatur ad deū feruentius: vbi oratur pater in abscondito: qꝛ absconditū ⁊ cubiculū est secreta cordis intentio. Quantū enī homo contemnit qꝺ est extra se: tm̄ pōt se recolligere intra se: et q̄tū se recolligit intra se/ tm̄ pōt supra se ad orationem ⁊ dei contēplationē ascendere.

Orō breuis cōmendatur.

Deinde circa orationē excludit gentiliū errorē dicens. [Orātes aūt nolite multū loqui: sicut faciunt ethnici: qui putant in multiloquio] et altiloquio: ac suauiloquio suo exaudiri: et ꝙ ipsi ita verbis flectere queant deū sicut orator iudicē.

Noui nihil indicatur deo.

[Scit enim pr̄ vester celestis/ q̄d opꝰ sit vobis anteq̄ȝ petatis eum] qꝛ audit p̄parationem cordis singuloꝝ: hoc addit ad excludendū istoꝝ gentiliū falsum intellectū: ſm quē aliq̄d deo notificat̄ de nouo: qꝛ oīa scit ab eterno. Non ꝓhibet dn̄s in oratione multiplicationē verborū simpliciter et absolute: qꝛ ⁊ ipse pnoctauit in oratione: ⁊ factus in agonia prolixiꝰ orabat: sed ꝓhibet ne multiloquio vtamur in orōne/ eo fine ⁊ ea intentione quibus vtebātur gentiles ydolatre:

Orō gentiliū cur longa ⁊ vocalis erat.

qui triplici de causa vtebant̄ vocali orōne in multiloquio facta. Prima qꝛ orabāt demones qui nescirent quid illi peterēt nisi verbis ⁊ signo exteriori instructi essent: secreta enī cordis humani penetrare nō valent Secunda qꝛ putabāt demonibꝰ quasi hominibꝰ verbis persuasilibus et multis persuadendum esse: et sic eos ad miserēdum prouocari. Tertia: quia demones quos orabant: nūq̄ȝ absentes esse putabāt: ⁊ ꝙ per talem orationē reuocari possent. Ista sunt mala: ⁊ ideo ab oratione fidelium remouenda.

Orō nr̄a cur vocaliter fit.

Similiter autē triplex est causa quare nos vtamur vocali oratione. Prima vt obsequium oris sicut et cordis et operis deo impendamus: triplex enim sacrificiū deo debemus: scʒ sacrificiū cordis/ oris/ ⁊ operis. Secunda vt ad memoriam reuocemus quod petere debemus: ⁊ vt ipsa vocalis oratio pigritiam nostram excitet: qꝛ si homo semper in silentio oraret de facili obdormiret oblitus quid peteret. Tertia: vt vocali oratione proximus instruatur/ ⁊ ad cōsimile opus īuitetur.

Orōnem cur petat dominus.

Uult aūt deꝰ vt oremꝰ: ne qꝺ ab eo nobis dat̄ vile habeamus: sed eo ipso ampliꝰ eū adoremus: desideremus: et ita amplius mereamur. Nec ad eū orantes frustra scienti loq̄mur. qꝛ ſm Hiero. Non narratores: sed rogatores sumꝰ aliud est enī narrare ignoranti: aliud petere scienti. Unñ Chry. dicit ꝙ oportet orare: vt scʒ deū nō doceas: sʒ inflectas: vt familiaris efficiaris interpellationis frequentia vt humilieris orando. vtqꝫ peccatorū tuorū recorderis.

Verba orationis mltiplicari possunt.

Et notandū ꝙ possunt multiplicari verba in oratiōe: vt ꝑ significationē verborū deuotorū animus meliꝰ eleuet̄ in deū: ⁊ nō solū mente: sed etiā corporali voce hō eleuet̄ in eum. ſm illud. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deum viuū: nō tn̄ pōt ibi dari regula certa: sed debet hō talibus vti in oratione quātū ꝑcipit qꝺ faciūt ad deuotiōis exercitationē. Si aūt ecōtrario ꝑcipiat ꝙ multiplicatio verboꝝ distrahat mentē eiꝰ: qꝛ aliq̄n multiloquium oris impedit deuotionem mentis: tunc debet cessare a verbis et orare deum mentis affectibus. vn̄ ſm Augu. Quando rogamus deum pietate opus est non verbositate: aliud est sermo multus: aliud diuturnus affectus. Nā plerūqꝫ hoc negociū plus gemitibus agitur q̄ȝ sermonibus: pluꝰ fletibus q̄ȝ affatu. Hec tamen intelligenda sunt de orationibus priuatis et voluntarijs: qꝛ orationes debite et publice debent esse in verbis: vt possint percipi ab alijs.

Ieiunium hypocritarum.

Deinde docet fugere hypocrisim in ieiunio dicens [cum ieiunatis] quod expedit pro tempore [nolite fieri tristes sicut hypocrite]. Non solum ꝓhibet fieri: sed velle: cum dicit: nolite: in voluntate est enim prima radix merendi vel demerendi.

Fieri ⁊ eē tristē differunt.

Itē fieri prohibet non esse: qꝛ ſm Chry. Sciens dn̄s ꝙ non potest esse hilaris qui ieiunat/ non dixit/ nolite esse tristes: sed nolite fieri. Aliud est eī esse/ aliꝺ fieri. Assiduū quidem ieiunium naturaliter facit esse tristem: qui autem per hypocrisim pallentes apparent/ tristes non sunt: sed fiunt sicut hypocrite tristes in apparentia: vt ipsa vultus tristicia sit ostentatio ieiunij falsa ⁊ vana. [Exterminant enim] ⁊ quasi extra ꝓprios terminos ponunt ⁊ adducunt [facies suas] ac deformant corpora sua habitu sordido et squalido deturpant [vt pateāt hominibus ieiunantes] ac semper videātur tristes: ⁊ quasi de peccatis ⁊ aliorū lugentes: ostēdūt enī quandā faciei tristiciā/ ⁊ extra solitū aliorū modū in vultu ⁊ veste squalorē demonstrant: vt penitentie rigorem simulent: et religiosi pre ceteris appareant: et inde laudes ab hominibus recipiant. O insania vanitatis: nolunt esse qꝺ tn̄ volūt apparere. Et ꝓpter hoc cū assertione cōminatur eis penā nō modicā dicēs. [Amen] .i. vere dico vobis [qꝛ receperūt mercedē suā] scʒ laudē hoīm quā querebāt: ⁊ in futuro recipient ꝓ simulatione dānationē/ quā non timebāt. Et signanter dicit receperunt: nō recipiunt: qꝛ talis laus adeo breuis est ꝙ quasi nihil de p̄senti habet. vn̄ in Iob. Laus impiorum breuis/ ⁊ gaudium hypocrite instar pūcti.

Iob. xx. Laus hypocritarū.

Nō ḡ ꝓhibet dn̄s tristiciā penitētie ꝓ pctis: sed tristiciā fictam pro laudibus consequendis: nec prohibet videri ieiunantes: sed hoc non appetere ꝓpter hominū fauores: qꝛ nō virtus vetatur: sed mēs ficta reprobatur. vnde Chry. Si ergo qui ieiunat et tristem se facit hypocrita est/ quantomagis iniquior est qui non ieiunat sed argumentis quibusdā in facie sua pingit venalē pallorem quasi ieiunij signum.

Ieiunium bonorum. Ungere caput.

Deinde subdit modum ieiunandi debitum. [Tu aūt cū ieiunas] nō. s. imiteris hypocritas: sed [vnge caput tuum/ ⁊ faciē tuā laua]. Qꝛ ridiculum esset caput oleo ad litterā vngere: ideo ſm Hiero. Accipitur metaphorice a palestinis/ q̄ in festis solebant hoc facere: vt quando ieiunamꝰ letos nos ⁊ festiuos esse monstremus [vnge ergo caput tuum] .i. hilarem te exhibe [et faciem tuam laua] ad litteram ne sordidus appareas. Duo dicit contra duo: vnge oleo leticie contra tristiciam hypocritarum.

Lauare faciem.

Laua aqua mundicie contra exterminationem facierum. Vel ſm duas partes iusticie laua faciem internam: id est conscientiam a malo per cōfessionem tergendo: vt munda sit ante deum: sicut enī in conspectu hominū gratiosa est facies pulchra: sic in oculis dei preciosa est cōscientia munda: ⁊ vnge caput. i. mētem seu rationē que in anima preeminet: ac cogitatiōes et cetera hominis regit in bono per deuotionem gaudendo/ vt in ieiunio hilarē animum exhibeas deo: spiritua:

lis enim hilaritas in ieiunio/sicut in elemosina est neces-
saria:qꝛ sicut deus diligit hilarē datorē/sic et hilarē ieiu
nantē. vbi Aug. Intelligendū est hoc pceptū ad interio
rē hoīem ptinere. Vngere caput ad leticiā ptinet. laua-
re aūt faciē ad mundiciā. Et ideo caput vngūt: q̄ letant
īteriꝰ mēte/atq3 rōne. Et hoc faciat qui non foris querit
leticiā: vt de laudibꝰ hoīm gaudeat. Ita enim et faciem
lauabit. i. coꝛ mundabit quo visurꝰ est deū: nō ꝑ interpo
sito velamine/ ꝑpter infirmitatē cōtractā de soꝛdibꝰ. vel
ſm Chryſ. Unge caput. i. xp̄m oleo misericoꝛdie. s. pau-
peres recipiendo: laua faciē. i. intentionē ꝑpter deū hoc
faciēdo. Et subdit remouēs intentionē prauā [ne videa
ris hoībꝰ] i. ad laudē ꝛ gl'iam hoīm querendā ieiunare:
sed pr̄i tuo celesti cuiꝰ gl'iam tm̄ debes in operibus tuis
q̄rere: q̄ est in absċōdito coꝛdiū: qꝛ scrutat̄ renes ꝛ coꝛda
Ps.vij. hoīm. vel in abscondito remunerationū: quas abscondit
timentibꝰ eū. vel qꝛ deꝰ in vita p̄senti non potest a nobis
videri licȝ p̄ns sit vbiq3. [Et pater tuꝰ] qui nō obliuiscit̄
Sap.x. prolem suam [q̄ videt in abscōdito] i. approbat rectā/et
secretā intentionē [reddet tibi] talis ieiunij mercedē: qꝛ
reddet deꝰ mercedē laboꝝ sanctoꝝ suoꝝ. Ubi Remigiꝰ
Sufficit enī tibi: vt q̄ est inspectoꝛ cōscientie/sit etiam re
munerator. De vtilitate autem et fructu ieiunij sic dicit
Ieiunij fructus. Aug. Ieiuniū purgat mentē: subleuat sensum: carnē spi-
ritui subijcit: coꝛ facit contritū ꝛ humiliatū: cōcupiscen-
tie nebulas dispergit: libidinē extinguit: caritatis lumē
accendit. Hic ſm Aug. Animaduertēdū est: nō solū esse
Iactātia ī soꝛdidis. iactantiā in coꝛpoꝝ ꝛ rerū coꝛpoꝛearū nitoꝛe atq3 pōpa:
sed etiā in ipsis soꝛdibꝰ ꝛ squaloꝛe: ꝛ hoc eo periculosius
est/quo sub nomine seruitutis dei decipit: que tamen ce-
Mediū tenēdū est. teris operibꝰ cognosci pōt. Et ideo mediū est tenendū:
qꝛ nec nitoꝛ nec squaloꝛ nimiꝰ decet chꝛistianū. Ex p̄mis
sis etiā perpēde: q̄ virtutes ꝑpter se ꝛ deū/ nō ꝑpter bo
mines sunt appetēde. vn̄ Chry. Nō paruꝰ aūt fructꝰ est
humanā gl'iam cōtēnere: p hoc eī aliquis a graui seruitu
te liberat̄: ꝛ ꝑprius virtutis operatoꝛ efficit̄: eā amans
Oro ē auicula alis freta. nō ꝑpter alios: sed propter seipsam. Notanter vero oꝛa
tioni elemosynā et ieiuniū adiungit: qꝛ oꝛatio est quedā
auicula que penetrat celum: et habet duas alas: scȝ ele-
mosynā/ꝛ ieiunium. ꝛ ideo primo agit de elemosyna: ꝛ vl
timo de ieiunio: et medio loco de oꝛatione: quia ipsa oꝛa-
tio his quasi duabus pēnis a dextris et a sinistris suble-
uata penetrat celū/et ipsa quasi volando puenit ad deū.
Tho.xij. vn̄ in Thobia. Bona est oꝛatio cū ieiunio et elemosyna.
Laus humana vitāda ē ī oībꝰ In oībus ergo nostris operibus hūanā laudē fugere de
bemꝰ qꝛ vt dicit Boetiꝰ. Sapiēs bonū suū nō populari
rumoꝛe: sed cōscientie veritate metitur. Non solum autē
in operibꝰ: sed etiam in ocio laus humana est fugienda.
vnde Seneca. Absconde te in ocio: sed et ip̄m ocium ab
Ociū ābitiosum vitandum. sconde. Non inscribas tibi ph̄iam/aliud ꝑposito tuo no
men impone/valitudinē et imbecillitatē vocato et desi-
diam. Gloꝛiari in ocio/ambitio est. Animalia quedā in-
ueniri possunt/que vestigia circa ip̄m confundūt cubile:
idem tibi faciendū est: alioquin nō deerūt qui persequan
tur. Optimū est non iactare ociū suū. Ille se abscōdit/il
le clausus est/ille multis annis nō trāsit domꝰ sue limē.
Conuocat turbam quisquis ocio suo aliquā fabulā im-
posuit. Cū secesseris non est hoc agēdum: vt de te hoīes
loquantur: sed vt ipse tecū loquaris. Quid in ocio facis
Ulcus meū curo. Si ostenderē tibi pedem turgidū: liui
dā manū: ac cōtracti cruris aridos neruos: permitteres
me vno loco iacere et fouere moꝛbum: maius malum est
hoc q̄d non possum tibi ostendere. Nolo me laudes/no-
lo dicas. O magnū virū: cōtempsit oīa: ꝛ damnatis hu-
mane vite furoꝛibus fugit. Nihil damnaui nisi me: non
est quod proficiēdi causa venire ad me velis. Erras qui
hinc auxilij aliq̄d speras. Nō medicꝰ/sed eger hic habi-
tet. Malo illa cū discesseris dicas. Ego istum beatū ho-
minē putabā ꝛ eruditū. Erexerā aures/destitutus sum.
Nil vidi/nil audiui: quod cōcupiscerem/ad quod reuer
terer. Si hec sentis: si hec loqueris aliq̄d per profectū est
Malo ignoscas ocio meo q̄ inuideas. hec Seneca.

¶ Oꝛatio.

Domine iesu xp̄e/qui nobis in oībus operibus
tuis humilitatis exemplū ostendisti: ac vanā ꝛ
inanē gloꝛiam fugere docuisti: custodi me que
so intus et foꝛis cōtra insidias superbie. vt nul
lus pateat locus inimicis anime mee: ꝛ da mihi vt in ele
mosyna/oꝛatione/ieiunio/et in cunctis bonis operibus
laudem humanam: ꝛ mundi fauoꝛem nō queram: sed pu-
re propter dei gloꝛiam: ꝛ proximi edificationem ea faciā
nec de eis vnq3 inaniter gloꝛiari presumam: ne mercedē
hic recipiens/in futuro vera mercede merear euacuari: ꝛ
nihilominus penis eternis deputari. Amen.

¶ De oꝛatione dominica. Capitulū.xxxvij.

Inter cetera autē que de
oꝛatione dicitur: oꝛatio dominica in- Mat.vj.
terserit/ que multis ex causis oꝛatio- Oro dn̄ica excellit
nibus ceteris antecellit/ scȝ auctoꝛita
te doctoꝛis: quia ipsius saluatoꝛis oꝛe
prolata fuit: breuitate sermonis: qꝛ fa
cile dicitur/et cito profertur: sufficien
tia petitionū: quia vtriusq3 vite cōtinet necessaria: ꝛ fecū
ditate mysterioꝛum: quia immensa continet sacramenta.
vn̄ Chry. Dn̄s sub cōpendio verboꝝ foꝛmā oꝛandi tra
dens discipulis: ꝛ summam ꝛ sufficientiam omniū peten Oratiōis dn̄ice excellentia et sufficiētia.
doꝛum/tum beatitudinū/tū donoꝝ omniū/videlicet ad
vitam presentē et futuram pertinentium cōplectitur. In
hac oꝛationis foꝛmula breuis paucitate verboꝛum: sed
sufficiens continentia oīm petendoꝝ: omni orōne sp̄ua-
lioꝛis et sanctioꝛis: quia ex oꝛe altissimi processit: quia pe
tuntur ꝛ includuntur que in omnibus alijs oꝛationibus
cōtinent̄. O q̄ fidelis hec et beata nobis oꝛatio est cuius
oꝛdinē nobis doctoꝛ vite/ac magister celestis instituit:
q̄ beati etiam nos esse possumus: si huius oꝛationis do-
minice verba nō tantū officio oꝛis: sed etiam fidelissime
cōuersationis actu seruemus. Hanc itaq3 foꝛmā dominꝰ
discipulis suis ad spem salutis humane oꝛandi cōstituit
vniuersa igitur que fidei ac saluti nostre sunt necessaria
in hac breuitate oꝛationis dn̄ice continētur. hec Chryſ.
De sufficientia quoq3 istius oꝛationis benedicte sic dicit
Aug. Quecūq3 alia verba dicamus/que affectus oꝛātis
foꝛmat: nil aliud dicimus q̄ quod in ista oꝛatione domi-
nica positū est: si recte ꝛ cōgruēter oꝛamꝰ. Et si p omnia
precationū sanctarū verba discurras. nihil inuenies q̄d
in ista oꝛatione dn̄ica nō continet̄. quisq̄s aūt id dicit q̄d
ad istā euāgelicā precē ptinere nō possit: carnaliter oꝛat
q̄d nescio quō nō dicat̄ illicite: q̄n renatos dn̄s non nisi
spiritualiter docet oꝛare. hec augu. Cipria. etiā de orōne
dominica dicit: q̄ xp̄s in ista orōne magisterio suo oēm
precē nostram salutari sermone breuiabit. Quare autem Oratiōis dn̄ice breuitatis cause.
hec oꝛatio tā breuis est: et tam pauca verba cōplectitur:
possunt assignari septē rationes. Prima vt citius addi-
scatur. Secunda vt meliꝰ retineat̄. Tertia vt nullus de
eiꝰ ignoꝛātia excuset̄. Quarta vt frequentiꝰ dicat̄. Quin
ta vt tediū in dicendo remoueat̄. Sexta vt fiducia cito
impetrandi tribuatur. Septima vt in deuotione mentis
nō in multiplicatiōe verboꝝ virtus oꝛationis esse osten-
datur. Oēs vero petitiones sub septenario numero com Septē petitiones. oꝛationis dn̄ice.
prehendunt̄: qꝛ septenarius est numerus vniuersitatis:
et vniuersitas oīm recte desiderabiliū in his comprehē-
ditur petitionibꝰ: ideo rationabiliter oēs petitiones sub
septenario est complexus. Habet ergo hec oꝛatio dn̄ica
octo ptes. Prima est captatio beniuolentie quā sequun-
tur septē petitiōes. Captat̄ aūt beniuolentia tripliciter:
ex pte rogati: qꝛ pater/cuiꝰ filij sumus per fidē. ex parte
rogantiū: qꝛ noster/nobis datus p charitatē ex pte asses-
soꝝ rogati: qꝛ [in celis] est. i. in sc̄tis/quoꝛum auxilio eri
gimur per spem. Dicamꝰ ergo. [Pater] in quē credimꝰ.
[noster] quē diligimꝰ [q̄ es in celis] de quibꝰ speramus:
hec enī tria faciunt oꝛationē dignā. s. motus fidei/chari-
tatis/ꝛ spei. Ipse quidem dn̄s dicit̄ pater noster triplici
ter. ſm triplex esse q̄d ab eo accepimꝰ. s. nature: gr̄e et glo
rie. Esse nature dedit nobis in creatione: esse gratie in re
creatione: seu redemptione: ꝛ esse gloꝛie in regni comita-
tione. Dicitur ergo pr̄ oīm generaliter ratiōe creationis
sed fidelium specialiter ratione adoptionis. noīe autem
patris intelligit̄ hic tota trinitas. scȝ pr̄: ꝛ filius: et sp̄us
sc̄tūs. O quanta fiducia ꝛ fiducialis audacia/q̄ factura Pater p trinitate.
factoꝛē/creatura creatoꝛē/hō deū patrē audeat nuncu-
pare. Quis vnq3 ausus est in veteri lege talia p̄sumere:
Nemo vtiq3. Qꝛ ſm glo. deꝰ antiquis vt seruis dicebat̄
dn̄s: nūc dicitur pater cui nō timoꝛe/sed amoꝛe seruimꝰ.
vn̄ ꝛ aug. Nūq3 īuenitur preceptū pp̄lo israel: vt diceret
pater noster: sed est eis insinuatꝰ tanq3 dn̄s seruis. Nos

Rom.viij vero p sanguinē dñi iesu filij adoptionis effecti:ꝯfidenter clamam⁹. Abba pater. Et iterum. Quo noīe ⁊ charitas excitat. Quid em̄ chari⁹ filijs eē dʒ ꝙ pater: suppler affectus cū hoīes dicūt pater noster. Et quedam ꝓsumptio imperandi qua petituri sumus. Quid em̄ nō det iā filijs petētib⁹: cum hoc ipse ante dederit: vt filij essent. Postremo ꝙta cura animū tangit: vt que dicit pater noster: tanto p̄re nō sit indign⁹. Admonent hic etiam diuites / vel genere nobiles ſm seculum: cum xp̄iani facti fuerint: nō supbire aduersus pauperes et ignobiles: quoniā simul dicunt pr̄ nr̄: qḋ nō possunt vere ac pie dicere nisi se fratres esse cognoscant. hec Aug. vñ et Chryso. Quanta dñi circa nos dilectio: quanta misericordia eius ⁊ pietas: que nobis tante gratie munus indulsit / vt liceat dominū ac deū nr̄m serui patrē dicere audeam⁹: quo vocabulo nō iam tm̄ suos / sed etiā filios dei esse demonstrat: qꝛ ergo tanti muneris gratiā cōsecuti sumus: quasi filij dei agere et cōuersari debem⁹: vt id nos esse qḋ dicimur spiritali actu ꝓbemus: ne aliter agētes ꝙ dei filios ꝯuenit / rei sub vsurpatiōe tāti nominis teneamur. Docet aūt et generalem pro fratribus facere orōnē: nō enim dicit pater me⁹: sed pater nr̄: vt ꝓ cōi. s. corpore precē fundas: ⁊ vbiqꝫ nō tā propria cōmoda: ꝙ p̄ximoꝝ requiras. Ab hoc aūt ⁊ inimicitias interemit / ⁊ superbiam reprimit: ⁊ inuidiam repellit / et matrem bonorum omniū charitatē introducit: ⁊ humanaꝝ rerū inequalitatē prorsus exclu dit: et iniuriā regis cū paupere equalitatē honoris ostendit: si tn̄ in maximis ⁊ ad eternā gloriā necessarijs cōmunione sociemur. Cūctis em̄ vnā atqꝫ eādē nobilitatē donauit de⁹ cū dignat⁹ est pater oīm vocari. Hec Chryso. Admonemur ħ ad fraternā vnionē ⁊ dilectionē: sicut geniti ab vno p̄re celesti p grām: ab vno etiā terreno p naturā plasmato ⁊ creato a summo patre celesti: omnes etiā de eodē luto formati: ne sim⁹ elati quasi alij alijs clarioribus sint orti natalibus. Per celos autem intelligūtur sancti et iusti: qui templum dei sunt: qꝛ in oībus p diuinitatis ꝓsentiā: est tn̄ speciali modo in iustis p inhabitātē gratiā / ⁊ specialissime excellētia ei⁹ relucet in beatis per gloriā. vñ Aug. Recte intelligit qḋ dictum est ⌊pater noster qui es in celis⌋ in cordib⁹ iustoꝝ esse dictū tāqꝫ in tēplo sancto suo. Simul etiā vt qui orat: in se quoqꝫ ip̄o velit habitare quē inuocat. Et cū hoc affectat teneat iustitiam: quo munere inuitatur ad inhabitandum animum deus. hec Aug. Vel ⌊qui es in celis⌋ .i. in secreto tue maiestatis: q̄ adhuc celatur nobis. ſm illḋ Esaie. Uere tu es deus abscōditus. In quo admonemur et sanctos imitari in cōuersatione: ac secreta ⁊ abscondita petere. Uel in celis .i. i illa celesti regione eterne beatitudinis: vt cōmorationem vite presentis velut peregrinam: ⁊ a patre nostro nos separātē: horrentes / ad regionem in qua patrē nostrū cōmorari letamur: summo desiderio ꝓperemus: ⁊ ad illā tanqꝫ ad patriā totā nostram intentionem figamus. Admonemur etiam vt nihil admittam⁹ eiusmodi: quod hereditate paterna nos priuet. Et per hoc qḋ dicitur esse in celis: nō excluditur quin sit vbiqꝫ et in omnibus locis: ꝙuis em̄ vbiqꝫ sit tot⁹ essentialiter / presentialiter / ⁊ potētialiter: tn̄ dicit de eo ⌊qui es in celis⌋ vt innuat ꝙ celestis pater celestes vult habere filios: et ideo (vt ait Chry.) erubescāt se terrenis rebus substernere: q̄ patrem habēt in celis. Item vt orantes celestia petam⁹: ⁊ vt in celis hereditatē filioꝝ dei cogitemus. Item qꝛ in celis magis relucet sue diuine operationis ꝑtās ⁊ virtus: ꝓcipue ⁊ poti⁹ dr̄ esse ibi ꝙ alibi: sicut anima vbiqꝫ est in corpore: intētius tn̄ dicit eē in corde. Uel ſm alios etiam dicit esse in capite: qꝛ ibi nobiles sue operationes magis videntur apparere. ¶ Jam nunc que sunt appetēda: videamus. Primū autē omnium que petuntur: ħ est ⌊Sanctificet nomē tuū⌋ .i. nomen tuū quod in se ⁊ semp venerabile est ⁊ sanctum: glorificet ac sanctum et celebre sit: ⁊ ostendatur in nobis / ⁊ in corde credendo et amando: ⁊ in ore laudando ⁊ predicando: ⁊ in opere bene viuēdo / vt scʒ nostra vita ⁊ conuersatione sp̄uali sanctus appareas. Ita ergo dicitur sanctificari sicut clarificari et magnificari: nō in se / sed i nobis: nō em̄ petim⁹ ꝙ aliqua sanctitas ei de nouo accrescat: quia hoc est impossibile: sed sanctitas que eternaliter inest: reluceat amplius in creaturis: ac primo ⁊ principaliter queratur i operibus

j.Cor.x. humanis. vt ſm apostolum. Omnia in gloriam dei facia

Margin notes, left column: Orādū est p oibus. — Nobilitas ⁊ generositas oibus vna data. — Celi pro sanctis. — Esa.xlv. — Deus vbiqꝫ est. — Hic sedes — Petitio prima. Sanctificatio nois dei.

mus. vñ Chryso. Digna prorsus eius qui deum patrem appellauit oratio nihil omnino pri⁹ ꝙ pro illius gloria supplicare. Dignare inquit in tam mūda nos conuersatione seruare: vt per nos cuncti te omnino glorificēt. Sicut enim cum quis celi pulchritudinē aspicit: dicit gloria tibi deus: sic etiā cum aspicit alicui⁹ virtutem: qꝛ hominis virtus multomagis ꝙ celum glorificat deū: hec Chryso. Uel ⌊nomen tuum⌋ scʒ paternitatis quo diceris pater. sanctificetur .i. confirmetur in nobis per perseuerātiam ⁊ stabilitatē: ne a sanctificatione nois in aliquo discrepemus: sed patris nomē in nobis tanqꝫ in filijs vita ⁊ moribus ostendam⁹: vt nunqꝫ per peccatū a filiatiōis gratia separemur. vel a nobis gratia separet filiatiōis: sed filij tui per gratiā semp maneamus: vt vere simus filij tui / quorum tu pater esse dignaris. Uel ⌊nomen tuū⌋ .i. noticia tua sanctificetur .i. confirmetur in nobis ꝑ verā fidē: vt tu de⁹ qui in te sanct⁹ es sanct⁹ habearis ab hominibus: ⁊ ita omnibus innotescaris / vt nō existimēt aliquid sanctius quod magis timeāt offendere: et qḋ diligenti⁹ studeāt honorare. ¶ Deinde sequit secunda petitio ⌊Adueniat regnū tuū⌋ scʒ ecclesie .i. manifestetur hominibus: vt tu qui nunc regnas / Semperqꝫ regnasti in terris: ab hominibus ignorātibus regnare percipiaris ⁊ cognoscaris: quib⁹ regnū dei ꝙuis nunqꝫ discedat de terris / tn̄ absens est: sicut lux presens abest cecis / et oculos claudētibus. Uel ⌊adueniat regnū tuū⌋ scʒ gratie: q̄ quotidie regnas in sanctis: qḋ fit cum dyaboli iperio ꝑ extinctione vitiorum de cordibus nostris pulso: tu in nobis per virtutū flagrantiā incipias dn̄ari: vt non regnet dyabolus / aut mund⁹ / vel carnalis affectus / seu vllum peccatum in nobis: sed tu solus sine illis. Uel ⌊adueniat regnū tuū⌋ scʒ glorie: qḋ prestituto tp̄e omnib⁹ est perfectis ac dei filijs generaliter repromissum. Ubi desideriū nostrū ad futurū regnum excitam⁹ / vt nobis ⁊ ad nos veniat / ⁊ in eo regnare mereamur. ¶ Nam velimus nolimus vtiqꝫ adueniet: ⁊ vtinā paratos inueniat. vñ Chry. Hoc quoqꝫ grauissimi omnino serui est / neqꝫ inherere ꝓsentibus / neqꝫ magnū aliquid ea que videntur putare: sed ad partem semp vrgeri: semperqꝫ in futura gestire. Quod certe de optima oritur conscientia: et mente terrenis omnibus exuta. Qui em̄ isto amore succenditur / ⁊ hoc habet desiderium: neqꝫ huius opibus ⁊ benignis inflari poterit: neqꝫ aduersis ⁊ tristibus humiliari: sed tā ꝙ in ipso celo habitans ⁊ cōuersans: ab vtraqꝫ erut⁹ est inequitate. Et iterū. Sed magne fiducie ⁊ sincere ꝯsciētie est hoc dñi regnū: vt adueniat confidēter optare. Et iccirco qꝛ vt regnū dei veniat semper oramus / tales nos in fide dñi ⁊ mandatis eius exhibere debemus / vt futuro regno digni esse possimus. hec Chry. Et sic regnum dei est triplex: scʒ in ecclesia: et in aīa: atqꝫ in vita eterna: nec possumus ad deum venire per gloriam: nisi ipse primo veniat ad nos per gratiam. Post hec sequitur petitio tertia ⌊Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra⌋ .i. sicut in angelis ⁊ electis / qui sunt in celo perfecta est volūtas tua: vt volūtati tue ꝯformati / preceptis tuis obediāt et tibi omnino adhereant: ⁊ inculpate seruiant / teqꝫ perfruantur: ita fiat in hominibus qui de terra sunt ⁊ in terra cōuersant. Uel ⌊fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra⌋ .i. sicut i iustis / ita ⁊ in peccatoribus: vt a te / scʒ vnum deum ⁊ verum conuertantur: ⁊ vniuersi non suam / sʒ tuā faciant voluntatem: ac te credant omnia que vidētur vl' aspera vel prospera pro nostris vtilitatibus dispensare. Tantum enim spiritualiter interesse videtur iter iustos et peccatores ꝙtum corporaliter inter celum et terram: et hoc accidit ex diuersitate affectuum: Nam affect⁹ iusti ē circa celestia: peccatorum autē affectus versatur circa terrena. Uel ⌊fiat voluntas tua sicut in celo et in terra⌋ .i. sicut in spiritu / ita et in carne: vt caro non concupiscat aduersus spiritū: sed quēadmodum bonus spiritus nō resistat tibi / ita ⁊ corpus non resistat spiritui: ⁊ p consequens nec tibi: ⁊ vtroqꝫ omnia que odis / odiamus: et q̄ diligis / diligam⁹: et q̄ p̄cipis impleamus. De volūtate dei sic dicit Cyprian⁹ super oratione dn̄icam. Uolūtas dei est quā xp̄s fecit ⁊ docuit: humilitas in cōuersatiōe: stabilitas in fide: modestia in verbis: in factis iusticia: in operibus mīa: in moribus disciplina: iniuriā facere non nosse: ⁊ factam posse tollerare: cum fratribus pacem tenere: dn̄m toto corde diligere: amare in illo ꝙ pater ē: ti

b

Margin notes, right column: Nomen dei. — Petitio scḋa orōnis dn̄ice. De aduentu regni dei. — Aduētus regni dei optandus bonis. — Regnum dei triplex — Petitio tertia. Uolūtatē dei fieri in celo et in terra. — Uolūtas dei que est

mere quod deꝰ ē:xpo nil preponere/qꝛ nec nobis quicq̄
preposuit:charitati eius inseparabiliter adherere: cruci
eius fortiter ac fidenter assistere:quando de eius nomie
et honore certamen est exhibere in sermone cōstantiam
qua cōfitemur: in questione fiduciā qua cōgredimur.in
morte patientiam qua coronamur. Hoc est coheredem
Petitio quarta. xpi velle esse:hoc est ꝓceptū xpi facere:hoc est voluntatē
patris implere.hec Cyprianus. Deinde sequitur quarta
Panis quotidianus. petitio.⌊ Panē nr̄m quotidianum da nobis hodie⌋.i.vi
ctum quotidianum corpori necessarium noīe panis desi
gnatum. Et in hoc intelligunt peti oīa vite necessaria.
vnde Augu. Si ergo hic sufficientiā petimus a parte q̄
excellit.i.nomine panis totā significantes. Panē ergo
dicit:non carnes:non pisces.i.non aliquod superfluum:
sed tātum quod est nature necessarium:quod bene signi
Eccli.xxix. ficat per panē:qꝛ ſm Ecclisiasticū. Initiū vite hoīs aqua
⁊ panis. Et addit nostrum:vt nēo sibi tpalia appropriet
qꝛ ſm Chrys. Oīa q̄ nobis dat deus/siue orātibus/ siue
militantibus:non solū nobis dat:sed etiā alijs per nos:
vt de eo qꝺ accepimus a deo:partē impotentibus facia
mus. Qui ergo de laboribus suis indigentibus non pre
stat/non tantum panē suū/sed etiam alienum māducat.
Panis noster. Et qui de iustitia panē acquisitū mādu cat:suū panē mā
ducat:qui autē cū pctō:alienū. Nā illi deꝰ dat panem: q̄
cum iustitia preparat:dyabolꝰ aūt ei qui ꝑparat cū pec
cato.ſm Grego. Nostrū hūc panē dicimꝰ:et tamē vt de
tur:oramus:dei em̄ est ex munere: quia ab illo datur et
noster fit ex perceptione cum accipit. Dicit autem quoti
dianū nō annuū: vel ad plures annos ꝓuisum:⁊ in hor
reis reseruatum:quē math.dicit supsubstantialem.i.sup
additū substantie ad sustentationē.⁊ ſm Cyrillū. Ex eo
etiam ꝙ quotidianū alimentū iussit querere/ videtur ꝙ
nihil concedat eos habere/ sed magis honestam colere
paupertatem. Non enim est habētiū panē petere:sed op
pressorum penuria. Et subiungit⌊ da nobis hodie⌋quia
nec minimū habere possumus: nisi det ille qui dat escā
omni carni. Unde homo deuotꝰ tali mente debet sume
re cibum:ac si sibi de manu dn̄i presentialiter ministret.
Et addit⌊hodie⌋.i.in presenti.vel⌊hodie⌋.i.illū qui no
bis hodie tantūmodo sufficit:vt de crastino non cogite
mus:quia nescimus si in crastinū proueniamus. O sapiē
tia vera ⁊ diuina prouidentia/que docuit ⁊ panē solum
petere/⁊ hodie nominare: hoc enim dicto et auiditas et
auaricia tollitur:et humane vite incertū insinuatur. Uel
⌊panē nostrum quotidianum da nobis hodie⌋.i.panem
spiritalem:scʒ precepta diuina q̄ quotidie oportet medi
Joh.vj. tari et operari. Nā de ipsis dn̄s dicit. Operamini cibum
qui non perit. Quotidianus dicitur iste panis q̄diu du
rat hec vita tēporalis. Dictū est autem⌊ da nobis hodie⌋
quod intelligitur pro toto tempore huius vite humane.
In futura enim eis qui hic meruerūt nō auferetur:quia
Joh.vj. cibo spiritali in eternū saturabuntur. Uel ⌊panē nostrū
Eucharistia. quotidianum da nobis hodie⌋.i.panem sacramentalem
et viuum qui de celo descendit: qui est supersubstātialis
.i.super omnes substantias/⁊ vniuersam superat creatu
ram:qui panis noster est in altari/et quotidie offertur ꝓ
salute fidelium:qui reficit animā naturā corporis tran
scendentem:quo quotidie ad roborandū nos indigemꝰ:
quia quotidie labimur/et ad lapsum proni sumus. Qui
etiam vocatur quotidianus:quia quotidie ipsum sumi
mus per ministros ecclesie/qui hoc sacramentum perci
piunt pro se:⁊ pro tota cōmunitate:vnde Chrys. Nō im
merito semper orare debemus vt hunc panem celestem
quotidie mereamur accipere/ne aliquo interueniēte pec
Panis triplex. cato a corpore dn̄i sepemur. Potest etiā adhuc de alio
triplici pane exponi:scʒ doctriali seu intelligētie:luctua
Eccli.xv. li seu mestitie:et celesti seu glorie. De primo dicitur:ciba
Ps.lxxx. uit illū pane vite et intellectus.de secundo. Cibabis nos
pane lachrymaꝝ.de tertio. Qui mādu cat panē in regno
dei. Et bene illa beata fruitio dicit panis:quia sicut pa
nis corporalis satiat appetitū edentis:sic fruitio illa sa
Ps.xvj. tiat desideriū cōtēplātis.ſm illud. Satiabor cum appa
Petitio quinta. ruerit gloria tua.¶ Post hoc sequit petitio quinta.⌊ Et
dimitte nobis debita nostra ⌋id est pctā q̄ nos debitores
pene constituunt:⁊ quibus obligamur ad penā:aut satis
Debita nostra. factoriā:aut purgatoriā:aut eternā. Debita igit ⁊ pctā que
cūq̄ ꝯ te cōmisimus:vel cōtra ꝓximos:vel contra nos
metipsos. Itē cōtra te patrē ⁊ cōtra te filiū:vel ꝯtra spi
ritum sanctum. Itē corde/vel ore/vl' opere.vbi Cypria
nus. Et ne quis sibi quasi innocēs placeat/⁊ se extollen
do plus pareat/instruit peccare quotidie dū ꝓ peccatis
quotidie iubetur orare⌊ Sicut ⁊ nos dimittimus debito Dimittere debemus
ribus nostris.⌋ Ecce regula nobis ꝓposita ꝙ si volumꝰ
nobis dimitti peccatū nostrū/debemꝰ dimittere ꝓximo priꝰ q̄ȝ dimittet nobis.
peccatū in nos ꝯmissū.vt ſm Grego. Bonū qꝺ a deo cō
puncti petimus/hoc ipm primo ꝓximo cōuersi faciamꝰ
vnde Cyprianus. Qui ergo pro peccatis orare nos do
cuit/paternā misericordiā ꝓmisit:ſʒ plane addidit legē/
certa conditione nos constringens vt sic nobis debitum
dimitti postulemus ſm qꝺ et nosipsi debitoribꝰ nr̄is di
mittimus.vnde et Chrys. Non autem dixit vt prius no
bis deus dimittat/⁊ postea nos debitoribus nr̄is. Scit
enim deus homines esse mēdaces:qm̄ ⁊ si acceperint re
missionem peccati sui/ipsi suis debitoribus nō dimittūt:
ideo sic dicit vt prius dimittamus/⁊ postea petamꝰ di
missionem. Et iterum. Hec igitur aīaduertentes grates
agende sunt debitoribus nostris:fiunt enim nobis si sa
pimus causa indulgentie maxime/ ⁊ pauca exhibentes
plurima recipiemus. Nam et nos multa debemus ⁊ ma
gna debita dn̄o:quorū si minimā partem a nobis vellet
exigere iam perissemus.hec Chryso.¶ Sed quid de illo
qui non satisfacere vult cum potest:nec viā postulare cū
non potest:sane distinguendum est. Is enim qui viam Dimittendū etiā nō
perfectiōis arripuit debet etiam non petenti veniā om petētibꝰ.
nimodis indulgere: non solum rancorē animi dimittē
do:sed sine satisfactione iniuriarū:sine restitutionē rerū:
sine interuentu precū omnia dimittere: ⁊ ex puro corde
diligere:⁊ ad hoc tenent perfecti/qꝛ sic consiliū est. Qui
vero nōdum perfectionis votum assumpsit:tenetur qui
dem rancorem animi dimittere:vt nec malum inimici ve
lit augeri: nec bonum eius minui:sed quod in eum deli
quit/ aliqualiter satisfieri:⁊ ad hoc tenent omnes:qꝛ sic
ꝓceptū est. Remissio ergo offense est de necessitate:quia Remissio offense.
homo tenetur esse in charitate et oēs diligere:ſʒ remis
sio iniurie non est necessitatis:sed supererogationis. Si Remissio iniurie.
cut enim pecuniam ablatam non tenetur quis auferēti
dimittere:sed potest eam repetere:sic pro iniuria sibi illa
ta potest recompensationem per emendam petere ſm or
dinē iusticie. Nam ſm Aug. Non loquitur de debito pe
cunie siue iustitie exigende:sed rancoris et inimicitie nō
reinferende. Quia vero sunt culpe in quibꝰ culpa est vin Culpe puniende.
dictam relaxare:⁊ si peccatum in nos teneamur dimitte
re/peccatum tamen in deum/⁊ peccatum in proximum
debemus punire.vnde Hiero. Si peccauerit in nos fra
ter noster / ⁊ in qualibet causa nos leserit : dimittendi
habemus potestatem/immo necessitatem. Sin autem in
deum quis peccauerit/non est nostri arbitrij. Nos ecō
trario in dei iniuria benigni sumꝰ:in nostris cōtumelijs
exercemus odia.hec Hiero. Qui ergo laborat odio vel
inuidia:grauat magis hac orōne q̄ȝ iuuet ea. Tale em̄ ē
ac si dicat. Noli mihi dimittere pctā mea:qꝛ nec ego vo
lo alijs dimittere sua. Ecce q̄ȝtū detestat dn̄s fraternum
odiū cū ita cōditionaliter ⁊ nō aliter dimittat pctm̄/si
scʒ fratri dimiserimꝰ. Nā vt ait Ansel. Indulgentiā non
habebis nisi dederis.vt dicit Sen. Alteri semꝑ ignosce:
tibi ipi nūq̄ȝ.¶ Deinde sequit sexta petitio⌊ Et ne nos in Petitio sexta.
ducas in tētationē⌋scʒ carnis:vt nos nō absorbeat ꝑ vo
luptatē:vl' mūdi/vt nos nō ꝯburat ꝑ cupiditatē:vl' dya
boli vt nos ꝑdat et per iniquitatē.¶ Est autē tētatio du Tentatio duplex.
plex. Una scʒ ꝓbatiōis/⁊ hac deꝰ sanctos bene tēperat
nō vt ipe ꝑ hoc de eis noticiā capiat:cui ante oēs tētatio
nes q̄sq̄s notissimꝰ est:ſʒ vt ipi seipos ꝓbent/⁊ sibiipsis
innotescant qui se nesciebant. Alia est tētatio deceptiōis
⁊ hac deꝰ neminē tētat:sed fit a carne q̄ suggerit mollia/
⁊ a mūdo q̄ offert vana:⁊ ab hoste qui ingerit amara:ſʒ
deꝰ bene ꝑmittit in hāc induci ex causa. Unde est sensus Induci in tētation.
⌊ne nos inducas⌋.i.ne permittas nos induci in tentatio
nem/et tentari supra id qꝺ possumus ferre:sed fac cū tē Exo.j.
tatione etiā exitū/vt possimus sustinere:ne irretiti tenea j.Corin.x.
mur ⁊ superemur eiꝰ fortitudine.q.d. Et si nos ꝑmittas
duci per sensum vt exercitemur/nō tn̄ permittas induci
ꝑ ꝯsensum vt succūbamus. Causaliter q̄dē efficiēdo deꝰ Permissa a deo.
per seipsum non inducit:sed permissiue ⁊ deserendo pati
tur iduci eum quē suo exilio deseri: sicut cor pharaonis Exodi.x.
indurauit.i.indurari permisit:⁊ sicut dicitur ꝙ nō est ma Amos.
lum in ciuitate qꝺ dn̄s nō facit.i.qꝺ fieri non permittat xxx.

vbi Cyprianus. Et in parte ostēdit cōtra nos nihil ad:
uersariū posse:nisi deus ante permiserit/vt omnis timor

Duci et induci in tētationē.

noster ⁊ deuotio cōuertatur in deū. Aliud est in tentatio
nē duci/et aliud induci. In tētationē eñ ducit qui a tē:
tatione pulsat:sed non deijcit. In tentationem inducit
qui tentationi succūbit/⁊ ab ea superatur. Induci eñ est
intus duci ⁊ succūbere. Ostendit ergo nō id a nobis orā

Tentari nō ē malū

dū eē vt nō tētemur:qꝛ tētari nō est malū:sed magis vti:
le/et ad virtutis exercitiū qñ viriliter resistitur. Nam si:
ne tētatione nemo pōt ꝓbatus esse/siue sibijsi/siue alij:
sed ne deserti eius adiutorio per blāda vel aspera in ten:
tationē per consensum inducamur:ne alicui tentationi:

Blāda faciliꝰ decipiunt.

vel consentiamus decepti/vl' cedamꝰ afflicti:⁊ sic ab ea
deuincamur a deo deserti. Sꝫ ꝗ blādis nō decipit etiam
asperis nō deijcitur.qꝛ vt dicit Aug. Nemo frangitur re
rum aduersarū molestia/qui prosperarū delectatiōe nō
capitur. Et iterū. Primo itaqꝫ vitande sunt delectatio:
nes/postea dolores. Quomodo eī superare potest mun:
dum seuientē/ꝗ nō potest blandientem? Sic ergo domi:
nus voluit nos ad se in tentatiōibꝰ recurrere/⁊ nō de no
bis presumere. vñ Augu. Uoluit ergo deus a se posci/ne
inferamur in tētationē:quod poterat nobis etiā nō orā:
tibus dare:quia voluit nos ammoneri a quo hec benefi:
cia accipiamus. In quo vt dicit Cypria. Ammonemur
infirmitatis ⁊ imbecillitatis nr̄e/ne qs se insolenter ex:
tollat:vt dum precedit humilis et submissa confessio/et
datur totū deo qcqd supplicit petit ipsiꝰ pietate preste:

Petitio septima.

tur. ¶ Post hoc sequitur petitio septima ⁊ vltima. [Sed
libera nos a malo] scꝫ omni:vel innato quod contrahi:

Malum multiplex.

mus.s.originali.vel adiecto quod cōmittimus.s.actuali:
vel inflicto qđ sustinemus.s.penali.i.pena consequenti.

Malū a ꝗ liberari petimus.

Uel a malo omni.s.visibili ⁊ inuisibili.i. culpe et pene:
vel a malo omni.s.preterito/presenti/et futuro. ¶ Et no:
tandum ꝙ hec petitio non intelligit de malo culpe iam
perpetrate:qꝛ tūc coincideret cum quinta petitione:sed
culpe instantis perpetrari possibilis/a quo malo libera:
ri nos petimus/neqꝫ videlicet peccemus. Itē nō intelli:
git de malo pene future:qꝛ tūc coincideret hec petitio cū
secunda/sed pene p̄sentis inq̄ztum est nobis causa ⁊ occa
sio ruine. Potest etiā accipi de malo pene future/ita ꝙ
petamus sic nos liberari a malo presenti:vt non incurra
mus malū pene future. Et ab oībus predictis petimus
liberari/orantes/⁊ loquētes in ꝑsona ecclesie. Sed qui
vult a malis liberari/studeat malis proximis cōpati:qꝛ
qui vult impetrare misericordiā a deo/necesse est vt ex:
hibeat eam proximo. ¶ Deinde sequitur conclusio totiꝰ
oratiōis ꝓmisse:cum dr̄. [Amen].i.fiant omnia predicta
Quo verbo desideriū orātis exprimit:qꝛ est verbū opta:
tiuum respectu bonorū p̄cedentium/⁊ optatio impletio:

Amen et alleluya cur interp̄tata nō sūt

nis oīm petitoꝝ. Hoc v̄bū amē additū a iohanne:qꝛ an:
gelicū est sicut et alleluya nulla lingua presumpsit trans
ferre. Hoc autē v̄bum est hebreū:et nec grecus interpres
ausus est interp̄tari:nec latinꝰ ꝓpter reuerentiam salua:
toris qui ad cōfirmandā veritatme sepe eo est vsus. Sic
mansit et non est interpretatum vt honorē haberet vela:
mēto secreti:nō vt esset negatum:sed ne vilesceret nuda:
tum. Ponit autem qñqꝫ nominaliter vt in Apoca. vbi
dr̄: Hec dicit amen.i.veritas.qñqꝫ verbaliter.vt vbicūqꝫ
in psal.dr̄.fiat fiat:idem est qđ amen amen:⁊ sic ponit in
fine orationum vt hic:qñqꝫ aūt aduerbialiter:vt in euā:
gelio vbicūqꝫ dicitur:amen dico vobis.i.vere et fideli:

Amen triplicē efficaciā hꝫ.

ter. Habet autem hec dictio amen posita in fine triplicē
efficaciā ⁊ virtutē. Nā cōcludit orationē:qꝛ ꝯm Hiero.
est oratiōis signaculū:vt sicut per sigillū clauditur scri:
ptura/sic p amen clauditur oratio. Recolligit etiam in:
tentionē:nam quādo dicitur amē/intētio summatim fer
tur super omnia precedentia:⁊ si aliquid ex fragilitate
humana per distractionem mentis in orōne absqꝫ actua
li intentione pertransitum fuerit:ad id intentio redit di:
cendo amen. Impetrat nihilominus exauditionem:est
enim amen exauditionis nota ⁊ signum. vñ Raba. Per
h ꝙ dñs dixerat amē:signat indubitanter illis a dño cō
ferri omnia que rite postulant:qui conditiōis addite ser
uare pactū nō negligunt:que quidē cōditio est dimitte:
re debitoribꝰ nostris de qua dictum est. Hec Rabba. O
dñe parū est ꝙ dixerim amen vel fiat optando:nisi tu di
cas amen imperando.i.fiat. O magnificum et efficacissi
mū verbum fiat:hoc eñ verbo tu pater summe in princi
pio.i.i verbo tuo coeterno omnia creasti:dixisti et facta
sunt:hoc etiam verbo nos perditos reparasti dicente il:

Luce.j.

la sanctissima reparatrice nostra ad angelum:fiat mihi
ꝯm verbum tuū. O salutiferum v̄bū fiat:o amen:o fiat:o
verbum omnipotentie/verbum mire efficatie. Eya mi
domine iesu bone verbum patris/ꝯple tu orationē meā:
ꝑfice tu verba mea p te dictata/et in os meum cōmenda
ta:perfice ea ⁊ dic amen:dic fiat:dic mihi sicut dixisti il:

Mat.xv.

li mulieri sirophenisse:fiat tibi sicut vis. O dulcis amor
iesu:o dulcis veritas:o dulce amen:o dulce verbum fiat.

Petitiones a luca omisse.

fiat mihi ꝯm verbum tuum:fiat amen. Et sciendum ꝙ lu
cas omittit duas petitiones orationis dñice/scꝫ tertiā
et septimā:qꝛ tertia continet in duabus precedentibus:
et septima in sexta. In sanctificatione eñ anime que pe:
titur in prima/et in resurrectione carnis que petitur i se
cunda/implet diuina volūtas que petitur in tertia. Ul'
si gloriam dei p̄cipaliter queramus:⁊ participationē
regni eius/que continentur in duabus primis petitioni:
bus bene voluntatem eius faciamꝰ:et eius voluntas im
pletur in nobis quod continet in tertia:quia ad hoc pre:
cipue voluntas dei tendit vt eius sanctitatem cognosca
mus:et cum ipso regnemꝰ. Similiter septima continetur
in sexta:vt sciat vnusqsqꝫ se liberari a malo cū non indu:
citur in tentationem. Si enim in tentationem non indu:
cimur ei succūbendo:scꝫ magis p̄ualemus resistēdo/bñ
liberamur a malo. Et sic quod mattheus dicit explicite

Ignoscēdi necessitatem ostēdit.

Lucas cōplectitur iplicite:vt autem dicit Aug. Nō ne:
gligenter pretereundū est ꝙ ex omnibus his sententijs
quibus nos dñs orare precepit:eam potissimū cōmēdā:
dam esse iudicauit que pertinet ad remissionem peccato

Paciscimur cum deo.

rum:in qua nos misericordes esse voluit:quod vnum est
consilium miserias euadendi. In nulla enī sententia sic
oramus vt quasi paciscamur cum eo. Dicimus enim di
mitte nobis sicut ⁊ nos dimittimus. In qua pactione si
mentimur/totiꝰ orationis nullus est fructus. Hec Aug.
Unde post orationem subiungitur [Et cum stabitis ad
orandū/dimitte si qd habetis aduersus aliquē:vt et pa:
ter vester qui in celis est dimittat vobis pctā vr̄a] vt ait
Chrys. Ideo celorū ⁊ p̄ris meminit/vt ex hoc ꝓuocet
auditorē. Nihil eñ ita deo assimilat sicut iniuriam faciē
tibꝰ ignoscere. Inconueniens est autē si talis patris filiꝰ
existens feralis efficitur:⁊ ad celū vocatus terrenū quē
dam ⁊ vite huius ꝓprium habet sensum/hec Chry. [Si
eñ dimiseritis] nō retinēdo rancorē:non appetēdo vin
dictam [hominibus peccata eorum] scꝫ in vos commissa
[dimittet vobis pater vester celestis delicta vestra. Si au
tem nō dimiseritis hoībus:nec pater vester dimittet vo

Pctā sūt hoīs ꝓpa

bis peccata vr̄a] Bene dicit vestra/quia hec est sola ope
ratio hoīs et possessio.s.peccatū/in malū eñ pōt per se
non in bonū. Ecce lex o homo tibi a domino posita est.
Si eñ dimiseris:dimittet tibi:si non dimiseris nō dimit
tetur tibi. Unde Cyprianus. Excusatio eñ tibi nulla ē
in die iudicij:cum ꝯm tuam snīam iudiceris:et quod fe:
ceris hoc ipse patieris/vbi et Chry. Post impletā ora:
tionis formulā nulliꝰ ꝓsus mādati meminit/nisi istius
certe quo ad dandam nos veniam concitauit. Ait quip
pe [Si dimiseritis hoībus peccata eorū:dimittet et vo:
bis pater celestis peccata vestra] Itaqꝫ a nobis tota hec
res sumit exordiū:futurūqꝫ de nobis ī nostra est potesta
te iudiciū. Ne eñ vel irrationabilis quispiam:aut in ma
gno aliquo:aut in exiguo delicto de iudicio dei conque:
ri posset:ipsum reum dominū illius fecit esse sententie.
Quēadmodum inquit tu ipse iudicaueris:ita tibi etiam
iudico. Si enim dimiseris cōseruo tuo:a me quoqꝫ ean:
dem gratiā consequeris. Et certe nequaqꝫ istud equale
est. Tu eñ remittis cū ipse quoqꝫ remissione indigeas:
deꝰ v̄o cū nulliꝰ vnqꝫ indigeat:ignoscit. Tu conseruo re
mittis:deꝰ seruo. Et tu qdē mille pctōꝝ reꝰ:deꝰ vero ab
oī pctō extraneꝰ. Et tñ sic quoqꝫ abūdantiā proprie mi:
serationis ostendit:quo nō igit digni supplicio sumus:
cum tali eñ a deo potestate donata/ipsi salutis nostre
efficimur ꝓditores. Quēadmodū vero ī alijs causis vt
audiamur rogamus:ꝗ nobis ea ipsa quorū dñi sumꝰ non
īpēdimꝰ. Nihil est qđ sic dei similis faciat vt malignis
atqꝫ ledentibꝰ esse placabilē. Propterea ⁊ p singula qꝫqꝫ

Cur pluralit fiāt preces.

verba nos cōmunes fieri oratiōes docet:dicēdo p̄r no:
ster ⁊c̄.plurali vbiqꝫ numero nos vti docens/vt primꝰ
p cūcta placatione vestigiū quidē in nobis iracūdie re:

linquamus. Et si vniꝰ diei saltē vellemꝰ nostra pctā di
numerare/tunc optime disceremus quātorū rei essemus
malorū. Quis igit vestrū in oratione nō habet desidiā?
Quis non superbie est inflatus tumore? Quis nō inanis
glorie aurula ventilatus? Quis non de fratre detraxit?
Quis non concupiscentiam amisit: malignam vel impu
dicis oculis aspexit? Quis non inimici compassione ani
mi recordatus est? Quis non emuli sui aut cruciatus est
psperis/aut delectatus aduersis? Uerūtamē tot ac ta-
liū peccatorum cōpendiosam nobis ac facilem deꝰ viam
liberationis dedit: totiusqꝫ laboris alienā. Quis enim la
bor est fratri indulgere merenti? Labor quidē in remit-
tendo nullus/in retinendo vero inimicitias maximus.
Siquidē iracūdia liberari magnā menti reddit quietē/
⁊ valde hoc est facile volēti. Sufficit velle tantūmodo:
⁊ oīa cōtinuo peccata deleta sunt. hec Chrys. Igitur vt
ait Aug. Amplectenda est homini tam benigna cōditio

Dimittendi et ignoscendi meritum.

vt dimittendo delicta aliena: diluat sua. Nam sm eūdē
multa sunt elemosynarū genera: quas cū facimꝰ adiuua
mur vt dimittant nobis pctā: sed ea nihil maiꝰ est qꝫ cū
ex corde dimittimꝰ quod in nobis quisqꝫ peccauit: nec si
mus pigri ad dimittendū alijs: qui em̄ (vt ait Chryso.)
repromisit proximo: se priꝰ qꝫ illū de reatibus liberauit.

Ira frenāda est.

vñ et Grego. Si cogitauerimꝰ qm̄ nō ei qui contristauit
nos: sed nobisipsis largimur cito dimitteremus venenū
ire. Ad dimittendū autē alijs necesse est frenare irā/que
frequenter nos stimulat ad vindictā. Uñ Aug. Fratres
mei exercete vos qꝫtum potestis ad exhibēdam mansue
tudinē etiā erga inimicos vestros. Frenate irā q vos sti
mulat ad vindictā. Si vīdicare te vis de inimico tuo ad
ipam iram te conuerte: qꝛ ipsa est inimica tua que occi-
dit aīam tuā. Oraturꝰ es deū/ventura est hora vt dicas
pr̄ nr̄ q es in celis: vēturꝰ es ad illū versū. Dimitte nobis
dbita nr̄a. Quid sequit sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ
nr̄is: ibi illa inimica stat ꝯ te. Sepit viā orōnis tue. Mu
rū erigit: et nō est q trāseas. Nō seuias cōtra inimicum
tuū in istā seuias. Melior est q vincit irā qꝫ q capit ciui-
tatē. Nō potes illā iterimere: potes istā reprimere. Si for-
tis es irā vince/et ciuitati parce. Hec Aug. Oratio.

Expositio breuis orōnis dominice. p ternas pticulas.

Pater noster excelsus i creatione: suauis i amo
re: diues i hereditate. Qui es in celis speculū
etnitatꝫ: corona iocūditatꝫ: thesaurꝰ felicitatꝫ.
Sanctificet nomē tuū: vt nobis sit mel in ore:
cithara in aure: deuotio in corde. Adueniat regnū tuum.
iocūdū sine pmixtione: trāqllū sine pturbatiōe: securū si
ne amissione. Fiat volūtas tua sicut in celo et in terra: vt
oīa q odis/odiamꝰ: q diligis/diligamꝰ: q tibi placēt/im-
pleamꝰ. Panē nr̄m quotidianū da nobis hodie: scꝫ do-
ctrinalē/penitētialē/virtualē. Et dimitte nobis debita
nr̄a. qcūqꝫ ꝯ te cōmisimꝰ: aut ꝯ pximos: vel ꝯ nosmetip-
sos. Sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribus nostris: qui nos
offenderunt verbis/vel in psonis: aut in rebꝰ. Et ne nos
inducas in tētationē: mūdi: carnis: demonis. Sed libe-
ra nos a malo: psenti: preterito: ⁊ futuro. Amen.

De non thesaurizando in terra: sed in celo. Capitulum. xxxviij.

Mat. vj. ⁊ Luce. xij.

Deinde docēs perfectum
contēptum terrenorū propter deum:
ponit phibitionē de collocando the
saurū in periculo: ne scꝫ thesaurizemꝰ
[in terra vbi erugo] .i. eris rubigo cō-
sumit: et in hoc tāgit corruptio diui-
tiarū artificialiū/vt auri et argēti: ac

Thesaurizandū nō esse in terris.

ceterorū metallorū [et tinea] .i. vermis [demolit] et in h
tangit corruptio diuitiarū naturaliū: vt bladi/vini/ ve-
stimentorū ⁊ cōsimiliū [vbi fures effodiunt ⁊ furantur]
hoc dicit pter lapides preciosos: qui licet non possint
rubiginari: nec a vermibꝰ corrodi: tm̄ possunt a latronibꝰ
tolli. Sed ve nobis qꝛ totum contrarium facimus. vnde
Chrys. Quid dicam de illo mandato quo iubemur non
thesaurizare super terram? quod forte quidem faciunt
pauci. Ceteri vero quasi econtrario audierunt preceptū
et quasi dictum sit ad eos thesaurizate omnimodis sup
terras: ita relinquētes celū/ adherent terre/⁊ insaniunt
erga pecuniā congregandā. hec Chrys. Deinde subdit
ammonitionē de thesauro reponendo in tuto: vt scꝫ the-
saurizemus in celo: vbi nec erugo demolitur: quia ibi nul
la vetustas/nec tinea: quia ibi nulla passibilitas: et vbi
fures non effodiunt/nec furantur: quia ibi nulla violen-
tia vel fraus. Excellentissimus modus thesaurizādi est

Thesaurizandi modus excellētissimus

quando bona temporalia et transitoria in pios vsus cō-
sumuntur: ⁊ sic in bona spiritualia et eterna: et per conse-
quens in corruptibilia cōmutantur. Non ergo thesauri-
zemus in terra emolumenta terrenorum: vbi recondita
deficiunt et perduntur/⁊ vnde sumus exituri: sed in celo
premia meritorum/vbi recondita pficiunt et seruantur
et vbi semp sumus mansuri. vnde Hiero. Stultitia est il-
lic thesaurum reponere vnde exiturus es/et illuc nō pre
mittere vbi semper victurus es. Illuc ergo substantiam
tuam colloca: vbi patriam habes. vnde et Grego. Iusti
hic edificare ⁊ thesaurizare negligunt/vbi peregrinos ⁊
hospites se esse cognoscunt: nam quia i proprijs gaude-
re desiderant: in alieno felices esse recusant. vnde Chry.

Mali frustra respiciūt celum

Qui em̄ collocat thesauros in terra non habet quod spe
ret in celo. Ut quid ergo aspiciet in celum vbi nihil repo
situm habꝫ? Hec Chrys. Quia vero vnusquisqꝫ illuc per
uenire desiderat vbi suas diuitias recōditas esse cogno-
scit. Beatus est qui diuitias suas in celo reposuit: vt sem
per ibi mentem habeat: semperqꝫ illuc omnibus viribꝰ
desiderio tendat: quia vt subditur [Ubi est thesaurꝰ tuꝰ]
.i. res a te amata ⁊ desiderata [ibi est ⁊ cor tuū] ⁊ affectꝰ
tuus. Necesse est enim vt quo precessit dilectiōis thesau-
rus illuc ⁊ cogitationis sequatur affectus. Nam sm Au
gu. Amor est anime pondus/portans eam quocūqꝫ ipse
fertur: et anima verius est vbi amat qꝫ vbi animat. vnde
Fulgentius. Ut ergo in celis thesaurizemus celestia di-
ligamus. Uis nosse vbi thesaurizas attēde quod amas:
vis nosse quod amas/attende quod cogitas. Ita fiet vt
thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas/et amorē tuū
iudicio tue cogitationis intelligas: ⁊ ideo vt dicit Gre-
go. In tot partes cor diuiditur quot sunt ea que diligū-
tur. vnde ⁊ Chry. Ne thesaurizaueris thesauros i terra:
tinee em̄ ⁊ vermibꝰ ⁊ furibꝰ ea cōgregas. Si autem ⁊ hec
effugeris nocumenta/⁊ nihil horū erit in seruitutem: re-
dactum esse cor tuum et affixum esse inferioribus omni
no non effugies: in seruitutem redactum esse intellectum
egritudine hac multo difficilis est qꝫ habitare carcerē.
Non paruā sustinebis iacturā inferioribꝰ affixus: ⁊ ser-
uus pro libero factus: et a celestibꝰ bonis cadens/⁊ nil
excelsorū cogitare potens: pter hoc et gentiles non cre
dūt his q a nobis dicunt: de actibꝰ enim non de smoni-
bus nostris futurorū volunt habent documentum. Nūc
vero cum videant edificari a nobis splendidas domos:
agros emi: balnea atqꝫ hortorum amenitates parari: no
lunt credere q ad alteriꝰ nos vrbis pfectionē paremus.
Si em̄ (iquiūt) verū esset istud vēdentes prorsus cuncta
que possident illuc profecto premitterent. Hec igit cōsi-
derātes vincula tanti abrumpamꝰ erroris. Qui em̄ pecu
nie seruit/⁊ psentibꝰ ꝯpedibꝰ stringit/⁊ futuris paratur
Qui vero istius cupiditatis imunis est: vtraqꝫ libertate
potiet. Quā vt cōsequamur grauissimū auaricie cōterē-
tes iugū ad celi fastigia subleuemur. hec Chry. vñ ⁊ An
sel. Uilescat tibi mundus: omis amor carnalis sordeat.
Nescias te esse in hoc mūdo: qm̄ ad illos qui in celo sūt
⁊ deo viuūt tuū trāstulisti ppositū: vbi ē thesaurꝰ tuꝰ: ibi
est ⁊ cor tuū: noli cū argēteis simulachris vili marsupio
tuo tuū includere aīm/q nūqꝫ cū nūmorū pondere pote
rit trāsuolare ad celū. hoc aūt sm Hier. Nō tm̄ itelligē-
dū est de thesauro pecunie: sed vtiliter de cūctꝫ volupta
tibꝰ ac possessiōibꝰ ⁊c. Gulosi deꝰ vēter est: luxuriosi the-
saurus epule sunt: lasciui ludicra: amatoris libido: auari
pecunia: ⁊ sic itelligēdū ē i alijs: huic eī cernit vitio vnus
qsqꝫ q vincit: ⁊ ibi hꝫ cor vbi thesaurū: ⁊ ad hāc cōuersio
nē cordis ad amorē passionū ⁊ rez hmōi: sequit auersio
a deo. Si ergo in celo est/mundū est: qꝛ munda sunt cele-
stia. Si aūt in terra volutat .i. si qd agat vt terrena ꝯseq-
tur: quō mūdū est? vñ Aug. Sordescit aliqd cū inferio-
ri nature miscet: qꝫuis in suo gñe nō sordidet: qꝛ etiā de
puro argēto sordidat aurū si misceat: ita ⁊ animꝰ noster

Sordescit viliori ꝯmixtū.

terrenoz cupiditate sordescit/qꝫuis terrena i suo genere
mūda sūt. Igit vt ait Richar. Quecūqꝫ i mūdo cōcupi
scis qcūqꝫ i mūdo metuis/ipēde libēter p libertate cor-
dis: qꝛ (vt dicit Aug.) totū mūdum dꝫ cōtēnere qui sibi
thesaurizat in celo. Et ne timor surrepat diffidētie habē
di vite necessaria/ꝯsequēter excludit diffidentiā q nasci

posset ex conditione ,ppria dicēs. [Nolite timere pusill⁹ grex] .i. cōgregatio humiliū [qꝛ cōplacuit patri vr̄o [ce lesti] dare vobis regnū] nō qd̄e ob merita vr̄a: sed ex me ra liberalitate et bonitate sua diuina. Quasi diceret. Ex quo regnū celoꝝ paratū est vobis/ parū debetis curare de terrenis. Nō enim de vite necessarijs debet diffidere cui regnū vite ,pmittitur/ in quo omnis sufficientia ha betur. Dicit̄ autē grex ,ppter fidei obedientiam: pusillus propter volūtarie paupꝫtatis et humilitatis deuotionē/ qua puenitur ad celestis regni possessionē. Uel pusillus dr̄ grex electoꝝ respectu maioris numeri reproboꝝ: qꝛ pauci erant fideles respectu infideliū/ et pauci sunt ele cti respectu reproboꝝ. Utinā et ego merear de illis pau cis vel minim⁹ eē/ ꝛ cū eis regnū percipere. Perungitur etiam ad regni opulentiam per cōsilioꝝ superogationē quibus itur ad perfectionem: et ideo subiungit dicens. [Uēdite que possidetis] etiam necessaria: et date elemo synā: que ad idem regnū via est: facite vobis sacculos. i. repositoria bonoꝝ/ ꝛ loca ad reponendum mercedē ele mosynarum vestrarū: que non veterescunt/ et deficiunt: scꝫ reponendo elemosynam in man⁹ pauperū/ qui vobis ꝑ hostes/ et fures transeuntibus pecuniā vestrā vsqꝫ ad locū tutū portēt/ ne eā amittat] thesaurū nō deficientē i celis/ ꝛ eternis/ qꝛ merces elemosyne in eternū manet in celis. Nā fructus elemosyne auget merita que sunt the saurus indeficiens in p̄ria. Et si per elemosynā habem⁹ in celo thesaurū meritoriū: ibi cor nostrum suspiret ꝛ ex pectat thesaurū p̄miorū. Deinde docet eos de oculo sim plici habendo/ qd̄ attendere debemus in omni ope nr̄o: vn̄ ait. [Lucerna corporis tui est oculus tuus.] Hic est locutio metaphorica: qꝛ corp⁹ morale hic accipitur pro congerie operationum: sicut corpus materiale est quedā aggregatio mēbroꝝ diuersoꝝ: ꝛ ideo sicut oculus ma terialis regit totū corp⁹ materiale/ et dirigit mēbra ad operandum: sic oculus moralis. s. intentio regit totū cor pus morale/ et dirigit varias operationes in finē. Ideo subditur [Si oculus tuus fuerit simplex] .i. intentio tua recta sine plica simulationis et erroris [totū corpus tuū lucidum erit] .i. congeries operationum tuarum erit bo na et meritoria: etiā si non ita hominib⁹ videat̄/ dum tn̄ operationes sint bone de genere: vel saltem indifferentes ꝛ licite: aliter non caderēt sub recta intentione. vn̄ Sene ca. Nihil interest quo aīo facias qd̄ vitiosum ē fecisse: qꝛ facta cernunt̄: animus nō videt̄. [Si aūt ocul⁹ tuus neqꝫ fuerit] .i. intentio peruersa [totū corp⁹ tenebrosum erit] .i. cōgeries operationū obscura per pctm̄/ ꝛ mala etiam si operationes sint bone de genere et hominibus videā tur recte: qꝛ op⁹ bonū de genere/ efficitur malū ex puer sa intētione. Uide ergo ne intentio tua sit peruersa: qꝛ ꝑ h̄ corrūperent̄ oīa bona [Si eñ lumen qd̄ in te ē tenebre sūt] .i. si actio bona de genere que est quasi quoddam lu mē/ efficit̄ mala ,ppter defectū intentionis bone [ipse te nebre quāte erunt?] quasi diceret multomagis: qꝛ actio mala de genere q̄ ē quasi qdā tenebra/ si cum hoc supue niat intentio mala/ ē multo deterior q̄ꝫ prima. Quando eñ q̄ per se mala sunt/ etiā cū mala intētione fiūt: tūc du plex obtenebratio est: ꝛ praue intentionis/ ꝛ praue opera tionis. Nō ergo qd quis̄qꝫ/ sed quo animo faciat conside randū: ꝛ primo circa puritatē intentionis laborandū ē: qꝛ sine ipsa opus sequēs nihil valet. Itaqꝫ si bonū bona intentione feceris/ nō habēs in tua cōsciētia aliquā p̄tē tenebrose cogitationis/ illuminat̄ etiā factū tuum qua lēcūqꝫ exitū habuerit: ꝛ illuminabit te. i. splēdidū ꝛ fulgi dū reddet: et hic ꝑ splēdorē gratie/ ꝛ in futuro splēdore glorie. Et si bn̄ alicui ,ueniat qꝫ tu nō recta ꝛ munda in tentione facis: quomodo tu feceris tibi imputat̄: nō quo modo illi ,uenerit. Igitur caue ne ipsa cordis intentio q̄ lumen est aīe vitiorū caligine fuscet̄: vt ocul⁹ simplex totū corp⁹ faciat lucidū: qten⁹ qcqd feceris: facias pro pter deū/ ꝛ ad locū vn̄ exeūt gratie redeāt/ vt iterū fluāt Et qꝛ aliquis cupiēs assequi terrena ꝛ celestia posset di cere qꝫ recta ꝛ simplex pōt esse intētio: vt qs agat et pro pter tēporalia: et ,ppter deū bona que agit: hoc remouet exēplo duoꝝ cōtrarioꝝ dn̄oꝝ: qꝛ [nemo pōt s̄uire duo b⁹ dominis] .s. cōtrarijs et disparatis/ ꝛ non subalterna tim positis. Nā (vt ait Beda) Non valet simul trāsito ria ꝛ eterna diligere. Et (vt ait Augu.) Unus ocul⁹ non pōt videre in celo et in tera. vn̄ ꝛ Cyprian⁹. Mūdi amor

Elemosy na ad ce los via est

Uitiosum quocūqꝫ aīmo fiat turpe est.

Intētio ꝯsiderāda est.

Dn̄is duo bus s̄uire nemo pōt.

et dei pariter in vno habitare non possunt: queādmodū oculi celum ꝛ terram nequaq̄ꝫ conspiciunt. Sicut autem dicit philosophus in libro de aīmalib⁹. Aues claudunt oculos cū palpebra inferiori: aīalia vero grossa cū palpe bra superiori. Per aues intelligit̄ viri sp̄uales qui ad in feriora et terrena oculos claudunt: per aīalia vero gros sa intelligunt̄ viri mūdani q̄ habent oculos clausos ad celestia/ ꝛ apertos ad terrena et secularia. fm̄ Chryso. Duos dn̄s dicit qui cōtraria iniungūt: plures aut idem iniungētes nō sūt plures sed vnū. Nā cōcordia multos facit vnū. Isti dn̄i qb⁹ non pōt simul seruiri sunt vitia et virtutes: celestia ꝛ terrestria: de⁹ ꝛ dyabol⁹: caro ꝛ sp̄us nam ad contraria trahūt ꝛ contraria iniungunt: ꝛ ideo cōsequēs est vt vnū deserat/ ꝛ alteri obtemperet. Unde quasi declarādo subiūgit. Nō potestis deo seruire ꝛ mā mone. Mamona māmone syriace dicit̄ diuitie latine: et māmon māmonis noīe est demonis q̄ preest diuitijs ꝛ tētat de vitio cupiditatis: nō qꝫ in eius ditione sint diui tie vt dare eas possit vel auferre nisi qn̄ deus ꝑmittit: sed qꝫ his vtat̄ ad decipiēdū ꝛ irretiendū homines laqueis quos in diuitijs pretendit. Et licet hō non possit seruire deo ꝛ diuitijs: potest tn̄ seruire cū diuitijs. Diuitijs eñ q̄ seruit: illi vtiqꝫ seruit q̄ de cupiditate diuitiarū tentat ꝛ decipit. Ille autē diuitijs seruit qui eas ,ppter se/ ꝛ vt finem vltimū diligit: aut q̄ eas cupide acquirit/ vel aua re retinet: ꝛ vt seruus custodit. Ille aūt q̄ in operib⁹ pijs diuitias expendit/ non seruit diuitijs: sed magis diuitie seruiūt ei/ quia eas distribuit vt dn̄s/ ꝛ eis vtit̄ ad opera virtutū sicut instrumentis. nā fm̄ Ambro. Sicut diuitie sunt ipedimēta iprobis: ita probis sunt adiumēta v̄tut̄ vn̄ Chrys. Duo ergo sunt nobis dn̄i ,ppositi: de⁹ / et mā mona. i. dyabolus qui māmone est auctor. Ille nos ad mīam ,puocat: hic ad auariciā. Ille ad vitā: hic ad mor tē. Ille ad salutē: hic ad perditionē. Cui de duob⁹ obtē perare debem⁹? Ei vtiqꝫ qui nos ad vitā inuitat: non ei q̄ nos trahit ad mortē. Quid eñ terribili⁹ est q̄ꝫ si ,ppter pecunias a xp̄i seruitio dicamur excidere: vl' desiderabi lius q̄ꝫ si despectu pecuniarū tota illi possumus mente ꝛ dilectione coniungi. hec Chryso. Et cū null o modo pos sit qs duob⁹ dn̄is s̄uire: multi tn̄ fatui conātur ꝯtra hāc impossibilitatē. Similes illis de quibus in libro regum dicit̄. qꝫ fuerunt gentes deū timētes/ et nihilominus ido lis seruientes. Et sciendū qꝫ diligere diuitas ,ppter se/ ꝛ deū ,ppter se: ꝛ vtrūqꝫ vt finē vltimū vt in hoc s̄u⁹ vtri usqꝫ dicat̄ est impossibile: licet possit vnū in ordie ad aliū appetere: puta diuitias ,ppter deū. Actio ergo corpora lis pōt referri ad finē tēporalē: dūmodo postea illū tpa le referat̄ ad deū. Si aūt in actiōib⁹ finis primus pona tur de⁹/ ꝛ finis vltimus tpale peruersissimum est. Quecūqꝫ enim res propter aliud aliqd̄ querit̄ inferior est q̄ꝫ id ,p pter qd̄ querit̄. vn̄ bene licet ꝯstituere duos fines: scꝫ tē poralē/ ꝛ eternū: ꝛ finē sub fine ponere. vt illud qd̄ ē eter nū finis vltim⁹ sit: qꝛ vna intētio multos actus informat Diuersi vero fines quoꝝ vn⁹ sit ad aliū referibilis nō sūt faciendi. ¶ Post hoc cōcludendo inducit: vt de victu et vestitu q̄ necessaria sunt non sollicitemur: loquens ad di scipulos suos quos specialiter ad mūdi cōtēptum inuit: tat: hec eñ specialiter dicuntur aplis/ eorūqꝫ successori bus ꝛ ceteris oībus qui ad summū ꝑfectionis culmen at tingere cupiūt: nā talib⁹ nulla terrenoꝝ bonoꝝ sollicitu do est: qꝛ habētes victū ꝛ vestitū his cōtēti sunt. Hec oīa dicunt̄ hic ad tollēdū a ꝑdicatorib⁹ euāgelij sollicitudi nem superfluam de necessarijs q̄ꝫtum ad presentem vitam Unde ne dicerent qualiter poterim⁹ viuere si omnia ab iecerimus. iccirco inferendo intentum suum ex premissis subiungit [Ideo dico vobis ne solliciti sitis] sollicitudi ne superflua et inordineta [anime vestre] .i. vite aīali: q̄ ci bo sustētatur [quid manducetis] vel bibat? [neqꝫ corpo ri vestro quid induamini] Quasi diceret. Si vultis deo seruire oportet renunciare māmone in nimia temporaliū sollicitudine: non ait/ ne laboretis: ne curetis: ne quera tis de cibo/ aut potu/ aut vestimento: sed ne solliciti sitis vt vitiosam sollicitudinem ,phibeat que mentem pertur bat: ꝛ ab eternis retrahit/ seu reuocat: ꝛ vt necessariū con cedat. vn̄ Beda. Precipit̄ nobis ne solliciti simus quid comedam⁹: ꝛ qꝛ in sudore vultus preparamus nobis pa nem/ labor exercendus est: sollicitudo precauenda. vn̄ ꝛ Chryso. Nō eñ sollicitudinibus sp̄ualib⁹: sed laborib⁹

Māmon nomē est demonis

Seruire deo cū di uitijs po tes.

Seruire diuitijs.

iiij. Regū xvij.

Fines duos cōstitu ere licet.

Sollicitu do tollen da.

corporalibus acquirendus est panis qui laborātib⁹ p̄-
Ut mādu-ces/sed nō quid solli-citeris. p̄mio diligētie deo p̄stante abundat:ꝛ negligētib⁹ ꝓ pe-
na deo faciente subducit. Itē non ait. Ut māducetis vel
bibatis/aut induamini: sed q̄d manducetis/vl'bibatis/
aut induamini. Māducare nāq; ac bibere ꝛ indui neces-
Et mox discipulis petentibus pro socru petri: id est matre vxoris eius febricitante stans dominus super illā imperauit febri/ vt cessaret vel recederet: et apprehensa manu leuauit eam: que statim et subito liberata est: ita vt continuo surgens ministrauerit ei et discipulis suis. Vires qs accepit quasi gratias agendo in obsequium sui exercēs saluatoris. Nō remanētе vt solet molestia egritudinis: quod nisi diuina virtute potuit fieri. Natura enim nō operatur in instanti. Et ideo proprium est medici celestis sed secus est in alijs: licet enim virtute nature possit homo a febribus curari: non tamen in instāti/ ac ita subito et perfecte q possit statim opera cōsueta facere: sicut hic dicitur factum esse: ex quo ostenditur ista curatio miraculosa ad discipulorum confirmationem in fide. vñ Beda. Naturale est febricitātibus incipiente sanitate lacescere/ et egrotationis sentire molestiam: verum sanitas que dñi infert imperio simul tota redit. Nō solū ipsa redit: sed et tanto robore comitante: vt eis cōtinuo quibus se adiuuarēt ministrare sufficiat. Et iuxta leges tropologie mēbra que seruierant īmundicie ad iniquitatem: vt fructificarent morti seruiant iustitie in vitam eternam. Unde et Cyrillus. Et nos suscipiamus iesum: cum enim visitauerit nos: et portauerimus eū in mente et corde: tūc enormiū voluptatum estum extinguet/ et incolumes faciet vt ministremus ei: hoc est eius beneplacita peragamus. ¶ Moraliter autem per hoc datur intelligi q ante curationē a peccato non est gratum seruitium ipensum deo: sed penitens q̄cito curatus est a febre peccati: tam cito debet se occupare/ et totaliter mācipari seruitio dei: secundum illđ apostoli. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundicie/ et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Si ergo anima tua febre vitiorum est capta: sanctos in adiutorium tuū inuoca: vt eorum rogatu gratia dei curet te: q possis ei et sanctis eius gratam seruitutem exhibere. In hoc etiā q discipuli rogauerunt pro illa: datur nobis exemplū orandi pro infirmis/ et necessitate aliena secundum Bedam. ¶ Mystice domus petri ecclesia: de circūcisione eius apostolatui cōmissa. Socrus est synagoga: que quodāmodo mater est ecclesie petro commisse in cura et custodia. Hec synagoga febricitat: quia inuidie estibus laborat/ persequens ecclesiam: cuius manum dñs tangit/ quādo carnalia eius opera in spiritualem intellectū et vsum cōuertit: et sic erecta ministrat in spiritu. ¶ Moraliter autē socrus petri febricitans est caro concupiscēs: cum enim homo calore concupiscentie laborat/ quasi febribus estuat: qđ potest esse tripliciter. iuxta illud Johannis. Omne quod est in mundo: aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia vite: et sic triplicem habemus febrem. Quedā enim est ex corruptione in spiritibus. Alia ex corruptione in humoribus. Tertia ex corruptione in membris: et in omnibus est calor inordinatus supergrediens nature cursus. Primā facit superbia. Secūdā luxuria. Tertiā auaricia. Ad hanc veniēs iesus videt per gratiam illuminantem: imperat per gratiā iustificantem: tangit manus per gratiam adiuuantem: et sic dimittit febris in cōtritione: surgit sana in cōfessione: ministrat in satisfactione. ¶ Moraliter autem dicitur stās super illam: quia nullum spiritualiter sanat: nisi eum qui sub eo est: scilicet per timorem se salubriter humiliantē: vbi Beda. Si virum a demonio liberatum moraliter animū ab immunda cogitatione purgatum diximus consequēter femina febribus tentata: sed ad imperium domini curata: carnē ostendit a concupiscentie sue feruore per continentie precepta frenatā: omnis enim amaritudo/ et ira/ et indignatio/ et clamor/ et blasphemia spiritus furor est immundi: fornicationē vero: immūdiciā: libidinem: concupiscentiam malā: et auariciā: que est simulacrorum seruitus: febrem illecebrosi carnis intellige. hec Beda. Pōt etiā per socrū petri (que mulier erat) sensualitas (que ab Aug. mulier vocatur) significari: per christū aūt qui est imago patris/ ratio: secundum quam homo factus est ad imaginem dei Igitur moraliter socrus petri sanatur: cum sensualitas que calore cōcupiscētie febricitās iacet: per rationē ad debitum ordinē moralis virtutis reuocatur. Ideo subdit et ministrabat eis: quia sensualitas reformata virtute morali ministrat et fuit rōni. Et tūc homo peccatū quod ante cū in eo esset nō nouerat: incipit agnoscere postq̄ ab eo exiue:

Right margin notes: Socrus petri curatio. — Natura nō operatur in instanti. — Febricitātiū natura. — Roma. vj. — j. Joh. ij. — Febris triplex. — Submissos sanat dominus. — Col. iij. — Gen. j.

Peccati fetor a deserti percipit. rit. vnde Chrys. Si vis discere peccati fetorem excogita id postq̃ factum est cum a desiderio ereptus fuer[is] dū adhuc non molestat ignis: et tunc videbis quid est peccatum. Nota etiam de quattuor infirmitatibus premissis q̃ spiritualiter per lepram potest intelligi culpa originalis: per paralisim culpa actualis in omittendo: per febrē actualis in committendo: p vexationem demoniacā culpa erroris.

Peccatorū quattuor genera.

Deinde ponuntur ad confirmationem legis euāgelice multa miracula in generali: quia [audito hoc miraculo et vespere facto] cum sol occidisset. i. ad occasū venisset [omnes qui in illa ciuitate habebāt infirmos varijs languoribus detentos: et a demonijs vexatos: ducebant illos ad iesum: et obtulerunt ei vt curaret eos] quia tunc ad hoc poterant vacare. vnde dicit Theophilus. q̃ ita tarde adduxerunt eos ad christū: quia illa dies erat dies sabbati/ et credebant curationes non esse licitas durante die sabbati: que finiebatur in vespere illius diei: et ideo expectabant occasum vt curandos ad iesum adducerent. At ipse singulis manus imponens curabat omnes: nullius enim morbum horrebat: quod est contra medicos superbos/ et indignantis nature qui pauperes et miseros dedignant visitare et tangere. [Et eijciebat spiritus īmundos verbo] in signum q̃ verbum christi deuote auditum fugat demonē de corde peccatorū. Licet autem posset etiā omnes curare solo verbo/ tamen q̃n[que] apposuit man⁹: quia humanitas christi erat quasi organū seu instrumentum diuinitatis ipsius in miraculis faciēdis. Et ideo sicut artifex mediante instrumento operat: sic virtus diuina in christo per applicationem humanitatis aliqua faciebat: vt eā coniunctam deitati declararet.

Miracula xpi ad duo ordinata. Miracula quidē christi ad duo ordinabātur/ sc3 ad manifestationem diuinitatis sue: et ad cōfirmationē sue doctrine: p quā homines ad fide inducebantur. Unde et ad tactum manus eius sanabantur infirmi: curabant leprosi: illuminabant ceci: et ad vocem eius suscitabātur mortui: et eijciebant spiritus immūdi. Per hoc autē q̃ vespe facto obtulerūt sibi infirmos et demoniacos: significat q̃ hora mundi vespertina christus venit demones eijcere: et infirmitates hominū curare: et per occasum solis significatur q̃ passio sua: in qua sol iustitie occidit: futura erat medicina omnis spiritualis infirmitat[is]. vñ fm Bedam. ¶ Mystice solis occubitus: passionē mortē[que] illi⁹ significat/ qui dicit: q̃diu sum in mundo/ lux sum mūdi: (Joh. ix.) et sole occidente pleri[que] demoniaci et egroti sanantur: q[uia] qui temporaliter in carne viuens: paucos iudeorum docuit: omnib⁹ per orbem gentib⁹ fidei salutis[que] dona trāsmittit. ¶ Moraliter vero occasus solis potest dici casus mundane prosperitatis/ post quē multi sanant: qui lucēte sole prosperitatis grauiter infirmantur. Considera q̃ paucis verbis multa hic miracula comprehendunt: que expresse fortassis incredibilia viderent. vnde Chry. Tu autem intende quātā multitudinē curatam transcurrūt euāgeliste: nō vnū quē[que] curatum dicentes nobis et enarrantes: sed vno v[er]bo pelag⁹ ineffabile miraculorum supuenientes: vt non rursus magnitudo miraculi incredulitatem imittat/ si tantā plebē et varias egritudines in vno temporis momento soluit et emēdauit. hec Chrys. [Exibant autem demonia a multis clamātia et dicētia: q[uia] tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui:] q[uia] sciebant per vehementem coniecturam ipsum esse christum: non tamen per sciētie certitudinem. vnde Beda. Demonia filium dei confitebant/ et sciebant ipsum esse christū: quia cum ieiunio fatigatum eum dyabolus videre verū hominē intellexit/ sed quia tentando nō preualuit: vtrū filius dei esset/ dubitabat. Nunc autem per signorū potentiam/ vel intellexit: vel poti⁹ suspicatus est esse filium dei: sed se morte illius non preuidit esse dānandū. Uere eñ de hoc mysterio a seculis abscōdito. dicit apostolus q̃ nemo pricipum huius seculi cognouit: si enim cognouissent: nunq̃ dominū glorie crucifixissent. Hec Beda. Ideo autem non sinebat ea loqui/ ne homines audiētes demonem predicare mundo veritatem: deinceps acquiescerent sibi predicāti falsitatem. Unde glo. Ideo prohibet loqui: ne dum aliquis audit demonem vera predicātem/ postea sequatur errantem. Improbus v[er]o magister vera falsis permiscet: vt sub specie veritatis: falsitatis testimoniū obtegat. De hoc habes et alias causas p[ri]me supra de spiritu immundo dictas.

Scia demonū de christo. Mat. iiij.

i. Cor. ix. Demonia cur predicare phibentur.

[Facta autem die] et valde diluculo [egressus iesus de capharnaum ibat i desertum locum] vt applausum populi fugeret: et ibi secretius oraret. In hoc dans exemplum q̃ predicator et mirabilium diuinorū operator debet vanā gloriam et ostētationem fugere: et ad solitudinem contemplationis ac secretum orationis post laborem predicationis redire: vt deo gratias agat de profectu preterito/ et se disponat pro futuro: vt sibi hauriat quod postea populis effūdat. Et fm Theophilum. Ostendit nobis q̃ deo debet attribui si aliquid boni facimus: et ei debemus dicere: quoniam omne optimum desuper est/ descendens a te. In deserto quo christus orat: non q̃ ipse oratione indigeat: sed vt nobis bone exemplificationis/ operationis/ exemplū et forma fieret: et vt nos tumultum fugere/ et curam mundi vitare: ac secretum mentis querere doceret: cum eum orare vel ei silenter loqui affectamus. Et turbe requirebant eum scilicet per fidem: et venerunt vs[que] ad ipsum p spem: et detinebant illum per charitatem/ ne discederet ab eis vt profectum consequerentur maiorē. Ubi Chryso. Gaudens autem eos suscipiebat/ sed et voluit eos dimittere: vt et reliqui doctrine eius participes essent: et idō sequitur quibus ait [quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei] id est qualiter peruenitur ad regnum dei: quia per penitentiam que est via ad hoc perueniendi. vbi Theophi. Trāsit enim ad alios magis indigentes doctrina/ quia non cōuenit in vno loco doctrinam concludere: sed vbi[que] radios eius extendere. Ubi et Chryso. Simul etiam considera q̃ poterat in eodem loco manendo omnes attrahere ad se: non tamen illud fecit/ prebens nobis exemplum vt perambulem⁹ et requiramus pereuntes: sicut pastor perditam/ et medicus accedit ad īfirmum. Una enim anima recuperata poterit quis mille delicta abolere. Hec Chrysostomus.

Applaus⁹ vitandus.

Jacobi. j.

Oratio.

Domine iesu christe/ remoue et eijce spiritū immundū a me: ne aliquo modo me valeat maculare: vel in maculis detinere: vt sim et appaream mūdo mortuus: cū a possessore prauo/ q̃ per īmunda desideria nos agitat fuero liberatus. Peto etiā domine te medicum animarum: vt me curare digneris a febre vitiorum/ quatenus surgens ab eis valeam tibi ministrare: et gratam seruitutem exhibere. Tu etiam domine cura me/ et omnes varijs anime detētos languoribus: vt a peccatis sani et incolumes facti tibi ministremus: et beneplacita tua peragamus. Amen.

¶ De suscitatione filij vidue. Cap. xliiij.

Et deinceps ibat iesus cū discipulis: et turba copiosa que eu3 sequebatur] nouitate operum: suauitate doctrine: et ex sanctitat[e] eius deuotione [in ciuitatē galilee que vocatur naym] secundo miliario a monte tabor est ciuitas naym: et supra naym mons endor ad cuius radicem fluit torrens cyson. Ante huius ciuitatis portā vbi erat maior concursus populi: obuiauit dominus multitudini hominū efferētiū/ id est extra portantiū/ defunctū filium vnicum vidue ad sepeliendū: quia antiquitus loca sepulture erant extra ciuitates/ et hominū habitationes: ne cadaueribus inficerentur loca et homines. Hoc autē sic factum est/ vt euidentius esset miraculū coram multis factum: et multi essent testes tanti miraculi. Et quia vocabant ad pietatis op⁹ prosequendo funus/ et consolando viduā et orbatam matrem: meruerunt ipsum videre miraculum. vbi Gregori⁹ nicenus. Erumne molem breuib⁹ verbis explicuit. Mater vidua erat que non sperabat vlterius filios procreare: non habebat in quem dirigeret aspectū vice defuncti: q[uia] vnic⁹ erat: hūc solū lactauerat. Hic solus aderat alacritatis causa in domo: quicquid matri dulce ac preciosum/ hic solus extiterat. Unde et Cyrillus. Miseranda passio: et ad fletū et ad lachrymas potēs p[ro]uocare. Quā cū vidisset dñs sic tristē: et afflictā/ misericordia et pietate mot⁹ (fm q̃ homo) super ea: tum quia vidua erat: tum quia non habebat aliū filium a quo in senectute sustēta:

Luce. vij.

ri posset ꝙ̃ ab ipso: dixit illi verbo consolatorio et dulci.
[Noli flere] quasi diceret: cito cõsolata eris desiste: quasi mortuum flere quem mox viuum resurgere videbis.
Merentium consolator deus/ illorum maxime lachrymas intuetur: qui aliorũ miserias et peccata deflent. ſm
Bedam. Dominꝰ misericordia motus est: vt nobis exẽplum imitande pietatis ostenderet. Unde et Chry. Iubẽs ergo cessare a lachrymis qui cõsolatur mestos: monet nos de presentibus defunctis consolationem recipe-
Mors plã- re: resurrectionem sperantes. Pagani ⁊ gẽtiles causam
gẽda icre- habẽt plangendi defunctos/ quia resurrectionẽ nesciũt:
dulis tãtũ sed christiani eam credunt: ⁊ ideo causam plangendi nõ habent [Et accessit ⁊ tetigit loculum] id est feretrum: vt effectus salutis tactu corporis sui deueniret/ ⁊ ostenderet ꝙ corpus suum deitati vnitum erat instrumentũ deitatis in miraculis faciẽdis. Loculꝰ diminutiuum est/ mortui locus in quo iacet: cui enim viuenti magna palatia et ample domus non sufficiebant pro loco: ei morienti paruum spacium sufficit pro loculo. Unde mortuo alexandro dixit quidam philosophus: quem totus mundus non capiebat/ hodie parua continet archa. [Hi autem qui portabant/ steterunt] nec vltra progredi ausi sũt
Et ait. [Adolescẽs surge] et sic eum ſm quod deus suscitauit. [Et resedit qui erat mortuus] quia surgens sedit ĩ loculo in quo iacuerat prius [et cepit loqui] Ut manifeste appareret ꝙ erat vere et nõ apparenter resuscitatꝰ: ⁊ forte verba ipsius fuerunt gratiarum actiones [et dedit illum matri sue] quia non suo merito/ sed matris resurrexerat: vt que de ipso tristis fuerat in ipso consolaretur.
[Omnes autem inuasit timor ex stupore tanti miraculi] qui timor non fuit alicuius mali/ sed reuerentie de potẽtia et bonitate. [et magnificabant] .i. laudabant [deum] et magnum predicabant: quia quanto grauior est casus/ tanto pietas erigentis est gratior: et spes salutis penitẽtibus est certior. [Et dicebant. quia propheta magnus] scilicet in lege: et prophetis promissus [surrexit ĩ nobis] immo plusꝙ̃ propheta [et quia dominus visitauit plebẽ suam] mittendo eis saluatorem: vt eos redimeret: sicut medicus visitauit infirmum vt eum sanet. ¶ Mistice iste defunctus est homo per peccatũ mortale mortuus. Eiꝰ mater est ecclesia que est vniuersitas credentium: et cu-
Ecclesia ius filij sunt credentes singuli. Peccator autem dicitur
mater pec- filiꝰ vnicus matri sue scilicet ecclesie: quia quemlibet ita
catorum deflet quando in peccatum cadit: sicut mater vnicum filium quando decedit. Ecclesia quoꝙ̃ dicitur vidua/ qr sponsi sui morte redempta: vel quia nunc ꝙ̃diu peregrinatur a domino: et ab amplexibus spõsi sui priuata: de
ps̃. cxxxj. qua vidua dicitur in Psal. Uiduam eius benedicens be-
Portito- nedicam. Effertur defunctus cum sensus iterior exit in
res q̃ttuor opus. Quattuor portitores huius defuncti/ sunt quattu-
moraliter. or effectiones cordis nostri: scꝫ gaudium ⁊ tristitia: spes ⁊ timor. Ista enim quattuor portant mortuum per abusum. de quibus dicit Bern. Amant quod nõ decet: timẽt quod nõ opꝫ: dolẽt vane et gaudent vaniꝰ. Uel isti quattuor portitores sũt amor peccati; timor penitentie: spes emende: et presũptio de dei misericordia. Uel quattuor
Quattuor portitores sunt q̃ttuor q̃ animam ĩ peccato perseuerare
ĩ pctõ pse- faciunt: scꝫ fiducia lõgioris vite: q̃ tamẽ hominẽ sepe de-
uerare fa- cipit: cõsideratio culpe aliene: qua homo correctionem
ciẽtia. propriam deuitat/ stulta spes penitẽdi in futuro: et fiducia de venia quã homo concipit ex magna dei misericordia: impunitas peccatoris: qua redditur ad peccata magis procliuus. Possũt etiam intelligi isti portitores carnalia desideria: vel adulatorũ et benedicentiũ blandimẽta: vel prelatorũ mercẽnariorum verba vngentia nõ pũgentia: et quicũꝙ̃ verbo vel facto fouentes hominem in
Porta q̃ peccato. Porta per quam effertur seu egreditur mortuꝰ
effert pec- est aliquis de quinꝙ̃ corporis sensibꝰ peccati manifesta-
cator. tiuus. Nam qui videt/ vel audit/ vel loquitur quod non licet: mortuus extrahitur per portam visus/ vel auditꝰ/ vel oris/ et sic suo modo de alijs: ⁊ ideo custodie ad istas portas sunt adhibende. Unde Beda. Portam ciuitatis qua defunctus efferebatur: puto aliquem de sensibus esse corporis. Qui enim seminat inter fratres discordias: qui iniquitatem in excelsum loquitur/ per oris portam extrahit mortuꝰ. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ
Mat. v. eam: per oculorum portam/ sue mortis indicia profert.

Qui fabulis ociosis obscenisve carminibus vel detractionibus aurem libenter aperit: hãc anime sue portã mortis efficit: ceterosꝙ̃ qui non seruat sensus: mortis sibi ipse reddit aditum. Hec Beda. Loculus est conscientia peccatoris: in quo tanꝙ̃ in lecto male cõscientie requie- Loculus
scit. Talis autem mortuꝰ per peccatũ mortale suscitatᷣ a defuncti ẽ
deo per preces ecclesie. Sed quomodo resuscitatur in fi- ꝯscientia.
gura/ hic docetur. Sicut enĩ tria sunt signa mortis spiritualis: sic tria sunt signa resuscitationis spũalis. Signũ Signa
mortis spũalis accipitᷣ ſm signũ mortis corporalis. Si mortis tria
gnum aũt mortis corporis triplex est. Primum est carentia operationis: sic carentia ad bene operandum est
signum mortis spiritualis. vnde ĩ Exodo. Fiant immo Exo. xv.
biles quasi lapides. Secũdum est carentia sensus: quando percutitur et non sentit: sic quando homo non sentit percussiones et ammonitiones spirituales: signum est ꝙ
ipse spiritualiter est mortuus. vnde in Prouerbijs. Uer Prouer.
berauerunt me/ sed non dolui: traxerunt me/ ⁊ non sensi. xxiij.
Tertium est rigor: sic homo quãdo habet cor ita rigidũ ꝙ flecti nõ potest per cõpassionem ad proximum: nec ꝑ obedientiam ad deum/ signum est mortis spiritualis. vn
de in libro Reg. dicitur ꝙ manus hieroboam quam ex- iij. Reg.
tendit de altari exaruit. Sic ergo tria sunt signa mortis xiij.
spiritualis. Bene quippe operari tollit superbia: sensum
aufert luxuria: ⁊ rigorem facit auaricia. Et econtra sunt Signa re-
tria signa resuscitationis spiritualis/ que tanguntur in suscitatio-
hoc ꝙ resedit/ ⁊ cepit loqui: et dedit illũ matri sue. Per nis tria.
hoc quod dicit recedit/ intelligitur contritio: in cõtritione enim homo residet et resilit a peccato. Per hoc quod dicit cepit loqui/ intelligitur confessio: in qua homo loqtur se accusando. Per hoc qđ dr̃ dedit eũ matri sue: intelligitᷣ satisfactio. Per hoc enim ꝙ homo soluitur ⁊ iniungitur ei satisfactio/ restituitur matri sue id est ecclesie ⁊ cõmunioni fideliũ per spũalem incorporationem: que quidem satisfactio fit per tria: scilicet per orationẽ: ieiuniũ: et elemosynam. Sed modꝰ iste resuscitatiõis tãgitᷣ
cũ dicitᷣ: accessit ⁊ tetigit loculum. Ad mortuũ spirituali Modꝰ re-
ter saluator accedit/ ⁊ appropinquat cum aliquam gra- suscitãdi.
tiam preuenientẽ: vel desideriũ proprie salutis ei donat
Loculum tangit/ quando cõscientiã ⁊ cor durum peccatoris ad penitentiã emollit/ ⁊ peccatorẽ ad sui cognitio-
nem reducit: ⁊ tunc mortuus a peccato resurgit. Et sciẽ- Peccatũ
dum ꝙ spiritussãctus peccatũ per mortẽ voluit designa mors est.
ri/ ad ostendendũ quantũ peccatũ sit fugiendũ: ⁊ quãtũ
de eo sit dolendũ quando est cõmissũ. Peccatum fugiẽ- Peccatũ
dum est vt mors/ ⁊ de eo dolẽdum est tanꝙ̃ de morte: sic vt mors
dolere debet qui amicum suũ in peccato mortali videt/ fugiendũ.
ac si eum mortuũ videret: immo etiã eũ plus dolere debet. Et qr sicut mortuus iste figurat peccatorem: sic eiꝰ suscitatio figurat pctõris conuersionẽ: ideo sicut multũ timendum est peccatum/ ⁊ multũ dolẽdũ de eo cõmisso. sic multũ desiderãda ẽ pctõris cõuersiio: ⁊ multũ gaudẽdũ de ipsa iam facta. Obsecra ergo o peccator dñm vt resuscitet te a morte peccati: ⁊ restituat te sancte ecclie sue in laudẽ ⁊ gloriã nois sui. Et vt ait Ambro. Si graue peccatũ est qđ penitẽtie tue lachrymis ipse lauare nõ possis flet pro te mater ecclesia: que pro singulis tanꝙ̃ pro vnicis filijs vidua mater interuenit: compatitur quodãmodo spiritali dolore nature/ cum suos liberos letalibꝰ vitijs ad mortem cernit vrgeri. Uiscera enim sumus de visceribus eius. Unde ⁊ Augustinus. De iuuene illo resuscitato gauisa ẽ mater vidua: de hominibꝰ ĩ spiritu quotidie suscitatis gaudet mater ecclesia. Ille quidem mor-
tuus erat corpore: illi autẽ mẽte. ¶ Moraliter tres mor Mortuos
tuos christus suscitauit. puellã in domo clausam/ id est tres susci
mortuum per cõsensum delectationis praue: ĩ cogitatio- tauit dñs.
ne seu volũtate adhuc tectũ. Iuuenẽ in porta/ id est mortuum per actũ peccati in verbo. nutu. vł opere. Lazarũ in sepulchro id est mortuũ: lapide id est mole cõsuetudinis peccandi pressum: male olentem: ⁊ alios fama corrũpẽtẽ. Oẽs istos suscitat ⁊ sanat dominꝰ: cũ ad ipm redeunt veraciter penitendo: ⁊ tanto leuiꝰ resuscitatur quisꝙ̃ per gratiã/ quãto minus mortificatꝰ est per culpam. Unde dominus puellam coram paucis de facili suscitate puel-
le dicens. surge. Iuuenem coram pluribus/ ⁊ quasi diffi- Mat. ix.
ciliꝰ tangens feretrũ. et dicens. Adolescens tibi dico: surge. Lazarũ difficillime: qr cũ lachrymis: cũ fremitu: cũ

Joh. xj. sui turbatione: cū magna voce dicens lazare veni foras:
et quasi cū auxilio ⁊ testimonio presentiū dicens: soluite
Facilitas xpi in suscitando a morte. et sinite abire. non ꝙ dño tam facilis non fuerit resuscita
tio lazari sicut puelle/cum (vt ait Aug.) nemo tam facile
excitat in lecto ꝙ̄ xp̄s i sepulchro: sed dñi facta aliarum
rerum sunt exempla. Longa ei cōsuetudine pressus vix
Consuetudo peccandi. et quasi cū labore suscitat. Qui vt suscitet dñm cogit la-
chrymari/et eiulare: et ideo licet omne pctm̄ maxime tn̄
peccandi consuetudinē fugere debemus: quia hec sanat
difficilius. vn̄ Ambro. Omne peccatū consuetudine vile
scit/⁊ fit homini quasi nullū sit: sic ⁊ ecōuerso: ois virtus
bona cōsuetudine fit grata ⁊ facilis: q2 nihil differt assue
Mors triplex. scisi sic vel sic. Triplex est ergo mors culpe designata in p̄
dictorum triū morte: sc3 peccatū cordis: peccatū operis
et peccatū cōsuetudinis. In suscitatione vero horū triū
mortuoꝝ ostēsum est ꝙ saluator potestatem habet super
triplicē mortē: sc3 nature: culpe: ⁊ gehēne. Super tripli-
Quartus mortuus nō excitatus. cem vitam: sc3 nature/gratie/⁊ glie. Quartū mortuū insi
nuāte discipulo audiuit: s3 ad eū ire noluit. i. ad mortuū
in obstinatione/vel desperatione/seu praua peccati execu
tione. De quo dixit: dimitte mortuos sepelire mortuos
suos. Hec igitur audientes: qui stant non presumant: sed
cauti sint ne cadant: ⁊ qui ceciderunt nō desperēt: sed sol
liciti sint vt resurgant. vn̄ Aug. Hec ergo charissimi au-
diuimus. Et qui viuūt viuāt: q̄ mortui sunt reuiuiscant.
Siue adhuc peccatū in corde conceptū: non processit in
factū peniteat/corrigat cogitatio: resurgat mortu' itra
domū cōsciētie: siue iam qđ excogitauit admisit/nec sic
desperetur. Non surrexit mortuus intus: surgat elatus:
peniteat facti/de proximo reuiuiscat: non eat in pfunda
sepulture: nō accipiat desup consuetudinis molē: sed for
te iam illi loquor: qui iam duro sui molis lapide premit:
qui iam vrgetur consuetudinis pōdere: q̄ iam quatridua
nus putet: nec ipse desperet: profundus mortuus est: sed
altius est xp̄s: agūt etiā tales penitentiā. neq3 eni lazaro
resuscitato post quatriduū vllus putor in viuente remā-
serat: ergo qui viuūt/viuūt: qui aūt mortui sunt/in qua-
cūq3 harū triū morte se inuenerint penitentiā agant: ac-
celerent/iam resurgant. Vn̄ ⁊ Chry. Ne audiamus qui
j. Cor. x. stamus/sed dicam' nobisipsis: q estimat se stare videat
ne cadat: ne desperemus si cecidimus: sed dicam' nobis
Hier. viij. nūquid qui cadit nō resurgat: Etenī multi in ipsum ce-
li verticē ascēdentes/⁊ oēm patientiā demōstrantes: pa
rum lapsi sunt: ⁊ ad ipsum venerūt malicie baratrū. Alij
autem rursus ad celum inde ascenderūt: ⁊ a scena ⁊ scur
rilitate ad angelicā sunt translati vrbanitatem: ⁊ tantam
ostenderunt virtutem: vt demones abegerint: ⁊ multa si-
gna alia operati fuerint: ⁊ horū quidē plene sunt scriptu-
re/⁊ plena vita exemplis nobis. Queadmodum eni me-
dici difficiliores egritudinū eligentes libris inscribunt:
⁊ huius emendationis methodū. i. doctrinā docēt. vt in
maioribus exercitati facile minora saperent: ita vtiq3 et
deus magna peccatorū in mediū adduxit: vt qui parua
deliquerunt: per illa facilē horū emendationē inueniant.
Si enim maiora habuerūt sanationem: multomagis mi
nora. Igitur armem' nosmetipsos bonis operationib'.
⁊ si aduenerit aliquod delictū abluamur: vt digni efficia
mur in gloriā dei viuentes presentem vitam/future frui
vita. hec Chry. Considera hic viduā de morte filij flentē
et ita tu omnibus postpositis de morte aīe tue luge et la
chrymare/vt merearis ab ipsa morte aīe per tactum di-
uine miserationis resuscitari. Abstine a risu et cachinno:
cogitans quia de cunctis actibus tuis redditurus es ra
tionem in iudicio. vnde Chry. Nihil quippe ita conglu-
tinat deo: vt lachryme ille quas et peccati dolor et amor
virtutis effundit: siue propria peccata quis: siue etiam la
mentetur aliena. Cuius etenim rei gratia in cachinnū la
xaris ac diffluis: qui tantorū sponte factus es causa me-
rorū: ante terribile illud christi staturus tribunal: et sum
ma cū examinatione rationē pro cunctis actib' redditu
Periculū stat' pcti. rus. hec chry. Valde autem periculosum est ꝙ peccator
in sordibus peccatorum: et in morte anime iacet: non cu-
rans se per penitentiā purgare ⁊ resurgere: si eni linguis
hoīm loquereris ⁊ angelorū: ⁊ si tot per tuā doctrinā cō-
uerteres homines quot fuerūt homines ab initio mundi
vel quot sunt stelle celi/⁊ teipsum per penitentiā nō mun
j. Cor. xiij. daueris: factus es velut es sonans/aut cymbalum tynni
ens: campana enim ad vtilitatem hominū seruiens: pul-
sando seipsam consumit: ⁊ si habueris omnē scientiam: ⁊
si per tuam scientiam/⁊ tuis discretis consilijs omnes re
ges mundi vel principes: immo totus mundus pacifice
dirigerentur/⁊ teipsum per penitentiā nō correxeris: ni-
hil proficies: ⁊ si habueris omnem fidē: ita ꝙ trahas ad
fidem omnes iudeos hereticos ⁊ paganos: et si in pecca-
to mortali es/nihil tibi proderit ad vite eterne salutem.
Itē si mille claustra faceres: ⁊ mille hospitalia manu p̄
pria edificares: ⁊ in illis omnes mundi pauperes bonis
tuis pasceres: q̄diu in peccato mortali persistis: in statu
saluandoꝝ non es. Item si corpus tuū ad cremandū da-
res vt laurentius: ad excoriandū vt bartholome': si cru
cifigereris vt christus: et sic cum vnico peccato mortali
morereris/nunꝗ saluareris. Item si mille milia missarū
pro te dicerentur: si omnes sancti in celo cum omnib' an
gelis prostrati ante deum sanguineas funderent lachry-
mas/vsq3 in diem nouissimū orantes pro te/nō flecterēt
misericordiam dei ad miserendū tui/si discederes in pec
cato mortali: et ideo peccatori in morte anime iacēte pl'
valeret vna confessio bona/q̄ omnia beneficia predicta
per eum facta/vel sibi impensa. Oratio.

Domine iesu christe/veni in naym animam flu-
ctuantem tētationibus a propinqua porta co
hibendo: ne per sensus veniant ad effectus: ac
cede per gratiam: tange per correctionē: stent
portitores occasiones peccandi et importunitates: dic
anime iacenti in peccatis/vt resideat per bonam volun-
tatem: incipiat loqui per confessionem: surgat per bonā
operationem: redde matri sue gratie nutrici vt stet per
stabilitatem: ⁊ sic plebem tuam vires anime/affectiones
⁊ cogitationes visitet tua veritas per cognitionē: virtus
per operationem: ⁊ bonitas per conseruationem. Amen.

¶ De scriba doloso: ⁊ duobus alijs christum sequi volentibus. Capitulum. xlv.

Videns autem iesus tur-
bas multas circum se/et se sequentes Mat. viij.
iussit discipulos ire transfretū] id est Luce. ix.
vltra mare galilee in locum secretum
[et iuit cum eis vt trāsfretaret/et eos
a turbis sequestraret]. Docens etiam
predicatorem euangelij ⁊ omnes ap-
plausum populi declinare: ⁊ nihil ad ostentationem face
re. Per hoc etiam innuit ꝙ cure mundi sunt fugiende: Cure vitāde.
quia turbe multe sunt multe cure que turbant animam
ex omni parte: et ideo dicit circum se. Nam impediunt a
posteriori/ne posteriora recolat: ab anteriori/ne se ad me-
liora extendat: a dextris/ne desideret eterna: a sinistris/
ne timeat supplicia: vel a posteriori/ne desiderentur defe
ctus vite preterite: ab anteriori/ne considerentur status
vite future: a dextris/ne considerentur pericula in statu
prosperitatis: a sinistris/ne considerētur pericula in statu
aduersitatis. Sicut eni faber quando vult minuere equo
cooperit sibi oculos: ⁊ tunc percutit vbi vult sic dyabol'
volens hoiem percutere operit sibi oculos per curas et
sollicitudines: ⁊ tunc vulnerat per peccatum/⁊ extrahit
sanguinē virtutū: ⁊ ideo ab hac turba esset declinandum
Hec est turba q̄ impediebat zacheum in videndo iesum
Et in via ascendens corporaliter: non spiritualiter vnus
scriba: id est legisperit'/seu litterat' ait illi. [Magister]
non dicit dñe: q2 causa discendi non seruiendi venit: nec
querēs magistrum/sed ex magistro lucrū [sequar te quo
cunq3 ieris]. Iste duplici de causa volebat sequi christū Scribe intentio.
scilicet causa cupiditatis/et lucri temporalis: ac iactan-
tie/⁊ vane glorie: multitudine eni et magnitudine signo-
rum visorū motus: volebat sequi dominum: vt disceret
signa facere propter lucrum acquirendū: vel propter va
nam gloriam consequendam. Hoc idem considerans cō Act. viij.
sequi a domino qđ simon magus volebat emere a petro.
[Iesus autem videns eius animū non respondit ad ei'
verbum] tantum: sed ad eius animū dicens. [Vulpes fo
ueas habent] ad quiescendum et latitandum [et volu-
cres celi nidos] habent ad quos ascendūt et confugiunt
[filius autem hominis] id est virginis: ecce a parte infe-
riori denominat genus suum: contra gloriantes de gene
re suo: ⁊ allegantes qđ est in eo precipuum: non habet do
micilium proprium [vbi caput suum reclinet] ad pausan

dum.q.d. Bruta habent sua latibula: ⁊ loca vbi possūt la
tere ⁊ quiescere: ego autē sum ita pauper ꝙ nō habeo ho
spitiolum proprium vbi percipiendo quietē caput recli:
nem: ⁊ ideo frustra venis ad me propter lucrum tēpora:
Paupertas dn̄i. le. vnde Chrys. Aspice qualiter paupertatē quā dn̄s do
cuerat per opera demonstrat. non erat ei mensa: nō cāde
labrum / nec domus / nec quicq̄ talium. hec Chry. Hospi
tiolum quidem habuit virginis vterum: reclinatoriū ha
buit presepiū non propriū et crucis patibulū: sepulchrū
habuit sed alienū. Hic ergo remouetur cupiditas terre:
norum a volentib⁹ sequi christū. Audita aūt christi pau
pertate non institit ampli⁹ vt sequeret. vnde Chry. Nō
autem respōdet sequar te pauperē: hoc enī dn̄s forsitan
concessisset. vel per vulpes dolositas / ⁊ simulatio: per vo
lucres inanis iactātia ⁊ elatio signatur. q.d. dn̄s. Dolosi
tas ⁊ elatio latent in corde tuo: q2 scz causa cupiditatis ⁊
vane glorie vis me sequi / ⁊ ideo te in societatē meam nō
recipio: quia filius hominis simplex cōtra dolositatem /
humilis contra superbiā: non habet in te vbi caput recli:
net. Caput enim christi deus est: deus autē habitat in hu
mili ⁊ simplici / ⁊ tremente sermones ei⁹: ⁊ ipsa reclinatio
capitis. Non erectio humilitatis magistra est: que in illo
Reprehēdit̄ scriba. locum non habent. In tribus ergo iste reprehendit̄ a do
mino: scz in dolositate: quia ficto animo ⁊ non simplici se
qui volebat. ⁊ in cupiditate: q2 eum ꝓ questu seq̄ intēde:
bat. ⁊ in elatione: q2 propter inanem gloriam ei adherere
cupiebat / sicut vulpis est animal fallax insidijs intentū
et rapinis plenum. auis vero alta petens ⁊ ascendēs sur:
sum. hic ergo sequi volebat magistrū: non vt virtutes di
sceret: non vt paupertatē ⁊ humilitatē magistri imitare:
tur: sed vt fictus discipul⁹ deciperet: et sub magistro hu:
militatis ⁊ paupertatis honorum dignitates ambiret: et
diuitias congregaret. Et hunc ambitiosi ⁊ symoniaci in
Philip.ij ecclesia imitantur: qui cupiunt ad alta subuehi: querētes
que sua sunt / non que iesu christi: nō vt ministrent / sed vt
ministrētur. ⁊ ideo vulpi dolose ⁊ volanti aui merito cō:
parantur. Per hunc etiā significant̄ querentes intrare
religionē vel monasteriū diuitias habentiū: non ex deuo
tione: sed vt ex pauperibus diuites ⁊ ex contēptibilibus
honorati fiant. Ideo talib⁹ dicit̄ [vulpes foueas habēt
et volucres celi nidos] id est demones dolosi ⁊ supbi ha
bent in vobis habitaculū: sed nō christus. Potest insup
dici ꝙ [vulpes foueas habent] id est dolosi habēt caute:
las ad quas refugiunt: ne in suis capiant̄ malicijs [⁊ vo
lucres celi nidos] id est superbi querunt eleuari in altis
[filius autem hominis non habet vbi caput suum recli:
net] in talibus. i. ille qui ſm dictamen rationis viuit / ta:
lia non querit. vt ergo dicit Chryso. Scriba hic non cre:
Scriba dolosus. dendi: sed simulata mēte accessit ad dominū. vnde inspe
ctor cordium ⁊ secretoꝝ cognitor de⁹ tentantē se potius
q̄ vere ac fideliter sequi volentē non immerito refutauit
Nam vt ait Aug. Videbat eum dolosa simulatione tene
brosum: ⁊ ventosa elatione iactatū: non habere locum hu
militatis / vbi doctorem se inclinātē exciperet: q2 in disci
pulatu christi non illius gratiā: sed suā gloriam require:
Futur⁹ discipulus. bat. ¶ Dixit autem dn̄s alteri [cui⁹ patrem iam mortuū
sciebat [sequere me] qui respōdit [domine] quod est reue
rentie [permitte me] quod est obediētie: q2 de discipulis
suis scz futuris dicit̄ / ⁊ si nondū erat [primū ire et sepeli:
re patrem meum] quod est op⁹ misericordie vbi Raba.
non discipulatū respuit: sed expleta primū paterni fune:
ris pietate liberior hunc seq̄ desiderat: sicut heliseus vo:
cāte se helia. Osculer (inquit) oro te patrē meū et matrē
meam / ⁊ sic sequar te. [Jesus autem ait illi] animo corri:
piēdi [sequere me] non obstante patris tui funere. q.d. nō
est de charitatis ordine minus bonum maiori preponere
[⁊ dimitte mortuos] scz morte culpe [sepelirē mortuos]
morte nature [suos] scz sibi astrictos vinculo propinqui
tatis vel nature: dicens autē suos / monstrabat quoniā
hic non eius mortuus: sed aliquis infidelium erat: cuius
⁊ sepultores per infidelitatē impietatis in anima mortu:
Infideles sunt mortui. os intelligi volebat. Infideles dicunt̄ mortui: q2 fide ca
rent / que vita anime est ſm illud. Iust⁹ ex fide viuit: hic
ergo remouet̄ carnalitas propinquorū: per hoc eī quod
dixit ei [sequere me: ⁊ dimitte mortuos sepelire mortuos
suos] ostendit ꝙ carnalis affect⁹ a sequentibus christum
Religiōis ingressus est totaliter dimittendus. Et est hoc argumentū contra
excusantes se de ingressu religionis propter curam parē
tum. Item contra procrastinantes: si enī noluit retarda: nō differēdus.
ri pro sepultura / multominus pro expeditione diuturna
Vn̄ Chry. Alius intētione ficta dixit sequar te: hic etiā
sanctam rem petens non sinitur recedere: quia alij erant
qui sepelirent / et hunc a magis necessarijs recedere non
oportebat. hec Chrys. Et vide quomodo primum dolo
sum et superbum qui ficte ⁊ simulata mente accesserat re
spuit: ſm simplicem et deuotum qui vere simplici mente
et puro corde querebat ad sui sequelam traxit: ⁊ absq̄ di
latione sese qui iubens nec patrem sepelire permisit: quē
forte a sepultura prohibuisset si alij qui sepelirent nō fuis
sent: ac si ei diceret. Venisti ad vitā: vis redire ad mortē
ego sum vita / ego sum pater / ⁊ creator tu⁹: me sequere [et
dimitte mortuos sepelire mortuos suos] tu autem vade:
et annuncia regnū dei / non fabulas / nō curiositates / vel
aliquid huiusmodi. Non nego sepulturam esse de operi:
bus misericordie: nec dico opera eius ꝓximo nō esse im:
pendenda: sed pro maioribus esse postponēda. Annūcia
regnū dei: suscita mortuos in anima. Instruimur ergo Min⁹ bonū pro maiori omittendum.
hic vt ꝓ maiori bono minus bonum deseramus: nam si
meritorium sit parentū sepelire: dignius est tamē verba
vite docere: piū quippe erat quod volebat facere: sed do
cuit magister quid deberet preponere: maius enī est ani:
mas mortuoꝝ predicando ad vitam resuscitare / q̄ cor:
pus mortui in terra abscondere: maius est predicando
vnum saltem viuificare: q̄ oēs mortuos sepelire. Vnde
Amb. Cum religiosum humani corporis sepeliēdi acce:
perim⁹ officium: quomodo hic paterni quoq̄ funeris se:
pultura prohibetur: nisi vt intelligas humana post habē
da diuinis: bonum studium / sed maius impedimentū: nā
qui partitur studium diriuat affectum: qui diuidit curā
differt profectum: ergo prius sunt habēda que maxima.
Quomodo ergo mortui sepelire mortuos possūt: nisi ge Mortuos sepelire mortuos suos.
minā hic intelligas mortē: vnam nature: alteram culpe.
Est etiā mors tertia in quo peccato morimur / deo viui:
mus: non ergo paterni funeris sepultura prohibetur: sed
necessitudini generis diuine religionis pietas antefert̄.
Illud consortibus relinquitur: hoc mādatur electis. vn̄
et Chry. Incōueniens enī erat vt qui semel filio dei cre:
dens viuum ⁊ celestem deum patrē habere iam ceperat
de patre mortuo cogitaret: ⁊ ideo dn̄s ostendit preferen:
dam esse fidem et cognitionē xp̄i hmōi pietatis officijs
propter quē viuentes parentes iubemur relinquere. Je:
sus ergo prohibuit eum non iubens contēnere honorem
qui est ad eos qui progenuerunt: sed mōstrans qm̄ nil ce
lestibus negocijs magis nobis necessarium esse oportet:
et qm̄ cum vastidio vniuersoꝝ his iungi oportet: ⁊ neq̄
parū tardare ⁊ si valde ineuitabilia et incitantia fuerint
que attrahunt. Etenim multomelius est regnū diuulga
re: ⁊ alios euellere a morte q̄ mortuum qui in nullo inde
vtilitatem habet sepelire. et maxime cum fuerint qui hec
vniuersa cōplent. Nihil igitur aliud hic discimus q̄ qm̄
neq̄ cōtingens tēpus perdere oportet: ⁊ si. x. milia que ꝓ
uocant fuerint: oībus ⁊ maxime necessarijs ipsis spūalia
preponere. hec Chry. ¶ Moraliter mortui sepeliūt mor:
tuos: qm̄ pctōres in pctīs suis mutuo fouēdo celāt ⁊ ope
riūt semetipsos. vn̄ ſm Greg. Per mortuos itelligi pos:
sunt adulatores q̄ pctōres fouēt in pctīs: eosq̄ ampli⁹ se
peliūt premēdo terrā / ⁊ terrenā adulationē super caput
ipsoꝝ: vt exercentur in vitijs institis ligātes pedes eorū
ne in vijs dei ābulent. [Et ait alter] ad iesum [sequar te
dn̄e: sed primū ꝑmitte me renūciare his q̄ domi sunt] vo
lebat renūciare eis ne forte quō fieri solet quererēt eis li
cētiando se ab eis / ⁊ dicturus valete / ac dispositurus fa:
milie. Sic helizeus requisit⁹ heliā sequi dixit. Oro oscu: iij.reg.xix
ler primū patrem meū / ⁊ matrē meam / ⁊ sic sequar te: sic Religio nō est differenda.
hodie multi faciunt qui inutiliter ingressum religionis:
vel executionē melioris vite differunt ⁊ dicunt: disponā
prius de amicis vel de rebus meis: ⁊ postea religionē in
trabo / seu vitā emendabo. quod Hiero. dissuasit cuidā.
eūq̄ ad pericula dilatiōe reuocauit dicēs. Naucule he:
rētis in salo funē poti⁹ prescinde q̄ solue. vnde ⁊ Chry.
Ne dicā dissoluā negocia mea primū: principiū desidie
hec tardatio est. Qm̄ vehementer instat dyabol⁹ ingres:
sum quē de⁹ volēs accipere: ⁊ si paruā vocationē ⁊ tarda
tionē apprehēderit: magnā operat̄ pigritationē: ꝓpter
hoc ammonet q̄dā ne tardaueris de die in diē: ⁊ hoc etiā
remouet̄ ꝯueniēti exemplo cū subdit̄. [Ait] enī illi [iesus

Nemo mittens manũ suã ad aratrũ] scʒ penitentie qua cor euertit/ vt virtutib⁹ semĩnet. mittẽs inqꝫ penitẽdo: ⁊ xp̃m sequi ꝓponẽdo[⁊ respiciẽs retro] facto vel proposito ad statum pristinũ redeundo[aptus est regno dei] ꝯsequẽdo vel predicãdo. vñ Paulus. Regnũ dei habitur⁹ ⁊ ipsum alijs predicaturus ait/ q̃ retro sunt obliuiscens: quasi dñs dicat ei. Vocat te oriẽs/ ⁊ tu attendis ad occidentẽ. Hic ergo remouet inutilis dilatio: qꝛ cũ ꝓpositũ mutãdi vitã parẽtib⁹ reuelat: q̃nqꝫ ab eis reuocat. Arator quippe retro aspiciẽs facit sulcũ tortuosum ⁊ ineptũ sic accipiens melioris vite statũ/ ⁊ habẽs affectũ redeũdi ad statũ pristinũ: ieptus est ad regnũ dei adipiscẽdũ. Talis est religiosus qui mundũ reliquit: sed ad mundũ mente recurrit: nunc hos nunc illos seu prius habita vel facta in corde reuoluẽdo: ⁊ amorem seu delectationẽ ad hmõi flectẽdo. vñ Maximus ep̃s. Omnis ei arans si retrospicit/ aut tortuosum ⁊ inutilẽ facit sulcũ: aut aratrũ boum suoꝝ vestigia vulnerabit. Ita ⁊ qui directo tramite ac spiritali vomere vitia mundana ꝑsulcãs incedit ad regnum dei: si aspectum suũ ad impia ⁊ vana cõuerterit: ⁊ iuges suos hoc est corpus atqꝫ animam vulnerabit: et optimi itineris periculosum nimis incurrit errorẽ. vnde Aug. Apponit manum aratro/ qui affectuosus est ad sequendũ: retro tñ respicit/ qui dilationẽ petit occasiõe redeundi ad domũ cum amicis conferendi. vñ et Ber. Si aũt secuturus dñm discipulus/ qꝛ vel domui renũciare velit arguit: quid fiet illis q̃ nulla vtilitatis: nulla fidei edificãde gratia sepius suorũ quos in mundo reliquere domos reuisere nõ timent. hoc facit cõtra monachos in domibus parentũ ⁊ seculariũ cõuiuantes. vñ etiã Chry. Ostendit ꝙ qui sequi dñm desiderat/ qui manum in aratro ponit. i. qui in spe crucis xp̃i euãgelica fide fundatus seculo renũciat: respicere retro non debeat. i. rursus ad ea que seculi sunt redire ne per hmõi inanẽ seculi curã ⁊ vanam cupiditatẽ regno dei efficiat indignus. vnde nõ immerito ⁊ ap̃ls admonet ne ad ĩfirma ⁊ egena mũdi reuertamus. vnde ⁊ Ber. Et hoc oĩno timẽdum est: ne q̃s aut corde solo/ aut etiã corpore fiat apostata. Legim⁹ enim de filijs israel: qꝛ corde redierunt in egyptum. Nam corpore reuerti clausum post eoꝝ tales rubeũ mare vetebat hoc est qđ ego vereor fratres/ ne forte sint aliqui quibus si pudor negat apostasiam corporis: tepor faciat apostasiam cordis: vt videlicet in habitu religionis cor seculare gerant: ⁊ quicq̃d secularis cõsolationis iuenire potuerint: leti suscipiant. hec Bern. Qui ergo seculo renunciauit/ nullaten⁹ retro respiciat: qꝛ (vt ait Greg.) Nil angelis carius: nil deo accepti⁹: nil homini fructuosius: q̃ꝫ in suscepta religione persistere: iuraqꝫ obedientie obseruare ⁊ cõplere: ⁊ (vt ait Isid.) atrociter in discussione diuini iudicij arguendi sunt/ q̃ quod ꝓfessione spoponderũt opere implere contẽpserũt: ⁊ ideo cauti esse debemus ne mundo vndiqꝫ retrahẽte: ⁊ post dorsum vt retro respiciamus si repente seducamur: ⁊ retro cum vxore loth que in statuam salis versa est respiciamus. Unde nota ꝙ statua habet figurã humanã/ sed nõ sentit nec mouetur: sic persone que exierũt mundũ habẽtes cor adhuc ad negocia mundi: non habent sensum vel motũ alicui⁹ boni operis Item terra vbi sal seminat efficitur sterilis: sic tales reddunt societatẽ in qua sunt sterilem. Item sal prebet saporem alijs: tñ per consumptionẽ sui. sic tales consumunt in religione sine propria vtilitate/ et dant alijs exemplũ conseruationis. ꝯm Bedam. etiã manũ ad aratrũ mittit: qui quasi quodã instrumẽto ꝯpunctionis: scʒ ligno ⁊ ferro dñici passionis: duritiã cordis sui emollit ⁊ euertit ad penitentiã: sicqꝫ ad bonos fructus ferendos terram cordis vomere penitentie apperit/ recolens dñicã passionẽ Qui si ad relicta vitia desiderio rapitur: a regno dei cum vxore loth excludit. Sancti enim posterioꝝ obliti semꝑ in anteriora se extendũt: iuges suos. i. corpus ⁊ animam quasi bonos iugo dei coniunctos/ a iugo ei⁹ non relaxantes: sed semꝑ colla subdentes: vt fructum plus afferant. ¶ Et sciendum ꝙ q̃uis sepelire patrẽ/ ⁊ renũciare bonis vel amicis per se non impediant hominẽ a ꝑfectione ⁊ regno dei: ꝑ accidẽs tamẽ ⁊ ꝓpter aliqua superuenientia imminet periculũ retrocedẽdi a via dei: qꝛ dum deberet implere ꝓpositum potest faciliter immutari ab eo qđ ꝓposuit ꝓpter intuitũ eorũ que dimisit: vel reuocari a proposito propter suasum parentũ seu aliorũ quos reliquit. vt autẽ dicit Augu. in hoc ca. ⁊ hoc dicimus: quia quos vo luit dñs hos elegit. obtulit se vnus vt eum sequeret ⁊ reprobatus est: alius non audebat citatus est: tertius differebat/ culpatus est. non sis ergo dolosus ⁊ sup̃bus: ne cũ primo reprobaris/ sed magis sis simplex ⁊ deuot⁹: vt cũ duobus alijs eligi merearis.

Marginalia (left column): Phil. iij. — Arator retrospiciẽs — Monachi sint ĩ claustro. — Apostatatio cordis — Religio obs̃uãda. — Gen. xix. — Sepelire patrẽ impedit.

Oratio.

Domine iesu xp̃e magister bone: inspector cordium/ ⁊ cognitor secretoꝝ: exclude ⁊ remoue a me oẽm dolositatẽ ⁊ simulationẽ: ⁊ fac me verum ⁊ fidelem tuũ discipulũ: ⁊ sine fictione sequi te veracẽ magistrũ. Da etiã mihi vt ꝓpter carnalẽ quorũcũqꝫ affectũ te sequi nõ differã: et minus bonũ maiori nõ p̃ferã. Presta mihi dñe de⁹ me⁹ ne ad aratrũ penitentie manũ mittẽs: ⁊ te seq̃ per melioris vite statũ ꝓponẽs respiciã retro/ facto vel ꝓposito/ ad statũ pristinũ redeũdo: vt nõ efficiar ineptus regno dei consequendo. Amẽ.

¶ De eo ꝙ dominus excitatus imperauit vẽtis et mari. Capitulum. xlvj.

Post hec dñs iesus dimittens turbas/ ascendit sero in nauiculam ad trãseundũ lacum genezareth: vt in locũ remotum ꝓpter causas supra in ꝑncipio precedẽtis capituli dictas cũ discipulis iret. vt ei dicit Remigius. Tria legit dñs habuisse refugia: scʒ nauis/ mõtis/ ⁊ deserti: ⁊ quotiens a turbis cõprimebat ad aliqđ istoꝝ refugiebat. vbi Origẽ. Cũ multa magna ⁊ miranda dñs ostendisset in terra/ trãsijt ad mare vt ibi excellentia opera demonstraret: quatenus terre marisqꝫ dñm se ostenderet. [secuti sunt eũ discipuli ei⁹] trãsfretãtes scʒ cum eo/ non tantũ gressus sequentes: sed magis sanctitatẽ cõcomitãtes. [Secuti] quidẽ [sunt eũ] quia trahebant suauitate sermonis eius/ ⁊ admiratione operis: ⁊ benigna cõuersatione ipsius: ita vt esset eis difficile ipsum relinquere. [Et ecce motus magnus] vt maius appareret miraculũ [factus est in mari] non naturaliter ⁊ ex se: sed xp̃i iperio ⁊ virtute [ita vt nauicula operiret] scʒ fere [fluctibus] inundantib⁹. Et bene dicit operiret/ non submergeret: qꝛ nauicula petri concuti potest: sed submergi non potest. cui⁹ figura in archa noe fuit [ipse vero dormiebat in puppi] . i. in posteriori parte nauis iuxta tabernaculũ super ceruical nauis ligneũ. ostendẽs ꝯm Chry. suam humilitatẽ. Nec mirum si dormiebat/ ipse enim multũ de nocte in orationib⁹ vigilabat: multũqꝫ de die in predicationib⁹ laborabat. Dormiebat quidem corpore: sed vigilabat deitate. Unde ipse in canticis dicit. Ego dormio: ⁊ cor meum vigilat. vbi Chry. Ascẽdit paruam nauiculam vt nauigaret ille q̃ totũ mundũ diuina virtute gubernat. Dormit in somnũ qui populũ suum vigilia eterna custodit. Voluit autẽ dñs dormire multiplici de causa. Prima/ vt veritatem humane nature in se demõstraret. in miraculis enĩ xp̃i semꝑ aliquid ponit ad ostendendã veritatẽ humanitatis: ⁊ aliquid ad ostendẽdum veritatẽ diuinitatis. Secũda/ vt discipuloꝝ fidem ꝓbaret: nõ ꝙ ipse corda eorum ignoraret: sed vt ipsi seipsos agnoscerẽt. Tertia/ vt discipuli magis timerẽt: ⁊ sic eos ad orationẽ prouocaret. Si enĩ (vt ait Chry.) eo vigilante tẽpestas facta esset: vel non timuissent vel rogassent. Quarta/ vt veritatẽ diuine nature ⁊ suam potentiã demõstraret: que magis claruit in eo ꝙ mox excitat⁹ imperauit ventis qui ei parebant: timentes ergo discipuli et in periculo positi accesserunt recurrentes ad ipsum: et suscitauerunt eũ dicẽtes. [Dñe salua nos] tu enim potes et nos indigemus [qꝛ perimus] ⁊ in periculo cõstituti sumus. vbi Orig. O veraces discipuli saluatorem vobiscũ habetis ⁊ periculum timetis. vita vobiscum est: ⁊ de morte solliciti estis. Et ideo ꝙ dixerunt salua nos/ fuit fiducie: quia perimus/ fuit pusillanimitatis: ꝙ suscitauerunt ĩfidelitatis: propter qđ increpãdo dixit eis. [Quid timidi estis modice fidei?] q. d. si haberetis fidẽ nõ timeretis sed faceretis qđ velletis/ ⁊ ventos ⁊ mare placaretis. vbi Cyril. In quo ostẽdit ꝙ timorẽ non facit tẽtationũ inductio: sed imbecillitas mẽtis. Sicut enim aurũ probat in igne: sic in tẽtationib⁹ fides. Redarguit ergo in eis duo. scʒ mentis pusillanimitatẽ: qꝛ nõ debebant timere eo presente quẽ viderunt tot miracula facere: ⁊ cui qui adheret perire non potest. ac fidei modicitatẽ: quia non credebãt

Marginalia (right column): Mat. viij. Mar. iiij. — Refugia dñi tria. — Nauicula petri mergi non põt — Canti. v. — Dormitio dñi ⁊ eius cause. — Timere qđ facit.

eũ tm̄ posse in dormiẽdo/q̄tũ in vigilãdo: vel tm̄ in ma-
ri q̄tum in terra. Argumẽtũ hinc habemꝰ: qꝛ modice fi-
dei est qui in aduersitate famis pressure ⁊ hm̄oi constitu-
tus murmurat/timet/⁊ impatiẽter fert. Unde fides ma-
j. Joh. v. xime necessaria est in periculis: hec est enĩ victoria q̄ vin
cit mundũ. i. mundi pericula fides nostra. Ut autẽ dicit
Ambro. Iconia seruat̄ in apostolis vt aduersitas sine tẽ
tatione neminẽ posse ex hoc vite curriculo demigrare: qꝛ
exercitiũ fidei tẽtatio est. Subiecti ergo sumus nequitie
spiritalis ꝓcellis: sed quasi peruigiles naute gubernato
rem excitemus. [Tunc surgens iesus imperauit vẽtis ⁊
mari] seuientibus sicut dñs creature dixit: tace et obmu-
tesce [⁊ cessauit tempestas. ⁊ facta est trãq̄llitas magna]
ita ꝙ nec semita nec vestigium alicuiꝰ turbationis rema
neret: sic itaq̄ vtriusq̄ sue nature scʒ diuine ⁊ humane ve
ritatem dñs iesus xp̄s dignatꝰ est hic cõmendare: quasi
enĩ hõ nauẽ ascẽdit: sed q̄si deꝰ mare cõturbat: q̄si homo
in naui dormit/sed quasi deꝰ vẽtis ⁊ mari imperat: et eo-
rũ furorẽ verbo coercet. Nam sentiunt dominũ mandan
tẽ: quoꝝ tm̄ insensibilis natura videt̄. vñ dicunt̄ deo obe-
dire ĩanimata: qꝛ solo verbo de his facit qđ vult. Fm quẽ
modum loq̄ndi solet dici materia obediẽs vel ĩobediẽs
medicine. [Porro hoĩes] fʒ hiero. nõ discipuli/sed nau-
te ⁊ ceteri qui erant in naui [mirati sunt] ex effectu virtu-
tem deitatis eiꝰ cognoscẽtes: ac etiã ꝯfitentes ⁊ admirã-
do dicẽtes. [Qualis est hic] et quãtus. i. q̄ magnꝰ. q̄ po-
tens. ⁊ quãte dignitatis ⁊ ꝑtãtis. q. d. nõ est homo purus
sed verꝰ deꝰ. vbi Chry. Somnus hominẽ tranquillitas
Somni et tr̃aquilli-tatis signi ficatio. deũ ostẽdebat: ideo dicũt q̄lis est hic: qꝛ sicut homo dor-
mit/sicut deꝰ miracula facit. Tria ꝗ admirant̄/⁊ hoĩem
dormiẽtẽ ⁊ deũ ĩperantẽ. ⁊ creaturã obediẽtẽ. vñ addũt
[quia venti ⁊ mare] que insensibilia sunt [obediunt ei] ad
nutum obsequẽdo sicut creatura creatori suo. In quo re
darguuntur creature rationales que non obediunt crea-
tori cum creature insensibiles obediant ei. Qui ergo ꝑus
miracula in terra fecit: etiã in mari facere voluit: vt dñs
terre et maris appareat: et in signũ ꝙ tota ei seruit orbis
Orari vult deꝰ. machina: ⁊ cuncta ad nutum suum sunt creata. Per hoc
autem ꝙ a discipulis excitatus et rogatus eos liberauit
ostendit̄ ꝙ semꝑ vult rogari a nobis: sepe ei exponit nos
pressuris: qꝛ vult vt eũ oremꝰ ⁊ sic liberemur ab illis. Uñ
patet ꝙ multo melior est oratio q̄ lectio: fm Chry. Xp̄s
fecit in mari magnã turbationẽ: vt magna turbatio ma-
gnũ discipulis incuteret timorẽ: ⁊ magnus timor ĩduce-
ret eos ad clamosam orationẽ: ⁊ clamosa oratio induce-
ret christũ ad magnã miraculi operationẽ: ⁊ magnũ mi-
raculũ induceret hoĩes ad fidẽ ⁊ admirationẽ. vñ Aug.
Ideo premunt̄ iusti vt pressi clamẽt/clamãtes exaudiã-
tur: exauditi glorificent deũ. Iste aũt clamor non tm̄ dʒ
fieri voce ⁊ corde: sed etiã opere: vt insistãt ieiunijs ⁊ ele-
mosinis. ⁊ macerationi corporis. ¶ Mystice illud potest
Ecclĩa est nauicula. exponi diuersimode. Primo allegorice ꝓut pertinet ad
totũ corpꝰ ecclĩe: vt nauicula intelligat̄ ecclĩa fideliũ/q̄
ad modũ nauis in p̃cipio fuit arcta/qꝛ paucos habuit
credẽtes: in fine etiã scʒ tp̄e antichristi erit angusta: quia
tũc pauci erũt fideles: in medio autẽ est lata: qꝛ modo fi-
des est multũ dilatata. In hac naui ꝯtinent̄ fideles q̄ cũ
xp̄o ꝑ mare seculi ad regnũ celorũ ꝑueniũt. hãc itaq̄ na
uẽ ascẽdit xp̄s per regimẽ ⁊ gubernationẽ: qꝛ ipse est re-
ctor ecclĩe ⁊ gubernator/in qua discipuli ꝯtinent̄. Hanc
aũt ascẽdit in baptismo: qꝛ baptismꝰ est ianua sacramen
toꝝ. In ecclĩa ergo tanq̄ in naue sumꝰ: ⁊ dñs nobiscum
ꝓpter sua sacramẽta. Sed cõtra ecclesiã flãt venti varij
⁊ validi maloꝝ: ⁊ eleuat̄ fluctus cõtra eã/vt sic nauicu-
la quasi operiat̄ fluctibꝰ. submergi tm̄ nõ põt/⁊ inter hec
oĩa xp̄s dormire videt̄/⁊ nõ attendere: qꝛ fm Orig. Pa-
tientiã bonoꝝ/⁊ penitentiã impioꝝ expectat: xp̄i enim
dormitio est diuina in tribulationibꝰ permissio: qui exci-
tatur quãdo bonoꝝ p̄cibꝰ pulsat̄: accedamꝰ ergo ad eũ
Ps. xliij. dicẽtes. Exurge quare obdormis dñe exurge: ⁊ ne repel
las in finem. Ipse aũt exurget/⁊ imperabit ventis. i. de-
monibus q̄ concitant fluctꝰ id est malos huius mũdi ad
ĩmittendũ ꝑsecutiões sanctis: facietq̄ trãquillitatẽ ma-
gnã pacẽ ecclesie: ⁊ serenitatẽ mũdo ꝑ cessationẽ tribula
tionis cõferendo/vel patiẽtiã tribulatis dando. De ista
naui sic dicit Chry. Non dubiũ est nauẽ istam ecclesiam
figurasse: que nauigantibꝰ apostolis gubernãte dño flã-
te spiritu sancto p̄dicationis verbo vbiq̄ discurrit: por-
tans secũ magnũ ĩestimabile preciũ quo totũ mũdũ san
guine xp̄i mercata est. Mare vero seculũ ĩtelligit̄ quod
a diuersis peccatis ⁊ varijs tẽtationibꝰ velut quibusdã
fluctibꝰ estuat: venti aũt nequitie sp̄uales ⁊ immũdi spi-
ritus intelligunt̄/qui ad naufragiũ ecclesie ꝑ diuersas se
culi tentationes velut per fluctus maris deseruiũt. Dor
mire vero dñs in hac naui intelligit̄ cum ad ꝓbationẽ fi
dei ecclesiã suam pressuris ⁊ ꝑsecutionibꝰ mũdi istiꝰ ten
tari permittit. Excitatio vero discipuloꝝ excitantiũ do
minũ ⁊ auxiliũ implorantiũ: vt liberent̄ preces sanctorũ
omniũ ostẽdunt̄. Et q̄uis infestatione inimici ecclĩa vel Ecclĩa nõ facit nau-fragium.
seculi tẽpestate laboret: q̄uis tẽtationũ fluctibus pulset̄
naufragiũ tm̄ facere non potest: qꝛ dei filiũ habet guber-
natorẽ. Inter ipsos enĩ turbines mũdi: inter ipsas seculi
persecutiones plus glorie ac virtutis acquirit: dum in fi
de firma ⁊ indissolubili permanet. Nauigat enĩ instructa
fidei gubernaculo felici cursu per huiꝰ sc̄li mare: habẽs
deũ gubernatorẽ: angelos remiges: portans choros om
niũ sanctoꝝ: erecta in medio ipsa salutari arbore crucis:
in qua euãgelice fidei vela suspendẽs flãte sp̄ũ sancto ad
portum paradisi ⁊ securitatẽ quietis eterne deducit̄. hec
Chrys. Alio modo hoc idem põt exponi allegorice ꝓut Nauicula est arbor crucis.
pertinet ad caput ecclĩe qđ est xp̄s/vt nauicula quã xp̄s
ascẽdit ĩtelligat̄ arbor crucis: cũ qua mare huius mũdi
pertransit̄ sine periculis: cuiusq̄ beneficio ⁊ auxilio fide
les adiuti transfretatis ⁊ emersis mũdi fluctibus perue-
niũt ad littus ⁊ portũ patrie celestis. Hãc nauiculã xp̄s
in die parasceues cũ discipulis suis ascendit: ꝑ quã ma-
re presentis seculi transiuit: nõ quidem qđ ipsi tunc passi
fuerint: sed qꝛ tunc eis exemplũ patiendi reliquit. Unde
ascendente eo in hanc nauiculã sunt eũ consecuti: qꝛ oẽs
ad tormẽta ⁊ vsq̄ ad mortẽ fuerunt eum imitati. Cũ er-
go xp̄s in cruce positus fuisset: magnꝰ motus in mari fa-
ctꝰ est: qꝛ mentes discipuloꝝ mote sunt/qꝛ a stabilitate fi
dei corruerunt/terremotus magnꝰ factus est: petre scisse
sunt: ⁊ cetera signa q̄ tunc facta sunt: ita ꝙ nauicula oper
ta est fluctibus: qꝛ tota vis ꝑsecutionis circa crucem xp̄i
fuit/⁊ mẽtes oĩm ꝯtra ipsam fluctuabãt. ⁊ facta est crux j. Cor. j.
xp̄i iudeis scandalũ: gẽtibꝰ aũt stulticia. Sed inter has
cõmotiones ipse dormiebat in cruce moriẽdo: qꝛ suũ dor
mire hoc loco mori est. Excitant autẽ discipuli dñm dũ
turbati mente maximis desiderioꝝ clamoribus resurre-
ctionẽ efflagitant dicẽs. [Salua nos] resurgẽdo a mor-
tuis qꝛ [perimus] ꝑturbatione tue mortis. Ipse vero re-
surgẽs/⁊ per resurrectionẽ excitatus: primo increpat di-
scipuloꝝ modicã fidem: qꝛ exprobrauit incredulitatẽ eo
rum ⁊ duriciã cordis. [Imperauit aũt ventis] qꝛ dyabo Mar. vlti.
li superbiã strauit: imperauit [⁊ mari] qꝛ vesaniã iudeoꝝ
cõpescuit [⁊ facta est tranquillitas magna] ⁊ consolatio
qꝛ visa resurrectiõe sedate sunt mẽtes discipuloꝝ ⁊ gaui
se. nos vero hoĩes videntes hec oĩa ⁊ cognoscentes dici
mus [qualis ẽ hic] ⁊ quãtus. discipuli ergo. i. hoĩes fide-
les debent eum sequi iuxta illud. Si quis vult post me ve Luce. ix.
nire abneget semetipm̄/⁊ tollat crucẽ suam ⁊ sequat̄ me.
¶ Et qꝛ ꝑ penitẽtiã maxime crux tollit̄: ideo etiã tropo-
logice seu moraliter ꝑ nauiculã penitentia designat̄. qꝛ ꝑ
ipsam homo ad portũ salutis deducit̄: ⁊ quicunq̄ extra
istam nauiculã inuẽtus fuerit ad portũ salutis nõ perue
niet: sed ipm̄ vnda infernalis inuoluet: ideo significata ẽ
per archã noe: qꝛ illi qui in eã ascẽderũt fuerũt saluati: q̄
vero nõ ascẽderũt/fuerũt submersi. Tũc autẽ iesus naui
culã hãc ascẽdit/qñ q̄s salutis sue auidus pn̄iam assumit
⁊ sepe cõtingit ꝙ qñ q̄s pn̄iam ĩchoat grauis tẽtatio eũ
pulsat/nec deꝰ ipm̄ liberat: sed auxiliũ subtrahit ipsum.
ideo recurrere debet ad eũ ꝑ feruentẽ orationẽ: et tã ꝑse-
uerãter instare donec ĩpetret dei miserationẽ. Tãta aũt
gr̃a sepe eũ cõsequit̄: ꝙ ipse etiã in admirationẽ excitat̄.
vñ fm bedã. Cũ signo dñice crucis ĩbuti seculũ relinq̄re
disponimꝰ/nauẽ cũ iesu cõscẽdimus: mare trãsire cona-
mur. Qui ei abnegãs ĩpietatẽ ⁊ secularia desideria cru-
cifigit mẽbra sua cũ vitijs ⁊ ꝯcupiscẽtijs: ⁊ cui crucifixꝰ j. Tim. ij.
est mũdus ⁊ ipe mũdo: q̄si cum dño nauẽ ascẽdẽs: mare
huiꝰ seculi trãsire desiderat: sed nobis nauigantibus q̄si
ĩinter equoris fremitꝰ obdormit dñs/qñ crebrescẽte vel
ĩmũdoꝝ spirituũ: vel hoĩm prauoꝝ: vel nostrarũ cogita-
tionũ impetu fidei splẽdor obtenebrescit: spei celsitudo
cõtabescit: amoris flãma refrigescit: sed tunc ad dñm re-
curramꝰ: q̄tenꝰ tẽpestatẽ cõpescat: tranq̄llitatẽ refundat

Aīa fidelis p nauiculā intelligit.

et portū salutis indulgeat. Potest etiā aliter tropologice seu moraliter exponi/vt p nauiculā itelligat̄ q̄libet fidelis anima: hec nauicula mari exponit̄/q2 corpori sociatur. vere enī corpus nostrū mare est: q2 oīa opa ei⁹ amaritudinē habēt annexā. In hāc nauiculā xp̄s ascendit/cū eā p gratiā inhabitat. Sequunt̄ aūt eū discipuli.i. virtutes tres theologice. ꝛ q̄ttuor cardinales. ꝛ septē dona spiritussctī. Ecce q̄ȝ pulchra christi comitiua q̄ eū semp comitabat̄: ꝛ quotidie cū in animā fidelē ascēderit comitatur. Sed ꝛ hāc nauiculā cōmouent vēti tētationū.i. exteriores demonū impulsiones. ꝛ vnde seu ꝓcelle passionū id est interiores. vexationes carnales q̄ frequenter insurgūt pie in xp̄o viuētib⁹. ꝛ nōnūq̄ȝ est tātus tētationū impetus: q̄ q̄si aīa operiat̄ fluctib⁹: ex q̄b⁹ timendū est v̄tutes ꝛ dona periclitari in ea: sed xp̄s in nobis dormit cum talia permittit/eo q̄ somno nostro cōsopiatur in nobis: ita q̄ videtur nos dereliquisse. sed non est ita: imo ipse ꝓmisit dicens: cū ipso sum in tribulatiōe ꝛc. Et ideo redeūte aīa ad se: virtutes ꝛ dona excitāt dn̄m/exclamantes voce grandi ꝛ dicentes. [Dn̄e: salua nos/perimus] tūc xp̄s oēm turbulentiā sedat: exteriores vētos demonū compescit. fluctus carnis cōtra animā se erigētis mitigat: ꝛ sic fit magna trāquillitas exteri⁹: cū tribulatio ꝛ tētatio cessat. vel interi⁹ cū patientiā bonā prestat: ꝛ hec trāquillitas virtutis melior est q̄ȝ tranquillitas corporalis. sicut dictū fuit paulo. Sufficit tibi gratia mea. ꝓpter q̄d subiunxit. Libēter igit̄ gloriabor in īfirmitatib⁹ meis/vt inhabitet in me virtus xp̄i. Tam magna aūt fit tranquillitas/ita vt ipse totus hō' miret̄ et dicat. [Qualis est hic] misericordissimus/potētissimus/ꝛ sapientissimus dn̄s. [q2 mare ꝛ vēti] tētationū ꝛ passionū [obediūt ei] ad nutum. Quid igit̄ tā benignissimū q̄ȝ q̄ deus in hanc nauiculā de celo veniens pro delicijs habet esse cum filijs hominū? Quid inter tā amirātissime vtilitatis esse poterit: q̄ȝ q̄ deus ꝯiunctus aīe ipsum ꝓmouet ad salutē: qui descendens in animā dormire tūc dicit̄: cum subtracta gratia spirituali motus tētationis insurgunt. Vigilare vero ꝛ excitari tūc dicitur/cū spiritualis gratia iam presens sentitur: ad cuius presentiā oīa tētationū gn̄a cōq̄escūt.

Ps̄. xc.

ij. Cor. xij.
Ibidem.

Ex puerbi. viij.

Circa istud aug. quasi de vno exēplū inducēs sic ait. Intrant vēti in cor tuū/vtiq̄ȝ vbi nauigas: vbi hāc vitā tāq̄ȝ ꝓcellosum ꝛ periculosum pelagus transis. intrant venti mouent fluctus. turbāt nauē. Qui sunt vēti? Audisti conuitiū: irasceris: cōuitiū vētus est. iracūdia fluctus est. periclitaris: disponis respōdere: disponis maledictū maledicto reddere. iā nauis ꝓpinquat naufragio: excita xp̄m dormientem. ideo ꝛ fluctus: ꝛ mala ꝓ malis reddere preparas: q2 xp̄s dormit in naui. In corde enī tuo somnus christi/obliuio fidei. nam si excites xp̄m.i. recolas fidem quid tibi dicit tanq̄ȝ vigilans xp̄s in corde tuo: ego audiui demoniū habes/ꝛ pro eis oraui: audit dn̄s et patitur: audit seruus ꝛ indignat̄. sed vindictā vis. quid ei ego iā sum vindicat⁹ cum tibi hec loquitur fides tua? quasi imperat ventis ꝛ fluctibus ꝛ fit trāquillitas. hec aug. Et similiter de alijs que nos tentant vel tribulant/intelligas suo mō vt ex omni parte cōcludat̄ mala cōditio: q2 sicut modicū foramen existens in naui ponit eā in periculo nisi obstruatur: sic anima est in periculo dānationis ꝓpter vnam malā conditionē nisi excludat̄: ꝛ ideo dicit̄ in prouerbijs. Omni custodia serua cor tuū. ꝛ in ecclesiastico. Sepi aures tuas spinis/ꝛ ori facito hostia: et seras auribus. Igit̄ q̄n tribulamur ꝛ tētamur debem⁹ esse constantes in fide/et nihil hesitare: quia licet circa nos: et facta nostra dn̄s videat̄ dormire/ipse tamē diligētissimus est super custodia nostra quotidie: qui et si iam sui corporis somno non dormiat/caueamus tamē ne nostri corporis somno nobis dormiat ꝛ quiescat. Dormit enī quando ab orationib⁹ ꝛ bonis operib⁹ cessam⁹: et suscitandus tunc est in nobis crebris ꝛ deuotis precib⁹: ꝛ ipse facit tūc trāquillitatē/q2 facit in tētatione ꝓuentū: sed fatui ip̄m magis obdormire faciūt: in hoc scȝ q̄ magis ab humanū cōsiliū q̄ȝ ad diuinū cōfugiūt. vnde Aug. Nihil tā maxime suggerit̄ humano cordi ab inuisibiliter expugnātib⁹ inimicis: nisi q̄ deus non est adiutor: vt requirētes alia adiutoria inueniamur inualidi/et ab inimicis ipsis capiamur. hec Aug. Volens ergo ad seruitutem dei accedere ſm consiliū sapiētis/preparet se ad tentationes imminētes: cum enī quis a vitijs ꝛ peccatis se subtrahere voluerit vt soli deo vacare.i. intendere possit: cōmotio magna fit in mari seu mundo.i. persecutio multiplex. cui⁹ causa est triplex.s. impulsus vento2: hoc est tētatio a dyabolo: Turbatio maris/h̄ ē tētatio a mūdo. Cōmotio tēpestatis/hoc est tētatio a carne: quas tētationes contra se sentit insurgere. Procella ei tentationis ex inuidia dyaboli conatus viri iusti a bono ꝓposito cōmouere optat: aliquando prauorū ꝑsecutionibus exterius. aliquando impulsu malarū cogitationū interi⁹. nōnūq̄ȝ etiā ex ꝓprijs fragilitate carnis stimulus: q2 q̄ntomagis q̄s deo appropinquare voluerit/ꝛ in deū profecerit: tanto amplius inuenit quod durius oportet. In exemplo videlicet israelitarum qui tūc durius a pharaone sunt afflicti/quādo ꝑ moysen ꝛ aaron ad terram ꝓmissionis sunt vocati: quod dn̄s etiā suo exemplo ostendit/q̄n post baptismū et ieiuniū tentationes dyaboli pertulit: sepe ei post cōuersionē nos dyabolus acrius tentat/quos a sua seruitute recedere cōsiderat: sed ille qui nō dormitat neq̄ȝ dormiet custodiens israel/quasi dormit in naui/cū mentē viri iusti inter procellas tētationū durius permittit fatigari. Cūq̄ȝ sentit tentationes sua virtute superare non posse/accedit ad omnipotentiā dei' recurrens/et suscitat dominum cū mentis deuotione illi appropinquans: et suā fragilitatē humiliter recognoscit/ac diuinā potentiā/ac dei misericordiā deuotissime totis viribus mētis iplorare non cessat: quousq̄ȝ in sui adiutorium diuinum excitet auxilium tunc enī surgēs imperat vētis et mari: q2 tentamēta dyaboli insurgentia contra mentē viri iusti cōquiescere facit ꝛ eū sibi libere seruire ꝑmittit. Fit aūt tūc magna trāq̄llitas/q2 expulsis malarū tētationū radicib⁹ virtutes aīe: ꝛ ea q̄ pri⁹ nō sine formidine obseruabat: postmodū velut naturaliter ꝑ bonā cōsuetudinē custodie incipit gaudēs cum ꝓpheta/ꝛ cantans. Declinate a me maligni/et scrutabor mādata dei mei: sic q̄ȝ trāsnauigato mari ꝛ hui⁹ sc̄li fluctib⁹ calcat(: ad portū feliciter ꝑuenit paradisi. Oro.

Puer. iiij.
Ecclesiasti. xxviij.

j. Cor. x.

Suggestio pessima.

Eccle. ij.

Persecutionis cause tres.

Ps. cxviij.

Domie iesu xp̄e/ip̄era suggestionū ꝛ tētationū flatib⁹ ꝛ motib⁹: veni ꝛ gradere sup cordis fluct⁹: vt serena/ꝛ trāq̄lla fiāt oīa mea. Req̄escat in te de⁹ me⁹ cor meū: cor mare magnū tumēs fluctib⁹ dormiat ab oīb⁹ q̄ sub celo sūt vigilās ī te: q̄ten⁹ amplectar te vnū bonū meū: ꝛ cōtempler te lumē oculorū meo2: ꝛ letabūd⁹ cātē ꝛ dicā: ego dormio/et cor meū vigilat. ꝛ illō. In pace in idip̄m dormiā ꝛ req̄escā. Amē.

Canti. v.
Ps̄. iiij.

De duobus demoniacis a legione obsessis. Capitulum. xlvij.

Cum autē iesus ꝛ discipuli ei⁹ trāsfretassent: ꝛ mare galilee trāsiuissent: venerūt in regionē gerasenorū contra galileā]. Gerasa q̄ppe est insignis ciuitas arabie trāsiordanē/iuxta mōtē galaad: in quo laban cōprehēdit iacob in tribu manasse/nō lōge a stagno tyberiadis/ex opposito galilee stagno īteriacēte: a q̄ ciuitate denoīat̄ regio gerasenō2: ꝛ cū d̄ naui essēt ad terram ingressi [occurrerūt ei duo] hoīes demoniaci [seui nimis] q2 in se ꝛ in alios seuiebāt: nō q2 demoniaci aliq̄d possint/nisi q̄ȝtū de⁹ eis permittit [ita vt nemo posset ꝑ viā illā transire] hoc ei intendūt seuiētes in nos demones.s. obstruere nobis viā vite [exeūtes de monumentis] in quib⁹ habitāt [ꝛ domiciliū habebāt]. Ideo in monumētis gētiliū vbi corpa eo2 sepulta erāt demones habitabāt/tāq̄ȝ habituri sup corpora eo2 potestatē post iudiciū/sup quo2 aīas potestatē iā habebāt. In monumētis etiā aliquando demoniaci habitāt: vt per hoc demones terrorē hoībus de aīab⁹ defuncto2 īgerāt: ꝛ etiā q2 in mortuis operib⁹.i. in pc̄tis delectantur et gaudēt: qui etiā vinciebant̄ cathenis/ꝛ cōpedib⁹/ꝛ ruptis vinculis agebant̄ ī deserto a demonib⁹. His similes sunt mali religiosi si q̄s vincula obediētie/ꝛ cōstitutionē nō possunt tenere: quin exeant de monumētis.i. de claustris: in mundo mortui debēt eē: ꝛ h̄ ad negocia secularia vel inutilia seu ēt mala exercēda. [Et v̄tutē dei sētiētes] atq̄ȝ ex magno timore nō ex hūilitate [an̄ iesum ꝓcidētes eū adorauerūt] ꝛ clamātes.s. coacti voce magna: vt ei dicit hyla. Non est voluntatis cōfessio/sed necessitatis extorsio: q2 timent ei⁹ presentiā. dixerūt. [Quid nobis ꝛ tibi iesu fili dei].q.d. nihil est cōmune tibi ꝛ nobis. tu deus/nos dya:

Mat. viij.

Gerasa ciuitas est arabie.

Cur ī monumentis habitēt demones.

Cōfessio coacta.

boli. tu humilis: nos supbi. tu venisti saluare: nos pdere. vñ apl's q̄ cōuentio xp̄i ad belial. i. ad dyabolum? Certe nulla: qr xp̄s oīa facit bene: diabol⁹ oīa male: supra dubitans dixit: si filius dei es. hic eruditus tormentis asserit iesu fili dei. pena ei oculos aperit quos culpa claudit: nō cognouerūt ex certa sciētia iesum esse filiū dei: sed ex con iecturis qbusdā opinabank: nō tñ de hoc certi. vñ Augu. q̄ demones clamant q̄d nobis ⁊ tibi iesu fili: magis ex suspitione q̄ꝫ ex cognitione dixisse credēdi sunt: si ei cognouissent nunq̄ꝫ dñm glīe crucifigi pmisissent. Istis demoniacis ex timore dñi adoratib⁹ ⁊ cōfitentib⁹ similes sūt qui timore gehēne potius q̄ꝫ amore iusticie deo seruiunt: qui magis habēt oculū sinistrū ad gehēnā/ vel ad cōmodū trāsitoriū: q̄ꝫ oculū dexterū ad celū ⁊ icōmutabile bonū nō gratis colētes deū. [Venisti ante tp̄s debitū torq̄re nos]. Sciebāt eni in die iudicij sic facturā dānationē: ⁊ se mittēdos in abyssum ⁊ torquēdos: sed iam torqueri se dicebāt: qr ꝑm Hiero. Presentia saluatoris tormentū est demonū. vñ Chry. Etenī flagellabank inuisibiliter pūcti ⁊ infixi: ⁊ intolerabilia patiētes ex p̄sentia sola. Vł ideo torquebank: qr suspicabank q̄ exire ⁊ a lesione cessare cogerenk: nā ꝑm Hiero. Magnū tormētū est demonibus a lesione hoim cessare: ppter odiū q̄d erga nos habent ⁊ tanto grauı⁹ dimittūt q̄ꝫto diuti⁹ possederūt. Caueat ergo iesus a dyabolo: vt cito ei⁹ iugū dirūpat: qr tāto facilius q̄ꝫto citi⁹ eius dñium euitak. Et iterrogabat iesus de noīe: nō qr ignoraret: sed vt multitudo demonū ex pfessione eoꝝ appareret: ⁊ magis credibile esset q̄ tot demones in duob⁹ hoībus fuissent: ⁊ vt cōfessa peste virtus curātis gratior emicaret. Vñ dixerūt [legio mihi nomen est] qr multi sum⁹: legio aūt pprie dicik numer⁹ determinat⁹ armatoꝝ in exercitu: ⁊ cōtinet sex milia sex cētos sexaginta sex: ⁊ inde dicik legio in demonib⁹: qr militant cōtra nos: ⁊ qr ⁊ si nō possint hoīb⁹ nocere in psona saltē appetūt eis nocere i substātia. iō rogabāt iesū si eos eijceret ne se expelleret extra regionem. i. habitationē hominū: vel in abyssum ⁊ infernum: locus eni inferni debek demonib⁹: pmittunk tñ iter hoīes habitare vsq̄ ad iudiciū: vt gloriosior sit victoria electorū in supatione demonū tētātiū [sed mitteret eos in porcos] vt saltē sic in aliq̄ affligerēt hoīes: qr vbiq̄ hoīes i mesticiā mittere studēt ⁊ de perditione eoꝝ gaudent. Ecce demonū infirmitas: qr nī possūt nisi pmissi: si ergo porcis nocere nō poterāt nisi permissi: multominus hoībus factis ad imaginē dei oportet igik deū solum timere: illos autē contemnere: in quo etiā apparet eoꝝ vilitas/ qr ingredi volūt i porcos [Et pmisit] dñs cōcedēdo eis petitionē ipsoꝝ/ q̄d ptꝫ p sequentē effectū: nam porcoꝝ gregē qui iuxta pascebank inuaserūt: ⁊ duo milia in stagno genezareth/ seu tyberiadis submerserūt: ⁊ sic demōiaci liberati sūt ⁊ curati: pmisit aūt h̄ dñs/ nō ppt eoꝝ psuasionē/ vel vt ipiā eoꝝ impleret volūtatē: sed ppter multiplicē cām ⁊ vtilitatē. Quarū prima est: qr forte hoīes illi⁹ terre pctis suis illud dānum sibi fieri demeruerant. Scdā vt ex euentu ⁊ iacture magnitudine appareat hoībus q̄ꝫ sint crudeles ⁊ nocentes sibi subditis obtēpantib⁹: ⁊ q̄ hoīes q̄s magis odiūt plus affligerēt si de⁹ pmitteret ⁊ eis liceret. vnde Chry. ⁊ cōcessit eis: volēs furiā quā cōtra hoīes habent demones oībus demōstrare: ⁊ q̄ multo peiora vellent hoībus infligere si possent virtute nō impediti diuina: ⁊ qr in hoībus hanc demōstrationē fieri ei⁹ pietas nō ferebat/ ipsos in porcos itrare permisit: vt in illis virtus ⁊ furor demonū videatur. Tertia ꝑm Chry. vt discāt oēs q̄m neq̄ ad uersus porcos audēt vel possunt: nisi de⁹ concesserit vel pmiserit. Quarta ppter salutē hoim: vt inde hoīb⁹ salutis occasio preberek: ⁊ vt hoīes regiōis illi⁹ discerēt dei virtutē/ ⁊ in eius venirēt cognitionē: hui⁹ eni occasione pastores fugerūt: ⁊ hec oīa hominib⁹ in ciuitate gerasa nunciauerunt. Quinta ppter dignitatē homini ostendēdā. s. q̄ꝫto dignior sit homo bestijs: cū ppter salutē duoꝝ hoīm perire pmisit deus duo milia porcorum. Multum ergo peccāt/ q̄ hominē pdere vel mutilare nō formidāt. Sexta ad cōtumeliā demonum: qr porcus aīal est imundum. Elegerunt eī intrare in porcos: qr hoc magis sibi pmitti putabant: ⁊ hoc magis ɔgruebat: porci eī ppter imundiciā: ⁊ serpētes ppter astutiā magis eis cōpetunt vñ Remigi⁹. Ideo aūt nō petierūt mitti i hoīes: qr illū cui⁹ virtute torquebank humanā speciē gestare videbāt nec petierūt vt in pecora mitterentur: quia velut munda aīalia in tēplo dei offerebank. Petierūt aūt vt in porcos mitterenk/ qr nullū aīal immūdius est porco: ⁊ demōes semp in spurcitijs delectank. Septima ppter mysteriū. nam porci qui nō habēt ad celum faciem/ sed ad terram: et in luto iacere delectank: significant illos qui deum pre oculis non habent/ sed vitijs sordidank/ ⁊ in potestatē demonū tradunk: ⁊ in infernū cū eis finaliter demergunk. ⁊ nūc suffocati in aq̄s ⁊ voluptatib⁹ hui⁹ mūdi/ tunc suffocabunk in abyssis ⁊ puteo inferni. Vñ glo. Nisi q̄s more porci vixerit/ dyabol⁹ potestatē in eo nō habebit/ nisi forte ad pbādū: nō ad perdēdū. vnde Aug. Certi mysterij grā ⁊ certa dispēsatiōe dimisit demōes i porcos: vt ostēderet dyabolū in eis dñari q̄ vitā porcoꝝ gerūt. vbi ꝑm Amb. Clementiā dñi debem⁹ aduertere q̄ nullū prius ipse condēnat: sed vnusq̄sq̄ ipse sibi auctor est pene. Timeāt ergo libidinosi/ castrimargi/ ⁊ imūdi/ q̄ in sordib⁹ luxurie ⁊ voluptatū viuūt: ne in potestatē dyaboli etiam viuentes dño iubente vel permittente tradank: ⁊ postea cū eo in infernū demergank. Dicit etiā q̄ demones nobiliores pctā detestank vilia: q̄ꝫtomagis homo debet detestari ea? Patet autē ex hoc q̄ꝫ detestabilis sit libido/ castrimargia/ sicut ⁊ superbia. nō eī legit dyabolum in aliquod animalis organū intrasse preter q̄ꝫ porci/ serpētis/ ⁊ hominis. vbi Chry. Sum porcini hoīes sunt/ facile capi possunt ab actionib⁹. Porcini sunt hoīes auide comedentes per gulā. pingues ad luxuriā. in luto iacētes p accidiā. in terra fodiētes p auariciā. spumātes per iracundiā. Per porcos etiā significank detractores/ ⁊ referendarij qui pascuntur de fecibus ⁊ imūdicijs aliorū tanq̄ꝫ porci referentes que vident vel audiūt: rodūt vitā eorū: quos etiā demones intrāt ⁊ demergūt in īfernū. Erubesce miser de hoc detestabili officio pacis turbamento et discordie seminario: ⁊ insup time de anime piculo: qr diabolus in te potestatem accepit quando te ad hoc officiū perduxit: ⁊ qui nunc te suffocauit in hoc vitio/ postea te suffocabit in inferno. Timeat etiam ⁊ caueat auditor ne talibus consentiendo/ ⁊ aures prebendo eis similis fiat: quia sicut sup linguā detractoris: sic super aures auditoris dyabol⁹ sedet. ⁊ si nō esset auditor/ nō esset detractor vnde glo. Super illud ventus aquilo dissipat pluuias: ⁊ facies tristis linguā detrahētē. sic dicit. Si hylari vultu detractorē audieris: tu illi das fomitē detrahēdi: si vero tristi: discit nō libenter dicere quod didicerit non libenter audiri. Aufer dñe opprobriū taliū hoīm pestiferorū a religiōe seruorū tuoꝝ. ¶ Mystice per demoniacū significak dyabol⁹ q̄ in monumētis ⁊ motib⁹. i. in sedis ⁊ supbis habitat hominibus. Nomen eius legio dicitur: quia multis in malum associatur/ eius autem eiectio per christum significauit demonū multitudinē deuincēdā p t̄pꝫ legio quoq̄ ab hominibus pulsa porcos ingreditur: qr demones ab illis qui ad vitam eternam p̄destinati sunt per gratiam eiecti male viuentibus/ ⁊ terrenis intendentibus dominank: quod tamen non faciunt nisi iesus concedat: quia nec malos tentare possunt/ nisi potentia diuina permittat. Grex vero corporū a legione in mare p̄ijcitur: q̄ꝫ per demones maloꝝ vniuersitas ad infernalem amaritudinē perducik. Nō repugnat autē q̄d mattheus de duobus demoniacis. marcus vero et lucas de vno loquunk: sed ꝑm Aug. Intelligas vnum eorum fuisse persone alicuius clarioris ⁊ famosioris. vel ꝑm Chry. Senioris ⁊ insanie maioris pro quo illa regio maxime dolebat q̄d volētes significare duo euāgeliste solū vnū cōmemorandū iudicauerūt: de quo facti huius fama latius p̄clariusq̄ fragrauerat. Illi autē homines de ciuitate exeuntes [venerunt ad iesum] vbi titus. Illos autem ad saluatorem duxit damni necessitas: frequenter enim deus homines damnat in rebus possessis: ⁊ confert beneficiū animabus. Et homines iesum ac facta videntes conscij fragilitatis sue velut adhuc infirmi ⁊ presentia domini indigni rogabant eum ex humilitate vt a finibus eorū discederet: qr timore magno admirationis ⁊ reuerentie tenebank. Reputabant eni se indignos tanto doctore et eius conuersatione: sicut cēturio reputabat se indignum tāto hospite: ⁊ sicut petr⁹ fragilitatis sue memor ait. exi a me domine/ quia homo peccator sum. Vel forte isti geraseni ex peccatis suis territi timebāt offendere presentiā christi: ⁊ p cōsequens incurrere penā maiorē p̄cedenti: ⁊ per

Marginal notes (left column): ij. Cor. vj. — Mat. iiij. — Confessio demonū ex suspitione. — Permissionis dñi ce demonibus facte cause. — Porci et serpentes demonib⁹ apti.

Marginal notes (right column): Porci terrenos signant. — Demones turpia peccata abominank. — Auditor detractoꝝ vituperak. — Cōcordātia euāgelistarum. — Dāni tp̄alis vtilitas. — Luce. v.

eū amplius ꝙ̄ in amissione porcorū dānificari: sicut oza
tangēs archā dei.⌊ Ipse aūt ascēdit nauē ⌋ vt īfirmos de
sereret / qbus oneri suā p̄sentiā esse videbat. vbi Chryso.
Attende aūt xp̄i humilitatē: postꝙ̄ eni collatis a se tali:
bus beneficijs emittebāt: non obstat / sed discedit. ⁊ eos q
seipsos īdignos sua doctrina ꝓmulgauerāt / dereliquit:
dans eis doctores liberatos a demonib⁹ ⁊ porcoꝝ pasto
res. ⌊ Cūq̄ iesus nauē ascēderet: rogabat illū ex deuotio
ne sanatus / vt cū eo esset ⌋ q̄ gratus de beneficio sibi col:
lato eū seq volebat. ⌊ Jesus aūt nō admisit ⌋ .i. nō recepit
eū ad discipulatū ꝓpter precedentis passionis horrorē:
et ne ascriberet demoni / quod iste faceret si discipul⁹ xp̄i
Demoniaci non admittūt ad ecclesiastica officia. esset. Ex hoc loco accipit: ⁊ consuetū est in ecclesia ꝙ de:
moniaci ⁊ furiosi post curationē nō ꝓmouēt ad ecclesia
stica officia: sꝫ dn̄s eū quē curauerat secū ducere noluit /
vt iactantie causam vitare doceret: et ꝓpter fructū pre:
dicationis ip̄m ad suos remisit / vt per eū alijs ꝓcurare
tur salus: et infidelib⁹ esset exemplo ipse sanatus. vn̄ eū a
sua seq̄la simplicit̄ nō repellit: sed ip̄m p̄dicatorē magna
liū diuini ꝯstituit dicēs. ⌊ Uade in domū tuā ⌋ ad tuos q:
bus ex officio charitatis pl⁹ teneris ⌊ ⁊ nūcia illis quāta
tibi dn̄s fecit ⌋ ⁊ tui misertus sit: sanans te in aīa et in cor
Deo attribuit xp̄s opus suū. pore. vn̄ Theophi. Uide saluatoris humilitatē: nō dixit
denuncia oīa que feci tibi: sed omnia que fecit tibi dn̄s:
sic tu cū bonū aliquod operaris: nō tibi / sed deo attribu:
as. vn̄ ⁊ Chry. Licet aūt alijs sanatis p̄cepit nemini di:
cere: cōuenieter tn̄ huic p̄cepit ꝙ annūciet: qm̄ oīs illa re
gio demonib⁹ detēta sine deo manebat. vn̄ etiā Aug. Q
aūt ille sanatus cupit iam esse cū xp̄o: ⁊ dicit̄ ei redi ī do
mū tuā: ⁊ narra quāta tibi fecit de⁹: sic ītelligit̄: vt si qsq̄
intelligat post remissionē pctōꝝ redeundū sibi esse in cō:
sciētiā bonā sicut in domū: et seruiendū euāgelio ꝓpter
aliorū salutē / vt deinde cū xp̄o requiescat. Nedum p̄pro
pere vult iam esse cū xp̄o / negligat p̄dicatiōis mysteriū
fraterne redēptioni accomodatū. ⁊ Greg. Cum eni quā:
tūlibet parū de diuina cogitatione ꝑceperim⁹: redire iā
ad humanā nolum⁹ quietē contēplationis querētes: sed
dn̄s p̄cepit vt mēs p̄us exsudet in opere: et postmodum
refici debeat ꝑ cōtēplationē. ⌊ Et abijt ⌋ nō mēte / sed cor
pore separatus a dn̄o ⌊ ⁊ p̄dicauit in decapoli ⌋ .i. in regio
ne est ciuitatū: quanta sibi fecisset iesus magnalia: et oēs
mirabantur: ⁊ per eū ad fidē edificabant̄. Ecce mutatio
dextre excelsi: q̄ ex infideli ⁊ demoniaco fact⁹ est p̄dica
tor fidelis et deuotus operante dn̄o: et vere fidelis: quia
ad gloriā dei / ⁊ ad vtilitatē ꝓximi effectus est talis. Qd̄
vero hic dicitur de vno / intelligendū est etiā de alio qui
erat cū eo: q̄ ambo volētes xp̄m sequi ad suos missi sunt
et ambo salutē sibi factā ⁊ magnalia dei predicauerunt:
hoc quoq̄ exemplo docet̄ quēq̄ suo proximo salutē sibi
factā p̄dicare: ⁊ a dyabolo se liberatū esse verbis / et ope:
rib⁹ bonis demōstrare: ⁊ alios ad eandē salutē percipiē:
dam vocare. Studeam⁹ ergo ⁊ nos si nondū liberati su
mus a dyabolo liberari: ⁊ si iā nos liberatos esse cogno:
scim⁹ salutem alijs p̄dicem⁹: quā nos obtinuisse gaude:
mus: memores quod scriptū est: q audit dicat veni. Sed
multi hoc exemplū minime sequunt̄: ⁊ de his que ad cor
pora pertinent circa amicos suos solliciti sunt ⁊ inquirunt
sed de his que ad salutem animarum pertinent sollicitu:
dinem nullam gerunt.

Oratio.

Domine iesu xp̄e amator hoīm benignissime sup
plico lachrimabiliter bōitati tue: libera me ab
omnibus peccatorū sordibus / ⁊ demonū infe:
stationibus: meq̄ ab eis liberatū vsq̄ in finē
misericorditer custodi illesum: vt ad tuam gloriam et ꝓ
ximorū vtilitatē valeā verbis narrare / ⁊ operib⁹ demon
strare: q̄ta magnalia feceris anime mee per tuam gratiā
ps̄. lxxvj. liberare: quatenus cognoscentes ceteris / q̄ hec mutatio
dextre excelsi: omnes meo exemplo prouocentur: ⁊ te mi
serante ad meliora conuertantur. Amen.

De curatiōe palitici ꝑ tectū dimissi. Ca. xlviij.

Et cū dn̄s iesus ascendis:
Matth. ix. set in nauiculā ⌋ vt de terra gerasenoꝝ
Mar. ij. et. rediret ī galileam. vn̄ illuc iuerat s̄m
Luce. v. Chry. Nauigio trāsierat qui poterat
Potentia pede ꝑtrāsire: nō semꝑ ei voluit potē:
sua vti noluit dn̄s. tiā ondere ī mirabilib⁹ / ne īcarnatio
nis noceret mysterio. At cōtra hoīes
hui⁹ mūdi si vllā habēt potētiā sꝑ volūt ea vti magis ꝙ̄
veritate iusticie: ideo etiā sine vehiculo nauis trāsire no:
luit / vt nōs doceret naui ⁊ suffragio p̄nīe vti in mari secu
li hui⁹: vt ī ciuitatē celestē ꝑueniam⁹. Hec eī nauis p̄nīe
in ciuitatē celestē deducit: ideo sequit̄. ⌊ Et venit ī ciuita
tē suā ⌋ .s. capharnaū / in q̄ freq̄nti⁹ cōuersari solebat ⁊ mi
racula ꝑari. s̄m Chry. Ciuitatē suā h̄ dicit capharnaū:
Capharnaum ciuitas dn̄i dr̄. quā nō nascēdo / sed miraculis illustrādo suā ip̄e fecerat
Alia qdē eū extulit. i. extra in lucē duxit / vt bethleē. Alia
aūt nutriuit / vt nazareth. Alia aūt diu īhabitātē habuit
vt capharnaū. Hāc eī ciuitatē magis frequētauit cōuer
satiōe ⁊ in miraculoꝝ oꝑatiōe: q̄ s̄m Aug. erat q̄si metro
polis ⁊ insignior ciuitas galilee: vbi plurimorū concur:
su fides ⁊ doctrina ei⁹ clari⁹ pateret: ⁊ miraculis ꝯfirma
ta ad multos salubriter ꝑueniret: vel q̄ (vt supra dictū
est) capharnaū īterp̄tat̄ villa pulchritudinis / ⁊ piguedi
nis / ⁊ cōsolatiōis: q sunt occasio peccādi multis: ideo ad
sui cōuersionē plurib⁹ indigebat miraculis: vel sicut me
tropoli regiōis alicui⁹ ciuitatē nostrā dicim⁹: existētes
tn̄ de ciuitate subiecta illi: ita ⁊ capharnaum metropolis
nazareth galilee sita īter nazareth ⁊ stagnum dr̄ ciuitas
dn̄i in nazareth ꝯcepti ⁊ nutriti. ⌊ Et cū in domo doceret
turbas: viri q̄ttuor portātes in lecto paraliticū ⌋ inuenien
tesq̄ multitudine ianuā obturatā / ⁊ nō valētes ītroire ꝑ
eā: ⁊ illū īferre p̄e turba ⌊ ascēderūt supra tectū ⌋ ⁊ nudā:
tes illud ꝑ tegulas ⌊ submiserūt illū cū lecto ī mediū an
iesū ⌋ ⁊ hoc fuit signū magnū fidei ipsoꝝ. Vn̄ post fidē eo
rū ondit dn̄s diuine p̄tātis actū: ⁊ sup aīam: ⁊ sup corp⁹
ip̄m. Et hoc tripl̄r. Primo in remissiōe criminis. Scd̄o
in cognitiōe cogitatiōis: ⁊ hec duo ꝑtinēt ad aīam. Ter:
tio in subita curatione egritudinis corꝑalis: nā vidēs ie
sus fidē illoꝝ. s. offerētiū: ⁊ etiā paralitici oblati. nō enim
se portari: ⁊ ꝑ tectū submitti sustinuisset: nisi curatiōis fi:
dē habuisset. dimisit ei pctā dicēs. ⌊ Cōfide fili remittūt̄
tibi pctā tua ⌋ ⁊ nō dicit remitto: sed remittunt̄ cā humili
Remissio pctōrū exigit fidē in adulto. tatis ⁊ pietatis insinuāde. Ex hoc p̄ꝫ ꝙ fides paralitici
aderat: q̄ licꝫ sanitas corꝑalis / vl̄ aliqd hmōi det̄ alicui
propter fidē alienā: remissio tn̄ pctōꝝ nō dat̄ alicui adul
to sine fide ꝓpria: ⁊ iō hn̄ filiū vocat: q̄ iā credebant. vbi
Hiero. O mira humilitas despectū ⁊ debilē / totisq̄ mē:
broꝝ ꝯpagib⁹ dissolutū filiū vocat: quē sacerdotes nō di
gnabant̄ attingere. Aut certe ideo filiū: q̄ dimittūtur ei
pctā sua. ⌊ Et qdā de scribis ⌋ .i. legisperitis ⌊ dixerūt ītra
se ⌋ .i. cogitabāt: q̄ extra dicere ꝓpter ppl̄m nō audebāt:
verbū eī intrīsecū ē cogitatio mētis. ⌊ Hic blasphemat ⌋
Blasphematio tripliciter fit. id ē qd̄ dei ē sibi vsurpat. Est eī blasphemare deo īiuriā
īrrogare / qd̄ fit tripliciter. Uel cū deo attribuit̄ qd̄ ei nō
cōuenit. Uel ab eo remouet̄ / qd̄ ei cōuenit. Uel cū hō si:
bi quod propriū est dei tribuit: ⁊ hoc modo tertio iudica
bāt eū blasphemare: q̄ ip̄m putabāt hoīem tm̄ / ⁊ nō deū
esse: dimittere aūt pctā soli deo cōuenit. Sed xp̄s cōueni
enter eos redarguit / ostēdēs se esse deū dupliciter. Pri:
mo q̄ respōdet eoꝝ cogitatiōib⁹ quas cognoscere ꝑ cer
titudinem soli deo ꝓpriū est dicens. ⌊ Ut quid cogitatis
mala in cordib⁹ vr̄is ⌋ īponendo mihi falso blasphemiā.
me nō posse pctā dimittere: ⁊ qd̄ dei est vsurpare. q. d. qua
potestate cogitationes vestras video etiā peccata dimit
tere possum: q̄ cogitationes sunt fons boni et origo ma:
li: ideo saluator noster cū vidisset malas scribarū cogita
tiōes / ne vlterius ꝓdirēt in peius / statim redarguit eos
dicens ⌊ vt quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris ⌋ dans
nob̄ doctrinā: vt ꝙ̄ cito ꝑpēderim⁹ nos mala cogitatio
ne pulsari / statim debeam⁹ nosmetip̄os reprehēdere: vt
q. d. tibi ip̄i hec xp̄i verba / vt quid cogitas mala ī corde
tuo. Deinde hoc etiā ostēdit sanando paraliticū ꝑ impe:
riū tanq̄ propria virtute quod est eiusdem potestatis / si
cut ⁊ peccata dimittere: licet enī paralisis virtute nature
aliqn̄ possit curari: non tn̄ subito / nec ita perfecte vt sta:
tim homo possit lectū ī quo iacet portare / vt hic dicitur
factū esse. vnde subiungit ⌊ quid est facili⁹ ⌋ inter duo ista:
scꝫ ⌊ dicere dimittunt̄ tibi pctā tua: aut dicere surge ⁊ am
bula ⌋ hoc ē solo v̄bo efficere vt dimittant̄ peccata: an v̄:
bo efficere vt paralitic⁹ surgat san⁹ ⁊ ambulet. q. d. Si vo
bis hoc manifesti⁹ ⁊ maius videt̄: scꝫ subita curatio cor:
porū ꝙ̄ animarū: ⁊ possum horū primū ergo ⁊ reliquum
quia equalis potestatis est vtrūq̄: et vtrumq̄ est virtu:
tis infinite. Unde ex hoc concludit virtutem diuinitatis
sue per factū dicens. Ut aūt sciatis quia filius hominis

habet potestatẽ in terra dimittẽdi peccata⌋ tũc ait para
litico⌋ qḋ verbũ iterponit̃ ab euãgelista.⌊Surge⌋ scʒ sa:
nus a lecto⌊ tolle lectũ tuũ⌋ in quo diu decubueras infir:
mãdo/ vt qḋ fuit testimoniũ ĩfirmitatis: sit ꝓbatio sani:
tatis⌊ ⁊ vade in domũ tuã⌋ ꝑ te: nõ indigẽs/ vt ꝑus porti
tore. Et fecit sic⌊ magnificãs deũ⌋ q̇ sanauit eũ. Magna
virt⁹ vbi sine mora sal⁹ imperiũ comitat̃/ vt nemo iã du
bitaret eũ paralitico dimisisse pctã: q̇ eundẽ sublato gra
bato ambulare ꝑcepit. Unde merito q̇ aderãt stupẽtes
et mirãtes/ relictis blasphemijs ad laudẽ cõuertunt̃: tã:
te maiestatis/ ꝓpter qḋ sequit̃.⌊ Uidentes aũt turbe⌋ scʒ
miraculũ factũ ĩ paralitico⌊ timuerũt⌋ reuerẽdo ⁊ admi
rando⌊ ⁊ glorificauerũt⌋ laudãdo⌊ deũ qui dedit potesta
tem talẽ⌋ scʒ dimittẽdi peccata: ⁊ curandi solo verbo ĩfir
mos⌊ hoĩbus⌋ ad eorũ scʒ salutẽ. Uel ſm glo. hominẽ tã
potẽter inter hoĩes operantẽ. Et hãc potestatẽ dedit de
us pater christo causatiue: hoĩbus autẽ receptiue. Chri:

Miracu: lorꝫ cause ĩ xp̄o tres

stus quippe tribus de causis miracula faciebat. Primo
ꝓpter illorꝫ circa quos faciebat vtilitatem: q: eos in cor
porе ⁊ in anima curabat. Secũdo ꝓpter aliorꝫ conuersio
nẽ: q: multi videntes ea conuertebant̃. Tertio ꝓpter dei
gloriã ⁊ honorẽ: ⁊ ista triplex causa hic tãgit̃. Ex hoc tñ
ꝙ timuerunt/ videt̃ ꝙ nec de xp̄o plenã cognitionẽ habe
bant: q: purũ hominẽ esse ⁊ posse/ ⁊ hanc potestatẽ a deo

j. Joh. iiij.

credebãt. vnde glo. Spectant surgentẽ increduli/ imitã:
tur abeuntem: ⁊ diuini operis miracula malũt timere q̃
credere. Nam si crederẽt/ nõ timerẽt: sed diligerẽt. Per
fecta enĩ charitas: foras mittit timorẽ. ¶ Cõsidera hic ꝙ
dñs curãdo paraliticũ/ incepit a morbo spũali: qui erat

Pctã cur ꝑus remi: sit q̃ sana: uit.

causa ⁊ radix morbi corporalis: q: ꝑmo remisit peccata
eius que fuerũt causa morbi: admodum boni medici qui
primo remouet causam morbi: et tunc postmodũ intẽdit
curationẽ. Infirmitas autẽ hec fuerat ĩflicta paralitico
ꝓpter pctã sua vt purgarent̃: ⁊ ideo dñs primo remouit
causam: q: cessante causa cessat ⁊ effect⁹ introductus ob
illã causam. Nulla enĩ nocebit aduersitas: si nulla domi:

Infirmi: tates cõti: gunt q̇ntu pliciter.

netur iniquitas. Unde ſm glo. q̇nq3 modis infirmitates
cõtigũt. vel vt iustis merita ꝑ patiẽtiã augeant̃: vt Job.
Uel ad custodiã virtutũ: ne supbia tẽtet vt Paulo. Uel
ad corrigendũ peccata/ vt marie lepra: ⁊ sicut huic para
litico. vel ad gloriã dei: vt ceco nato/ ⁊ lazaro. vel ad ini:
tium pene: vt herodi quaten⁹ hic videat̃ quid in inferno
sequat̃. Hic ergo ſm Hiero. datur intelligi plerasq3 cor:
porũ debilitates euenire ꝓpter pctã. Et ideo pri⁹ pecca
ta dimittunt̃: vt causis debilitatis ablatis sanitas resti:
tuatur: ⁊ fit visibile signũ/ vt inuisibile probetur. vnde et
Beda. Curaturus autẽ hominẽ a paralisi dñs ꝑmo pec
catorꝫ vincula dissoluit: vt ostenderet eũ obnexus culpa
rum artuũ dissolutione fuisse dãnatũ: nec nisi his relaxa:
tis mẽbrorꝫ posse recuperatiõe sanari. Sed heu nos ecõ:
uerso magis satagimus de curatione corporis q̃ anime
ideo sepe destituimur vtrobiq3. vñ. Chry. Nos aũt si cor
poraliter patiamur: satagim⁹ nociuũ abijcere. Cũ vero
male sit anime differimus: atq3 ideo nec a corporis noci:
uis curamur. Abscindam⁹ ergo fontẽ malorꝫ: ⁊ cessabũt

Cõfessio a medico su: adẽda est.

egritudinũ flux⁹. Hec chry. Ergo q: ꝯstat ꝙ ꝓpter pec:
cata q̇nq3 homo egrotat: medicus egrũ visitãs ꝑmo eũ
ad penitentiã ⁊ cõfessionẽ monere debet: ne pctõ tãq3 fer
ro manẽte ĩ vulnere: frustra sit emplastrũ apponere. Un
de peccãt medici qui curam materialẽ adhibẽt corpori/
priusq3 cura spũalis sit adhibita anime: ignorãtes causã
morbi/ videlicet ꝙ ꝓ pctõ anime inflict⁹ sit corpori. vbi
Chry. Sed q: hec ipsa dñi gesta spiritaliũ in se rerũ cõ:
tinent rationẽ: cuius typũ paraliticus iste gerat debem⁹
aduertere. Figurã nãq3 in eo populi gentiliũ preostẽsam
esse cognoscim⁹: qui peccatis grauibus animo dissolut⁹:
quasi quadã insanabili infirmitate plagat⁹ in quattuor
angulis mũdi istius velut in lecto iacebat. Unde ⁊ ĩ pa:
ralitico cui remissa sunt peccata id ostensum est: quia po
pulus gentiũ qui graui valitudine peccatorũ laborabat
data sibi remissione ꝑ medicinã celestẽ integram ⁊ perfe
ctã sanitatẽ ſm corpus ⁊ animã eterne salutis acceperit
Cui nõ ĩmerito post remissionẽ pctõrꝫ reddita salute iã
dicit̃ redi in domũ tuam. i. in domũ paradisi. de qua adã
iam dudũ expulsus fuerat: qui huius ĩfirmitatis auctor
extiterat ⁊ merito sequit̃. Hoc viso turbe timuerũt ⁊ ma
gnificauerũt deum qui tantã potestatẽ dedit hominib⁹
Magnificat̃ enĩ de⁹ qui vel aplĩs suis potestatem dimit
tendi pctã donauit: vel hoĩbus tantam gratiam cõcessit/
vt post remissionẽ peccatorꝫ ꝑ meritũ fidei atq3 iusticie
potestatẽ accipiãt ad paradisum redeũdi: vbi ⁊ Hylari⁹
Uidentes autẽ turbe timuerũt. Magni enĩ timoris res
nõ est dimissis pctis a xp̄o in mortẽ resolui: q: nullus est
in domũ eternã reditus/ si cui indulta nõ fuerit venia de
lictorꝫ: cessante aũt timore honor deo reddit̃: q: potestas
hoĩbus hac vita data sit ꝑ verbũ ei⁹/ ⁊ remissionis pctõ:
rũ/ ⁊ corporꝫ resurrectiõis/ ⁊ reuersiõis ĩ celũ. hec Hyla.
¶ Moraliter per paraliticũ qui priuat⁹ est vsu membro:
rũ corporaliũ/ significatur homo peccator opib⁹ merito
rijs priuat⁹/ ⁊ turpi marcens ocio. Talis enim priuatur
gressu meritorie affectionis: ⁊ tactu bone operationis: et
gustu suauitatis celestis: et visu diuine contẽplationis: ⁊
auditu diuini sermonis: et odoratu diuine consolationis
Et tũc iacet in lecto q̇ñ superueniẽs tenet eum praua cõ
suetudo: hoc enĩ lectus dici potest hoc loco. Ipm quoq3
peccatũ more paralisis facit tremulũ ꝑ mali dilectionẽ:
reddit insensibilẽ per obstinationem: impedit loquelam
per desperationem. Ubi sciendũ ꝙ sicut domin⁹ legitur
refuscitasse tres mortuos/ sed multo plures sunt: sic legi:
tur curasse tres paraliticos/ licet etiam plures sint: scilʒ
paraliticũ in domo: paraliticũ iuxta probaticã piscinã:
paraliticũ in lecto: vt in proposito. Et q: paralitic⁹ (vt

Paraliti: cos tres curauit dñs iesus.

dictũ est) peccatorẽ signat: ideo notãdũ ꝙ tria sunt gene
ra peccatorũ. s. peccator occultus/ publicus/ ⁊ cõsuetudi
narius. Paralitic⁹ in domo est pctõr occult⁹. Paraliti:
cus iuxta piscinã est peccator manifestus. Paralitic⁹ in

Pctõrũ gña tria.

lecto est peccator cõsuetudinari⁹: ⁊ hoc peccatũ in cõsue
tudinẽ ductũ difficulter relinquit̃: ⁊ paralitic⁹ hic in le:
cto iacere dicitur. i. peccatũ cõtinuare dicit̃: ꝑdictos pec
catores quattuor exportãt extra domũ proprie cõscien:
tie: et etiã extra ecclesiã tam militantẽ/ q̃ triũphantem.
Primũ est tepiditas boni: q̇ñ eĩ homo incipit ex desidia
tepescere in bono inchoato talis dimittit deũ: ⁊ per cõse
quẽs dimittit̃ a deo. Scõm est delectatio mali/ qḋ cõtĩ:
gitur quasi soci⁹ eius: cũ enim deus derelinquit̃/ statim
anima in malo delectat̃: ⁊ hij duo socij precedũt. Tertiũ
est mali opatio/ cum delectatio ad opus ducitur. Quar:
tũ est mali operis cõsuetudo: cũ ipsum malũ frequentat̃.
Et hi duo sequuntur portãtes peccatorem extra suffra:
gia ecclesie: quibus ipse priuatur. Sunt autem quattuor
que ipsum reportant ⁊ reconciliãt. Primũ est vite breui
tas: vt homo cõsideret q̃ breuis sit vita presens ⁊ ĩcerta
Scõm est timor pene gehennalis: vt homo cõsideret ei⁹
acerbitatem: diuersitatem: ⁊ eternitatem. Tertiũ est con
sideratio culpe: vt homo cõsideret quid grauedinis: qḋ
ĩmunditie: quid malicie sit in peccatis. Quartũ est spes
venie: vt q̃uis in multis offenderimus/ nihilomin⁹ tamẽ
veniam sperem⁹. Qui hec quattuor habuerit ante deum
portabitur: ⁊ misericordiã consequetur. Uel portitores
eius vt sanetur a christo sunt quattuor sue salutis procu
ratores: scʒ monẽs secrete: predicans publice: orans pro
eo: ⁊ inuitans exemplo. ⁊ sic isti offerunt eum christo/ sol:
licitantes pro ipso: et ipse offertur quando eis cõformat̃
consentiendo/ ⁊ meritis eorũ obicẽ nõ ponendo. Christ⁹
autẽ fidẽ illorũ inspicit cũ preces eorũ exaudit: et parali
ticus curat̃ quando peccatum sibi dimittitur: ⁊ donatur
sibi gratia ꝑ quã ad actus meritorios restituit̃. Et tunc
suũ male consuetudinis lectum tollit/ quãdo ab ea ꝑ ex:
ercitiũ boni operis recedit: ⁊ sic procedens de virtute in
virtutem vadit in domũ suam: quando bonis actib⁹ ad
celestem festinat patriam: et populus eum glorificat de ps̃. lxxvj.
mutatione tali: quoniã hec est dextere excelsi. Illi vero
qui inde murmurãt/ signãt demones qui inde valde do:
lent. Christus vero curans quattuor imperat penitenti.

Penitẽti quattuor ĩpata a christo.

Primo ante omnia vt confidat: et spem de venia conse:
quẽda habeat: quem etiã iam filium per adoptionem vo
cat. Deinde volẽs eum sanare iubet eum surgere/ ⁊ lectũ
tollere: et in domũ suam abire: surgere inq̃ a peccato/ et
mentis delectione: in peccato enim male delectando pec
cator quasi in lecto quiescit: et ex peccato ita mens deij:
citur vt nunq3 possit esse leta: quia semper presumit seua
perturbata conscientia: tunc autem surgit quãdo ista de
serit. Tollere vero lectum / et portare est vt peccatum
quod erat sibi quieti et delectationi: incipiat sibi esse one
ri et dolori. Abire quoq3 in domum suam/ vt in celum
meditatione pergat: vel conscientiam suam que do:

mus anime est discutiat: ꝛ si qd ibi imundū inuenerit/ ꝑ os quasi per ostiū cōfitendo ꝓijciat: a qua hō per multitudinē peccatorū ita alienaꝛ ꝙ quasi ipam ꝑdat/ ꝛ seipȝ nō cognoscat. Homo ġ paralitic⁹ hoc est mollicie et illecebris carnis vel voluptate seculi resolutus et torpens/ ac pre turba cogitationū et causarum seculi videre deū non valens: postq̄ʒ supra tectum carnis ascenderit: vt spirit⁹ dominetꝛ carni/ videt deū: ꝛ ad cognitionē dei ꝟe redit/ ꝛ tūc de⁹ eū sanat per gratiā ab omni qđ deliquit: et vocat filiū ꝑ adoptionē: ꝛ iubet surgere de torpore negligētie/ ꝛ se erigere a carnalib⁹ desiderijs per penitentiā: ꝛ corpus in cui⁹ desiderijs iacuit ad voluptatē spiritus attollere/ ac carni dn̄ari ꝑ continentiam/ ꝛ ire ac tendere ꝑ bonā operationē ꝛ honestā ꝯuersationē in domum suam. s. paradisum: q̄ prima fuit hominis domus: hoc est in habitationem eternā/ vl' in bonā ꝯsciētiā segregatus a terrenis ꝛ custodiēs illā/ vel ne iterū peccet ad internā sui custodiā. vbi Beda. Spiritaliter de lecto surgere est animam se a carnalibus desiderijs vbi egra quiescebat abstrahere. Lectū vero tollere est ipam quoqȝ carnem ꝑ cōtinētie frena correptā spe celestium premiorꝝ/ delicijs

Ps.vj. ꝑuare terrenis. Ipē est em̄ lect⁹ q̄ per singulas noctes lauaꝛ a dauid. i. ꝓ vniuscuiusqȝ noxe maculis digno penitētie flumine castigaꝛ. Sublato aūt lecto domū ire ad paradisū redire est. Ipsa est em̄ vera dom⁹ q̄ hoiem prima suscepit nō iure amissa: sed fraude: tandēqȝ restituta per eum qui fraudulēto hosti nihil debuit. Vbi et Ansel. sed ꝛ domū illā nō preteribis vbi per tegulas paralitic⁹ añ pedes ei⁹ submittiꝛ: vbi pietas et potestas obuiauerunt sibi. Fili (inquit) remittunꝛ tibi pctā tua: o mira clemētia: o indicibilis misericordia. Accepit felix remissionē pctōrū suorꝝ quā nō petebat: quā nō precesserat cōfessio: non meruerat satisfactio: nō exigebat contritio. Corporis salutem petebat nō anime/ et salutē corpis ꝛ anime recepit. Vere dn̄e vita et voluntate tua si decreueris saluare nos/ nemo poterit ꝓhibere: si aliud decreueris non

Ex Mat. xx. est qui audeat dicere cur ita facis. Pharisee qđ murmuras: an oculus tu⁹ neq̄ʒ est: qꝛ ipse bon⁹ est: certe misereꝛ

Rom.ix. cui ipse voluerit: ploremꝰ ꝛ oremus vt velit: bonis etiam operibus pinguescat orō: augeaꝛ deuotio: excitetur dilectio: leuenꝛ pure man⁹ in oratiōe/ quas non sanguis immundicie maculauit: tact⁹ illicit⁹ fedauit: auaricia nō exasperauit: leueꝛ ꝛ cor sine ira ꝛ disceptatiōe qđ tranqllitas sedauit: pax ꝯposuit: puritas ꝯsciētie lauit: sed nihil borū paralitic⁹ ille legiꝛ ꝑmisisse: q̄ tñ legiꝛ remissionem oīm pctōrū meruisse. Hec est autē ineffabilis misericordie ei⁹ ꝟtus/ cui sicut blasphemū est derogare: ita et hoc sibi presumere stultissimū. Pōt cuicūqȝ vult et hoc ipm efficaciter dicere qđ dixit paralitico: dimittunꝛ tibi peccata tua: sed q̄cūqȝ sine suo labore vel cōtritione/ vel cōfessione/ vl' etiā oratione sibi hoc dicendo expectat nūq̄ʒ ei remittuntur peccata. Hec Ansel.

Oratio.

Domine iesu xp̄e q̄ in passiōe tua naniculā crucis ascēdisti: i resurrectiōe trāsfretasti: ꝛ i ascēsione i ciuitatē tuā venisti: ecce timor de pctīs: de ira dei: de periculo supuenientis ifirmitatis: et īcertitudie mortis offert tibi aīam pcti morbo dissolutā. Hic iacēti i pctīs vt ꝯfidat de gr̄a remissiōis: resurgat ꝑ ꝯtritionē ꝛ cōfessionē: tollat lectū suū ꝑ satisfactionem: ambulet per ꝑfectū ꝟtutū i domū suā eternā btitudinē: vt turbe fideliū videāt: timeāt: ꝛ glorificēt deum qui talem potestatem dedit ad hominū vtilitatem. Amen.

De emorroyssa et archisynagogi filia
Capitulum. xlix.

Mat.ix. Mar.v. et Lu.viij.

Post hec quidam p̄ceps synagoge noīe yair⁹ accessit ad iesū tam fidei q̄ʒ corpis gressib⁹ ꝛ adorabat eū faciēdo sibi reuerētiā debitā/ et procidendo ad pedes eius quibus circūportauit omnibus salutem rogans pro vnica filia an. xij. di. Dn̄e filia mea modo defuncta est ꝛ mortua. Hoc dicit ꝟm reputationem: qꝛ enim desperabat filiam posse inuenire viuā: de ea loq̄baꝛ vt iā defuncta: desiderans a dn̄o vl' morientē sanari/ vel mortuā suscitari. Sed marcus dicit ꝙ erat in extremis/ tñ erat morti ita ꝓpinqua ꝙ reputabaꝛ mortua: vñ ꝟm cōmunē modum loquendi de illo qui sic est morti propinquus diciꝛ ꝙ est mortuus: quia qđ modicū distare videꝛ quasi nihil reputaꝛ sed veni ꝛ ꝑ misericordiā appropinqua et impone manū tuā adiutricē sup eam et viuet sanitate sibi restituta: duo petit ꝓpter tertium scilicet vt veniat et manū imponat ꝛ sic filia reuiuiscat: ignorās scilicet ꝙ ꝛ absens liberare poterat. Sic moraliter cū quilibet nō habeat nisi vnicā animā/ magis debet curare de eius sanatione: qꝛ si eam amittit totum amittit. Spiritualiter autem venit de⁹ per gratiā preuenientē: manū iponit ꝑ gratiā cōcomitantē: et tunc aīa viuit per gratiā cooperantē. Et surgens iesus sequebaꝛ eū: ꝛ discipuli ei⁹/ ꝛ turba multa cū eo in hoc daꝛ subditis forma obediēdi: ac parib⁹ mutuo obsequēdi: et prelatis aīas mortuas suscitādi. vnde remig. Mira autē pariter atqȝ imitanda domini humilitas et mansuetudo. Nam mox vt rogatus est rogantem cepit sequi: hinc subditos ꝛ prelatos pariter instruxit: subditis exēplū obediētie reliq̄t: ꝑlatis ꝟo instantiā et sollicitudinē docēdi demōstrauit: vt quotiēs audierint aliquē mortuū in aīa statim adesse studeāt. vñ ꝛ Chrys. Cū rogat⁹ esset dn̄s a yairo vt ad suscitādā filiā ipsius veniret/ nō moraꝛ: sed statim surgens secut⁹ est eū. Quo exēplo docuit nos impigros in omni opere dei eē debere. Et dū iesus pergeret ecce mulier emorroyssa a morbo quem patiebaꝛ sic dicta ab annis. xij. sanguinis fluxum passa/ que in medicos erogabat oēm substātiā suā accessit retro ꝛ a tergo tum quia verecūdabatur de infirmitate fetita: quia tamē ꝟm legem reputabaꝛ imunda: tum quia ante faciem nō potuisset accedere pre turba: tum ꝓpter mysterium ꝯfusionis quā debet homo habere ꝓ culpa sua ꝛ tetigit fimbriam vestimenti eius nō solum tactu corporali: sed ꝛ deuotione fidei: in quo laudāda est humilitas eius: qꝛ indignā se reputabat tangere pedes dn̄i vel plenitudinē vestimenti. Habebat em̄ xp̄s fimbrias iuxta consuetudinē iudeorum ꝟm legis preceptum. Ecce quia non habebat dn̄s ianitores vel stipatores seu masserios: nec aliquē q̄ cōprimētes eum verberaret: ꝛ iō libere mulier accedit ꝛ

turbe cōprimunt. Vbi remigi⁹. In quo fides eius admiranda est: qꝛ desperās de salute medicorum in quos sua erogauerat: itellexit celestem adesse medicū: ꝛ in eo totā suam intentionē collocauit: ꝛ iō saluari promeruit. vnde Raba. Docet mulier q̄ʒtum sit corp⁹ xp̄i quod i fimbria tantā demōstrauit eē virtutē: quid ergo sperare debem⁹ qui non solū corpus dn̄i cū cōtingim⁹ sed conficimus et sumim⁹. Illa quidē medicinam accepit ex vulnere: ve illis quibus ipsa medicina in vuln⁹ conuertiꝛ dicebat em̄ intra se firmiter scȝ credendo si tetigero tantum vestimentū ei⁹ salua ab infirmitate mea ero nō qꝛ vestimenta aliquā virtutē sanādi habebāt: sed qꝛ per hoc declaratur ꝟtus illorū q̄rū vestimēta sunt. Tāgēs aūt cōfestim ē sanata a plaga sua Et est notabile ꝙ accessit: accedēs dixit: dicēs/ tetigit: tāgēs curationē accepit: qꝛ his trib⁹: scȝ verbo/ fide/ et ope/ oīs sal⁹ acq̄riꝛ Et cognoscens iesus ex se exisse virtutē dixit. Quis me tetigit. Non q̄rit ex ignorātia vt doceaꝛ: sȝ vt mulier sanata cōfiteaꝛ: et ꝑ ꝯfessionē appareat fides ei⁹/ ꝛ a xp̄o cōmendeꝛ: tū ꝓpter mulieris meritū per humilē ꝯfessionē: tum propter astātium edificationem: tum propter dei laudem ꝛ glorificationem: tum propter spem archisynagogi augendam: et eius de sanatione filie sue assecurationem. Et dicētibus discipulis ꝙ turbe eū cōprimerent dixit Tetigit me aliquis: nā et ego noui virtutē de me exisse. i. effectū virtutis in curatiōe infirmitatis. Nā licet turbe que in ipsum pre deuotione audiendi irruebāt: eum comprimerēt: ꝛ in tali pressura corporaliter tangerent: non tamen tāgebāt eū cū tali deuotione ꝛ fide sicut ista mulier tetigerat: et de tali tactu singulariter dn̄s querebat Videns autem mulier qꝛ nō latuit timens corde ꝛ tremēs corpore ad maiestatē diuinitatis cui⁹ ꝟtutē in se experta fuit. venit et añ pedes illi⁹ ꝓcidit ac causam tactus ꝛ sanationem corā hoībus indicauit: cōfitendo veritatē de quātitate et prolixitate infirmitatis: ꝛ de perceptione integre sanitatis: hoc em̄ dn̄s sciri voluit ad laudem dei et aliorum vtilitatem. Sed querit Chryso. quare ipsā manifestat deus cum ipsa latenter accesserit: et respondens ponit ad hoc sex ratiōes. Prīa est vt mulier sanguinaria christum tāgēs nō haberet inde cōscientie remorsum. Secūda vt mulierē emēdet: q̄m estimabat hoc latere christum

Fides emorroysse.

Questionis christi cause.

Manifestande occulte tangentis cause.

Tertia vt fidem eius ostendat omnib⁹ ad exemplar celeriter credendi. Quarta vt monstraret se cognitorē omnium. Quinta vt ostendat q vt deus sistit sanguinis fluxū. Sexta vt in fidē dirigat archisynagogū. ¶ ⌊At iesus ouersus et vidēs eā⌋ .i. approbās ipsi⁹ fidē dixit illi. ⌊Cōfide filia/fides tua te saluā fecit⌋ .i. hanc tibi salutem meruit. Cū ei operatio miraculosa sit supra naturā fidei attribuit eam eo q fides est de his q̄ sunt supra naturā vbi Hierony. Non autem dixit: q fides tua te saluā factura est: sed saluam fecit: quasi dicat: in eo q credidisti iā salua facta es. vbi ⁊ Chry. q formidolosa erat hec mulier propter hoc ait cōfide: ⁊ filiā eam fecerat. Filia vero vocat sanatā fidei ratione: fides enim christi dei filiationē prestat. Notandū etiam q dominus non dixit ego sanaui te: sed fides tua: vt vitandā ostentationē doceat: ⁊ meritum fidei extollat. vnde fm Chryso. Dominus ait q fides sua ipsam sanauerat: nolēs sue virtuti sed fidei ei⁹ sanitatis beneficiū arrogare: docēs per h̄ in virtuosis actibus nostris non nostrā/sed dei laudē querere debere: et predicare et addidit dñs ⌊Uade in pace⌋ q̄.s. pri⁹ eras ī perturbatione propter longā infirmitatē tuam corporalem. vbi Chryso. dicit autem ei vade in pace: mittens in finem bonoꝝ. In pace eñ deus habitat/vt cognoscat q non solum corpore curata est: sed etiā a causis corporalibus passionis: id est peccatis mutata. ⌊Et salua facta ē mulier ex illa hora.⌋ Ubi glo. Intelligēdū est ex illa hora ex qua tetigit fimbriā: nō ex illa hora ex qua iesus conuersus est ad eam: iam enim facta salua erat vt ex verbis domini perpendi potest. Ex verbis Ambro. quibusdam videt̄ q hec mulier martha fuerit: q̄ in quodā sermone inter beneficia christi q̄ enumerat sic dicit. Dum largum sanguinis fluxum siccauit in martha: dum demones expulit de maria: dum corpus rediuiui spiritus calore constrinxit in lazaro. Sed ex istis verbis ambro. bene habetur q martha fuerit a christo curata a fluxu sanguinis: q autē martha fuerit hec mulier de qua hec agit̄ non habetur ex verbis illis. Et q hec mulier nō fuerit martha ex hoc videt̄: q de hac muliere dicit̄ q omnē substantiā suā in medicos erogauerat: martha aūt diues erat. Hoc etiā patet per eusebiū: qui dicit hāc mulierē fuisse quandā cesaree philippi ciuē. Nā fm eum mulier emorroyssa postq̄ sanata est fecit ī cesarea philippi (vnde oriūda ē) statuā eneā in curia sua fieri ad ymaginē christi cum fimbrijs vestimenti: ipamq ymaginē in magna reuerentia hēbat ⁊ deuote adorabat. Fecit ⁊ ex opposito ymaginē suam flexis genib⁹ et manib⁹ iunctis ac cancellatis: q̄si precaret̄ ⁊ supplicaret: visus quā ymaginē christi ī manū extendebat. Cōtigit autem q subtus ymaginem christi creuit herba quedā nullius efficacie et virtutis: que cum fimbriā attingebat/tāte virtutis erat q omnes infirmitates sanabat. ¶ Iterum dicit Hierony. q iulian⁹ apostata cū cognouisset q in cesarea philippi eēt simulacrū qd̄ scilicet sanguinis liberata profluuio femina fecerat eo d̄posito suam ymaginē ibi collocauit: que fulminis ictu fracta est. His habes quoddā valde notabile ad humilitatē custodiam sicut Ber. hoc modo introducit dicēs Quilibet dño pfecte seruiēs potest appellari a fimbria quasi vltima pars vestimenti dñi ꝑpter suam humilem reputationem: qui ergo ad tantum statum peruenerit q sciat se a dño exaudiri/in liberandis infirmis vel alijs miraculis nō extollat̄ propterea: q nō ipse sed dñs facit Quāuis eñ hec mulier tangeret fimbriā ad cuius tactū se liberari confidebat ⁊ sic contigit: non tamē a fimbria sed a domino virtus liberationis exiuit. Et propterea ipse dixit ⌊sensi de me virtutē exisse⌋ Nota igit̄ hoc bene: ⁊ nihil boni tibi in perpetuū attribuas: quia totum est a dño. ¶ Allegorice mulierē sanguine fluens/sed a dño curata est/ecclesia de gētib⁹ cōgregata que fedata fuit sanguinis martyrum effusione/⁊ ydolatrie pollutiōe/⁊ his que carnis ⁊ sanguinis geruntur delectatiōe. Que ⁊ fimbriam vestimenti christi tetigit/quādo fidē incarnatiōis credidit: humanitas enim vestimentū diuinitatis est in christo. De quo dicit̄ q in similitudine hominū fact⁹ ē/⁊ habitu inuentus vt homo: ⁊ tunc a fluxu sanguinis sanata fuit: quia fundere sanguinē catholicū destitit: et ab idolatrie ac carnis delectatione ⁊ sanguinis effusiōe sanata fuit: ac ab ei⁹ pollutione cessauit. Pergēte aūt dño ad filiā archisynagogi mulier morbosa sanata est: q sic dispēsata est salus humani generis/vt primo aliqui ex israel: deinde plenitudo gētiū intraret: ⁊ sic omnis israel saluus fieret. Emorroyssa aūt sanata/archisynagogi filia nūciatur mortua: q dū gentilitas ad deū cōuertit/synagoga pfidie ⁊ inuidie recte mortua nūciatur. Hoc etiā significatū fuit in parabola de duob⁹ filijs quorum senior de conuersione tristabatur iunioris. Uñ Ambro. Quem autem putamus synagoge principem esse nisi legem cuius cōtemplatione dominus synagogā non penitus dereliquit: Ad hanc autem principis filiam dum ꝑperat dei verbum vt saluos faceret filios israel/sacta ecclesia ex gētib⁹ cōgregata/que inferiorū lapsu criminū: deperiebat/paratā alijs fide preripuit sanitatem. Quid autem sibi vult q hec pncipis filia annoꝝ .xij. moriebat̄ ⁊ mulier ista fluxu sanguinis ab annis .xij. laborabat: nisi vt itelligat̄ q q̄diu synagoga viguit laborauit eccl'a. Uñ et Hiero. Nota ergo q eo tpe hec mulier .i. gentiū populus/ceperat egrotare: quo genus credidit iudeoꝝ: nisi enim ex comparatione criminū vitium non ostenditur. ¶ Moraliter etiam per mulierem sanguinis fluxum patientē psona peccatrix a longo tpe/⁊ de peccato ī peccatū cadēs potest intelligi: que tñ remediū q̄rit a dño dicens ei. Libera me de sanguinibus deus de⁹ salutis mee. Dñs ergo quotidie mulierem sanguine fluentem sanat/dum aiam diuersis vitijs corruptam per gratiā curat.

Deinde cū nuncij ad archisynagogum venissent: dicit eius filiam iam esse mortuā: dixit iesus archisynagogo eū ad fidem confortando ⌊noli timere⌋ in fide dubitādo ⌊tantūmodo crede ⁊ salua erit⌋ a morte. ⌊Et veniēs dominus iesus ad domū pncipis⌋ inuenit filiā ei⁹ iā defunctam ⁊ tibicines cōductitios carmē lugubre canētes: diuerse enim melodie diuersas passiones excitant in hoīe. alique eñ excitant audaciā: vt patet in tubis bellicis: et alique deuotionē: vt patet in canticis ecclesiasticis: aliq̄ leticiā: vt patet in diuersis instrumentis musicis: alique excitāt fletum ⁊ deuotā lamentationē: ⁊ talibus vtebat̄ antiquitus in exequijs magnarū personarū: vt prouocaretur multitudo ad fletū ⁊ luctū. Christianis tñ non cōuenit tales habere: q nō debent incōsolabiliter flere ⌊et inuenit etiā turbā tumultuantē⌋ in fletu/plāctu/⁊ vlulatu multo: quod vocatur tumultus: q inde causatur son⁹ cōfusus: ac etiā in preparatione funeralium. ⌊Et dicebat ⌊nolite flere/nō est mortua puella⌋ id est ī morte mānsura ⌊sed dormit⌋ sc̄ mihi: q ita de facili possum eā suscitare/vt de somno excitare. vnde Beda. hominibus mortua erat quia suscitare nequiuerant: deo dormiebat in cuius dispositione ⁊ anima recepta viuebat: ⁊ caro resuscitanda quiescebat. vñ mos apō christianos obtinuit q mortui qui resurrecturi esse nō dubitantur/dormiētes vocētur ⌊Et deridebant eū⌋ putātes q de dormitione somni diceret/⁊ eā esse mortuā nesciret. Ecce deridet̄ in curijs principum/nec irascit̄/nec arguit eos: quia quanto maior fuit derisio tanto postea maior virtutis ostensio: vbi Hiero. Non autē erant digni vt viderēt mysteriū resurgentis qui resuscitantē indignis cōtumelijs irridebant Quis aūt dñs deridebat ab eis nō tñ destitit ab inceptō: in quo instruunt̄ boni q cū derident̄ a malis non tō debent desistere a bono inchoato. ⌊Et cū eiecisset turbā⌋/sc̄ lamentantiū/tumultuantiū/⁊ deridentiū: qui ꝑpter incredulitatē ⁊ derisionē non erāt digni videre miraculū ⌊intrauit cū patre ⁊ matre puelle⌋ quos in fide pfortare tanto miraculo disponebat ⌊ac petro iacobo ⁊ iohanne⌋ quos specialiter instrui volebat. hos eñ .v. voluit habere testes miraculi: vt in ore duorū parētū vel triū apostolorū staret oē verbū. In hoc etiā facto ostendit nobis dñs: q blasphemis ⁊ irrisorib⁹ non sunt reuelanda mysteria: sed fidelibus qui honorent ea. Et fm Chry. in hoc q turba eijcitur: ⁊ discipuli solū in domū itrant ⁊ neq hi oēs: erudit nos gloriā q̄ est a multis euitare. vñ et Theophi. Mortuam suscitans eiecit oēs: quasi nos docens abs q inani gloria esse/⁊ nihil ad demonstrationem facere: non enim humilis christus ad ostētationem volebat aliquid opari. Predictos aūt tres discipulos tantū pmisit dñs iteresse sue transfigurationi. Itē agonis sui orationi. Itē huic suscitationi. Primo ꝑpt eoꝝ dignitatē. Secūdo ꝑpter signandā trinitatis fidē. Tertio ꝑpter testiū numerū sufficientē. Quarto ꝑpter oīm statuum ecclesie significationē ⁊ cōmendationem. Per

Marginal notes: Fidei argumētum. — Fidei efficacia. — Marthā emorroyssā dubitāt quidam. — Statua ab emorroyssa erecta xpo. — Iuliani apostate statua deiecta fulmine. — Humilitatis custodiende doctrina. — Cur pgen[...] — Te dño ad filiā archisynagogi sanata est. — Psal. — Cantuū musicorū excitationes. — Derisio nō auertat te a bono — Discipuli a dño admissi.

petrum enim qui vxorem habuit/significant coniugati: p iohannem qui virgo fuit/ virgines: per iacobum q̄ nescitur virgo fuisse vel vxorē habuisse/ vidualis stat⁹. Patrē autē ꝛ matrē permisit intrare ꝑpter eorū credulitatem/ꝛ ꝑpter eorū testificationē. ¶ Et tenēs manū puelle ait illi/tibi dico surge] per tactū ꝛ vocē eam curabat/vt ostēderet ꝙ humanitas esset instrumētū diuinitatis miracula faciētis. Vn̄ ſm Chryſ. manus iesu viuificatiua cꝛpꝰs mortuū corpus viuificat/vox autē iacentē excitat. ¶ Et cōfestim surrexit puella ꝛ ambulabat] qꝛ nulla mora inter verbum ei⁹ ꝛ factū erat. vbi Chryſ. In ambulatione ei⁹ nō solū suscitata/sed ꝛ pfecte sanatā ostenditur ¶ Et iussit illi dare mādu care] ad demōstrādū ꝙ eā vere suscitauit/ꝛ nō vt videret fantasma esse. qḋ factū ē. ¶ Mystice puella in domo mortua est aīa mortua p pctm̄ in cogitatione. Dicit aūt domin⁹ ꝙ puella dormit: qꝛ qui peccāt in p̄senti/adhuc per pniam resuscitari possunt. Tibicines sunt demones suggerētes/vł hoīes adulatores q̄ fouent mortuā/ꝛ tenent hic corpus in carnis lasciuia et solatijs que faciliter terminant ad luctū inferni ꝛ desolationis. Sed nos ad patriā tendētes mortiferos sirenarū cāt⁹ surda aure p̄tereamꝰ. Vn̄ vlixes fecit se ligari in malo nauis: ꝛ aures suas obturauit: ne decep⁹ sirenarū cātib⁹ in mare saltaret. Turbe tumultuātes sunt affectiōes vel amici carnales: derisores sūt seculares vel detractores. Turba ḡ foris eijcit vt puella suscitet: qꝛ aīa intus iacens mortua nō resurgit nisi pri⁹ affectiōes carnales ꝛ cure seculares de corde expellant: hec em̄ impediunt ne q̄s ad considerationem sue salutis se colligat. Tibicines em̄ eijci debent/qui tāq̄ magistri in errorē aīam demulcent. Derisores quoq̄ eijciendi sunt: qꝛ ꝯtēnendi/ꝛ minime curādi. Et tūc puella suscitat qn̄ xp̄s domum cordis ingredit/ducēs secū iohānē gratiā: petrū cognitionē/ꝛ iacobū supplātationē vitiorū. Qui vero a spirituali morte. s. a vitijs resuscitatus fuerit: non solū a sordib⁹ scelerū exurgere: sed etiā i bonis ambulare et proficere debet: ꝛ mox celesti pane. s. vbi dei ꝛ sacramento altaris satiari necesse habet. Possūt aūt hic notari tria. s. peccatoris piculū in filia. i. in aīa moriēte: penitētis remediū in p̄ncipe. i. in ecclesia deū rogante: creatoris bn̄ficiū in xp̄o ꝓpiciāte. Periculū sic ꝓcedit/nā morti appropinquat cū delectabile illicitū cōcipit: in extremis laborat cū ad consensum accedit: sed morit cū consentit/ꝛ tunc opa sunt mortificata. Remedium querit: cū p̄nceps ad xp̄m accedit credēdo: adora diligēdo: dn̄m appellat metuendo. Beneficium dat cū xp̄s surgit p̄ces exaudiēdo: turbā eijcit peccata expellēdo: vel impediētia remouendo: domū itrat gratiā infundendo: pri⁹ em̄ eijcit culpa/ꝛ sic ingredit grā. Et ad īsinuādā hūilitatē docēs dn̄s iesus fugere ostētationē ꝛ inanē gloriā: p̄cepit parētib⁹ ne alicui dicerēt qḋ factū erat: ostēdēs (vt dicit Greg.) ꝙ largitor bonorum est/nō aūt cupid⁹ glorie: dat q̄ totū nihil recipiēs. Et tn̄ exiuit fama hec in vniuersā terram illā. s. puincie galilee ad manifestādā miraculi magnitudinē ꝛ veritatē vbiq̄. Prohibuit q̄dē dn̄s iactātiā non miraculi manifestationē: qꝛ res ipa se indicabat ꝛ manifestā faciebat ac si dicat. Nolite gloriari in bonis operibus vr̄is/sicut nec ego in eis. Vbi sciēdū ꝙ xp̄s publicari ꝓhibuit opa miraculorū ꝑꝑ mūdi honorē/ꝛ laudes hoīm seu vanā gloriā: sed nō ad glorificādū deū/et ad fidē ꝓbandā: ꝑpter q̄ dn̄s miracula faciebat: non prohibuit enarrare. Vn̄ ꝛ parētes puelle p̄ceptū dn̄i seruauerūt ꝑpter humanū applausum ipsum miraculū non publicando: nec cōtra prohibitionem dei fecerīt hoc ad dei gloriā predicādo. Et similiter fecerunt duo a cecitate curati/de quibus mox subiungitur: ꝛ plures alij de quib⁹ alibi simile reperitur.

Notanda tria in puelle suscitatione.

Miracula publicari vetat xp̄s

Oratio.

Domine iesu christe adoro pedes misericordie ꝛ veritatis tue: deprecor te piissime sana tactu gratie tue animā meam sanguinolētam ꝛ peccatis varijs maculatā. Ac resuscita eā a morte voluntatis ꝓpositiq̄ pessimi ꝛ occulti: ac restitue me deo ꝛ patri tuo cui filium inter coheredes tuos adoptasti. Ne memineris bone dn̄e iustitie tue aduersus peccatorē tuum/neq̄ ire aduersus reū tuū: sed memor esto benignitatis tue erga creaturam tuā. ꝛ miseratiōis tue erga miserū tuū dn̄e deus meus. Amen.

¶ De duob⁹ cecis ꝛ vno muto. Capitulū. L.



Et transeunte inde iesu] s. de domo principis] secuti sunt eū duo ceci] misericordiā cū clamore in via petētes/ꝛ deuota oratione dicentes.] Miserere nostri fili dauid] Vulgata em̄ erat fama apd̄ iudeos: quia xp̄s nasciturꝰ erat de semie dauid ſꝫ carnē. Et ideo qꝛ credebāt ipm̄ esse xp̄m ipi dauid promissum. vocant sic eum dauid filium. Clamabāt autem quia ad litterā non videbāt/qm̄ ꝓpe erat dn̄s vbi Chryſ. Vide autem eorū desideriū ꝛ a clamore ꝛ ab ipsa interpellatione. Neq̄ em̄ simpliciter accesserunt/sed magne clamantes/ꝛ nihil aliud q̄ misericordiā postulātes. Filium aūt dauid vocabāt: quia nomē honoris esse videbatur.] Cū autem venisset domū] i. ad hospitiū suū in illa regione: interrogauit eos si crederent eum hoc posse facere. q. d. cōfessi estis humanitatem me dicēdo filium dauid: si creditis ꝙ possum hoc facere vt de⁹: opus enim est diuinitatis. Nō interrogat quasi ignorās eorꝫ fidem: qꝛ oīa sciebat per certitudinē: sed vt cōfessio exterior adderet fidei interiori: ꝛ sic essent digniores illuminari ꝛ mercede ampliori: qꝛ ſm aplm̄. Corde credit ad iusticiam: ore autē cōfessio fit ad salutē. vn̄ Raba. Nō quasi nesci⁹ interrogabat: sed vt fidē cōfessio promat: cōfessionem virtus/salusq̄ comitetur virtutē] Dicunt ei] fidem confitēdo] vtiq̄ dn̄e] vbi Chryſ. Non vltra filiū dauid vocant sed alti⁹ extendunt/ꝛ dominū cōfitentur: quod est nomē potestatis] Tūc] post cōfessionē fidei] tetigit oculos eorum] vbi Raba. Confessio oris tactū meruit diuine pietatis. Felix tact⁹ ad quē tāta sequit virtus/ꝛ dixit] ſm fidem vestrā fiat vobis] i. sicut fides mentē illuminat: ita oculis lucē restituat.] Et] statim] illuminati sūt/ꝛ aperti oculi eorꝫ] Ecce quāta est fides simpliciter credentiū que meret tot donorū collationē ꝛ augmentū a deo vt oīa possibilia sint credenti: Nō eos i via curat vt laudes hoīm ꝛ iactātie gloriam vitare doceat. vn̄ Chryso. Rursus aūt hoc erudit nos gloriam multitudinis expellere. qꝛ enim ꝓpe erat dom⁹ ducit eos illuc singulariter curaturus. Unde ꝛ propter humilitatē etiā] cōminatur eis ne cui dicāt] vt ad fugiendā iactantiā ꝛ inanem gloriam nos instruat. vt em̄ dicit Chryſ. Iustus cū laudat in facie: flagellat in mente. Sed] illi] ceci illuminati] exeūtes] s. de domo] diffamauerunt eum] id est famam eius per miraculū factum diuulgauerunt] in tota terra illa] ꝛ publice nūciauerūt: ꝛ ꝑpter memoriā gratie nō potuerunt beneficium tacere: sed non ingrati grē dei/facti sunt ei⁹ precones ꝛ euāgeliste. Vn̄ Hiero. Dominus quidē propter hūilitatē fugiens iactātie gloriā hoc p̄ceperat: ꝛ illi ꝑpter meoriā grē nō possunt tacere bn̄ficiū. vn̄ ꝛ Chry. Si aūt alter videt dicēs. Uade ꝛ enarra gloriā dei: non est ꝯtrariū illi hoc: sed vt valde ꝯueniēs. Erudit enim nos ipsos quidē de nobisipsis nihil dicere: ſꝫ ꝛ eos q̄ volūt nos ꝑpter nos laudare ꝓhibere. Si autem ad dei gloriā refertur non solum non prohibere: sed ꝛ iniungere hoc facere. Ut enim supra dictum est: solum prohibet domin⁹ publicari beneficia ad laudem humanam: sed non ꝓhibet hec enarrari ad dei gloriā. Ubi sciēdum ꝙ preceptū datur vel ad exequendum/vel ad ꝓbandum/vel ad instruendum. Primū obligat ad faciendum rem p̄cepti. Secūdum ad sequendū voluntatem seu intētionē precipientis. Tertiū ad discēdum aliquid ex precepto: et hoc tertio mō] cōminat⁹ est eis ne alicui dicerēt.] Unde nō fuit simpliciter inhibitio dicendi: sed potius moralis instructio: vt exēplo sui bona que faciunt homines velint latere: sed tamen vt prosint alijs ꝓdant inuiti: ꝛ ideo isti non sunt transgressi: quia non fecerunt contra intētionē precipientis. Unde deus iussit taceri non simpliciter: sed propter gl'iam: sed taceri nō potuit verum est vtiliter ꝑpter aliorum salutē. Nā nō posse vtiliter fieri dicitur ſm ius non posse fieri. De hoc etiam habes supra de curatione leprosi. ¶ Allegorice vterq̄ populus cecus ꝛ sine lumine veritatis erat domino per hoc seculum transeunte: et nisi vterq̄ in domū: id est in sanctā ecclesiā veniat/ꝛ verbo dei credat/lumē nō meret recipere. In ipsa em̄ ecclesia in quam venit xp̄s p carnē illuminant ceci p fidē xp̄i incarnati. vn̄ Remigius. Allegorice aūt p hos duos cecos: duo ppl'i designantur. i. iudaic⁹ et gētilis. De vtroq̄

Mat. ix.

Rom. x.

Iusto laudatio flagellum est

Gla dei nō hominis querenda.

Precepti dādi triplex rō.

autem populo in se credentes xps illuminauit in domo: per quā intelligitur ecclesia: quia absque vnitate ecclesie nullus saluari meretur. Illi autē qui crediderūt aduentū dñi per vniuersum orbem diffamauerunt. hec Remi. Spiritualiter etiam duo ceci sunt intellectus et affectus: duo autem sunt oculi intellectus: dexter/ fides diuinitatis: sinister/ fides humanitatis. Duo similiter sunt oculi affectus: dexter amor bonitatis siue glorie diuine: sinister/ timor iusticie vel gehēne. Et sic est quadruplex cecitas i quattuor oculis. Prima est error circa diuinitatē. Secūda est error circa humanitatē. Tertia est malignitas contēnens bonitatem siue gloriam diuinā. Quarta est presumptuositas non vidēs gehennā/ et nō timēs iusticiā. [Egressis autem] de domo [illis] i. s. duobus cecis iam illuminatis [obtulerūt ei] homines illius terre [hominē mutū] et qd peius est [habentē demoniū] hic Chrysostomus. non erat mutus a natura: sed a demone insidiante et linguam tenēte/ et ideo [eiecto] et expulso per dñm [demonio locutus est.] quia amoto ipedimēto habuit loquendi officiū sicut prius In quo (sm Hylariū) rerū ordo seruatur est: nā demoniū prius eijcitur/ et tunc reliqua corporis officia succedūt. [Et mirate sunt turbe] i. s. ex signorum nouitate [dicētes Nunque apparuit sic in israel] i. talia miracula nō sunt visa inter iudeos. vbi Chrys. Preponebāt quidē ceteris eum: non quia curabat solū: sed qm facile/ et velociter/ et infinitas egritudines et isanabiles sanabat. ¶ Pharisei aūt dicebāt in principe demoniorū eijcit demonia. Quasi dicerent: nō est hec potestas a se/ vel a deo/ sed a dyabolo. vbi Hieronymus. Quia virtutem negare non possunt opus calūniantur. et Remigius. Scribe nāque et pharisei facta dñi negabāt que poterāt/ et que non poterant negare in sinistram partem interpretabantur. Turbe nāque. i. deuoti et simplices opera dei confitebantur: et cum dei reuerētia et laude admirabantur: sed pharisei inuidi et insidiātes expulsionē demonis pncipi demoniorū ascribebāt/ et opa dei calūniabantur. Odiū enim et inuidia faciunt interpretari facta in deteriorem partē/ et peruerti iudicia. Pharisei autem odiebant christū: quia acriter arguebat vitia eorum: et ideo miracula a christo facta virtute diuina dicebāt esse facta arte magica: et eodem modo eiectionem demonum factam per christum dicebant fieri virtute cuiusdam demonis superioris sibi familiaris et priuati/ quem vocabant beelzebub: cui inferiores demones obediebant ad nutū de corporibus exeūdo. Sed istud inferius de alio demoniaco rationabiliter reprobatur a christo. ¶ Mystice autem in turbis confessio nationum: in phariseis infidelitas signatur iudeorum. Et sicut in duobus cecis signatus est vterque populus iudeorū et gentium: ita in homine muto et demoniaco et generaliter signatū est omne genus humanū: vñ pdicatores obtulerūt dño hominē mutum. i. genus humanum mutū a confessione fidei demoniū habentem/ et ydolatrie deditum. Sed [eiecto demonio] et ydolatria relicta [locutus est mutus] et xpm confessus. Per istū etiā mutū signatur quilibet hō possessus a demone per pctm mortale: et dr mutus: quia loqui nō pōt meritorie: sed deo curādus offertur qn iusti pro eo deprecatur: et tūc demō eijcitur qm pctm ipsius a deo per infusionē gratie relaxatur/ tūcque soluitur eius lingua ad dei preconia persoluēda. Qñ enim a demone per peccatū possidetur quis/ si conuertatur/ et ad pniam redeat: mox videbis mutū loquentē/ deum laudantē/ seipsum accusantem/ et veritatem pdicātē. Pharisei autē hoc demoniorū principi attribuentes sunt homines maligni/ bona aliorū deprauare et peruertere studentes. Dñs aūt nō desistebat a predicatione propter illorū deprauationē/ docens nos accusatoribus nris retribuere/ nō accusationes: sed bñficia. vñ Chrys. Voluit dñs ipso facto accusationē redarguere phariseorum dicētiū [in principe demoniorū eijcit demonia] demon enim conuitium passus non benefacit: sed nocet eis qui eum inhonorant: dñs autem contrarium facit: qui post cōuitia et cōtumelias non solū non punit/ sed etiā nec increpauit: quinimo beneficia prestitit. Vñ sequitur [Et circumibat iesus] hoc est cōtra negligētes [omēs ciuitates et castella] i. oīa loca/ maiora/ et minora: hoc est cōtra locorū vel psonarū acceptores. vñ Theophilus. Nō solū in ciuitatibus dñs predicabat: sed etiā in castellis/ vt discamus parua loca non spernere: neque magnas semp querere ciuitates: sed vbū dei in vicis abiectis/ et vilibus seminare [Circuibat (inque) docens in synagogis eorū] i. in locis communibus et debitis vbi erat conuentus hoim: non in latibulis sicut mos est hereticis [et predicans euāgeliū regni] i. legem nouam q imediate ducit ad regnū/ qd non faciebat lex vetus: non fabulosa/ inutilia/ vel curiosa [et curās omnem languorem] i. prolixum: qui licet non sit multum vehemens/ grauat tamen ex diuturnitate [et omnē infirmitatem] i. s. vehementem que grauat ex passionis acerbitate/ vt nō sermone tm: sed et opere psuaderet. Ex quo patent multa miracula hic in quodā generali conclusa ad cōfirmationē legis euāgelice a xpo facta. Hic eñ ponūtur miracula i generali: quia euāgeliste nō poterant oia facta xpi scribere in pticulari. Nā (vt dicit iohānes) multa alia signa fecit iesus/ que nō sunt scripta in libro hoc. Sicut eñ in ecclia legitur et in martyrologio/ et aliorum plurimorum sanctorū martyrū/ et cōfessorū atque virginum hac scz de causa: quia karolus magnus fecit inqri diligenter obitus et actus martyrū et aliorū sanctorū/ et inuentū est quod diebus singulis occurrebāt plus q trecenta festa: ppter qd statutū est vt in fine martyrilogij addatur clausula predicta/ vt saltē in gñali fiat memoria sctōrū in die trāsitus eorum. Ista sūt euāgeliste: quia nō poterāt oia miracula xpi in particulari scribere: ideo freqūter multa concludūt in quadā generalitate: sicut patet hic et alibi in diuersis locis euangelij. [Circuibat ergo iesus] nō ad deuorādū et pdendū/ sed ad maxima beneficia eis afferendū. Vnū qdē regni euāgeliū/ aliud aūt oīm egritudinū curationē: in quorū primo salus aiarū/ in secūdo salus corporū exprimitur: et illos quos corpore sanabat extrinsecus/ etiā mēte sanabat intrinsecus. Dñm qdē salutē affectabat/ et bonū cōmune magis q priuatū procurabat. Sed pch dolor hodie bonū priuatū magis q cōmune queritur/ et p hoc in magna parte mundus destruitur. Hoc aūt procedit ex defectu charitatis: que nō querit que sua sunt: sed q aliorū. vñ Chrys. Hec est perfecta gra charitatis quādo qs alijs festinat amplius vtilis et lucrosius eē q sibi. Igitur ad tā piū samaritanū: ad tā salutarē pastorē et medicū i omni necessitate semp est recurrendū: et nō solū animarū sed corporum salus ab ipso solo est querēda/ et in eo tota spes nostra est ponēda: ipse eñ melius nouit et psiderat qd cuilibet expediat. vñ Aug. Bonū est vt de salute corpis nō satagas/ nisi vt a deo illa petas. Si scit tibi prodesse dabit illā. Si nō tibi dederit/ nō tibi pderat habere illā Nouit deus qd nobis expediat. Id agamus vt sanū sit cor nrm a pctis. Et qn forte flagellamur i corpore ipsum deprecemur. Hec fratres ideo dixi ne qs querat aliqd preter auxilium dei. hec Aug. Permittit quidem deus tribulationes et tentationes aduenire: et scit qdiu debeāt durare: ipse eñ qui earum nouit principiū et introitum nouit etiam finem et exitum. Et ideo omnia patienter feramus/ et ad ipsum solum recurrētes/ oia sibi cōmittamus Vñ Chrys. Orationibus cū diligētia intendamus: et si non acceperimus imoremur vt accipiamus. Ideo eñ aliqdiu et annuere precantibus differt/ et tribulationes irruere permittit/ vt cōtinue ad ipm refugiamus: nec ab eo aliquando discedamus. Et si quales in tribulatione sumus tales essemus etiam in requie: nequaque egeremus afflictionibus erudiri. Et quid dico de vobis. Etenim omnes quicunque vnque clariores induti sunt coronas a tribulationibus et tētationibus coronati sunt/ et famosi effecti. Que oia cognoscētes ne festinemus in tēpore inductiōis mali: sed vnū solum erudiamur/ vt viriliter cuncta toleremus: nec de his que nobis accidunt questionem curiositatis moueamus. Scire eñ qn oportet solui tribulationes pmittentis est eas aduenire: illatas autē cū omni ferre gratiarū actiōe nre est bone mētis opus. Et si fiet oia bona sequētur. Vt igitur hec cōsequamur/ et pbabiliores hic et clariores illic fiamus: omne quodcunque superuenerit equo animo suscipiamus: gratias agentes ei qui super omēs scit magis id qd nobis expediat: et his qui genuerunt vehementius nos diligēti/ et ad singula que discrimina has vtrasque excogitationes in nobisipsis cātātes iusticiam comprimamus: glorificemus aūt in oibus deū pro nobis cūcta facientem nobisque oia puidentē. Sic eñ facile et eas q virtuti opponuntur expellemus insidias/ et in marcessibiles psequemur coronas. hec Chrys. Oratio



Domine iesu christe lumē claritatis eterne: illumina oculos meos interiores ne vnque obdor

Marginalia: Cecitas qdruplex. — Odium phariseorum — Pctōr cēsetur demoniacus. — Parua loca nō spernenda. — Joh. xx. — j. Cor. x. — Ex Lu. x. — Ex Jo. x. — Ex Lu. v. — Ex math. vj. — Tribulatio corona.

miam in morte aīe: vt per tuā gratiā illuminat⁹/omnia que agenda sunt videam: ꝛ per eandem adiutus ad iplē:dum que videro conualescam: ac inde tua beneficia enarrē ad tui gloriā ꝛ aliorū vtilitatē. Aperi etiā domine os meū mutū: peccata mea ꝑ infusionē gratie relaxādo et linguā meā ad tua ꝓconia soluēdo: vt loquendi grā ꝓcepta meipm accusem: te deū laudē: proximum edificem: et predicem veritatem. Amen.

¶ De missione apostolorū ad predicādum: cū potestate curationum. Capitulum. lj.

Mat. ix. et x. Mar. iij ꝛ Lu. ix.

Posita euangelice legislatione ꝑ xp̄i predicationē: ꝛ descp̄ta eiusdē legis cōfirmatione: ꝑ miraculorū operationē: nūc cōsequēter ponitur ꝓdicte leg ꝓmulgatio ꝑ discipulorum missionem. vbi Chry. Attende autē oportunitatē missionis. Postq̃ eum viderūt mortuos suscitantem/mare increpantem/ꝛ cetera hmōi/ꝛ sufficienter virtutis eius demōstrationē susceperant per verba ꝛ opera/tūc eos emittit. Unde et glo. Nō ab initio misit illos: sed postq̃ viderūt paraliticos curatos/ꝛ mortuos suscitatos. Cū ergo multi iesum seq̄bant̄: tū ꝓpter ꝓdicationē audiendā: tū ꝓpter infirmitatū curationē habēdā: iesus eñ ita paup erat ꝙ nec domiciliū vbi caput reclinaret habebat: ꝛ ideo turbe sequentes eū fessi ꝛ vexati sub diuo super terram iacebant: propter qđ ⌊ videns ⌋ intuitu clementie ⌊ turbas ⌋ ad se cōgregatas: viscera misericordie expādēs circa ipsas ⌊ misertus ⌋ ꝛ cōpassus ⌊ est eis: quia erant vexati ⌋ labore corporali/ꝛ etiā spirituali. s. corporū ꝛ peccatorū: ꝛ abiecte iacētes: sicut oues pastorē qui eos dirigeret/non habentes. In quo pontifices iudeorū redarguit/q̄ magis lupi q̃ pastores erant. Uñ Hiero. Uexatio gregis et ouium atq̃ turbarū: pastorū culpa/ꝛ vitiū magistrorū est. Sacerdotes eñ ꝛ doctores illius temporis intenti auaricie non vacabant debito mō eorū doctrine: sed erāt sicut lupi rapaces spoliātes populū bonis tēporalibus/ꝑ malū exēplū reuocātes a spūalib⁹. Iesus vero tāq̃ pastor bonus pascebat eos cōtinue verbo doctrine sue spiritualr et aliqñ etiā tpali subsidio corpaliter. Sicut autem tunc sic ꝛ hodie prochdolor multi q̄ pastores dicunt̄/attamē ea q̄ luporū sunt facere nō verent̄. Nō solū eñ non emendāt subditos/sed ꝑ negligētiā ꝛ mala exēpla nocēt eorū ꝓfectib⁹. Mittūt collectores decimarū/ꝛ cōfiscatores rerū tpaliū: nō inq̄sitores heresū/ꝛ emēdatores vitiorꝫ/et ideo tot et tante hereses ꝛ sentes vitiorū ī hortu ecclesie iā pullulant ꝛ crescūt ꝙ vix eradicari et exterminari possunt. Uexatio ergo ouiū ꝛ negligētia pastorū/fuit occasio mittēdi apostolos ad ꝓdicādū pplo/ꝛ sanādū infirmos vt nō esset necesse ꝙ turbe currerēt post iesum i tāto labore. Et q̃uis primo apostolis/ꝛ postmodū septuagintaduob⁹ discipulis cū eos mitteret ꝓcepta quedam dñs dederit: tñ q2 fere oīa/ꝛ his/ꝛ illis/ꝛ nō solū ipsis: sꝫ ꝛ eorū successorib⁹ ꝛ imitatorib⁹ conuenire vident̄: ideo in sequentibus simul ordine cōgruenti ponunt̄. Considerans itaq̃ iesus vexationē ouiū/ꝛ negligentiā pastorū/poterat dicere discipulis suis ⌊ Messis quidem mlta ⌋. i. multitudo preparata ad hoc ꝙ per fidē colligat̄ ꝛ ī horreum reponat̄. vñ ꝛ alibi dr̄. Leuate oculos vr̄os ꝛ videte regiones: q2 albe sunt ad messem ⌊ Operarij autē pauci ⌋. i. doctores ꝛ ꝓdicatores veri respectu tāte multitudinis cōuertēde: q2 adhuc nōdū predicauerāt christi discipuli. Messis est turba credentiū/in qua nūc sunt grana cum paleis. i. boni cum malis: sed in futura messione separabuntur: dicitur enim vno modo messis collectio hoīm ad fidem/alio modo collectio fidelium ad retributionē. Operarij sunt in ecclesia qui querunt' opus nō ociū: on⁹ non honorem: animas non decimas: ꝓdesse non preesse. Pauci aūt sunt operarij: sed multi ꝯducticij: pauci opa rij: sed multi mercēnarij: pauci operarij salutem animarum querentes: sed multi questuarij lucrum temporaliū sectantes. Et ideo rogandus est dñs vt operarios multiplicet et mittat eos: q2 etsi sunt qui bona audiāt/desunt tamē q̄ dicant ⌊ Rogate ergo dñm messis ⌋. s. me qui sm quod deus/sum dñs messis ⌊ vt mittat oparios in messē suā ⌋. i. predicatores ad erudiendū populū: q2 nullus sit aptus ad predicationem verbi diuini nisi per gratiam dei: ꝛ ab eo missus imediate vel mediate. Ecce optima ꝛ necessaria oratio quam quotidie debem⁹ deo facere/ vt mittat inquit: nō vt ipsi se ingerāt sicut fures ꝛ latrones faciūt in messem suā. i. in salutē aīarū: ad hoc eñ mittuntur: sed multi cōuertunt falcē suā in messem alienam: scꝫ ī temporalia ad que nō dirigunt̄. Dñs mittere ꝓponit et tñ rogari vult/ꝛ hoc ꝓpter rogantiū excitandā charitatem: ꝛ augendū meritū quaten⁹ fideles sui non solum de operatiōe/verūetiā de affectu ꝛ voluntate remunerētur

Joh. iiij.

Missio discipulorū oportuna.

Mitti debent predicatores.

Ex quo patet ꝙ licet deus velit aliq̄d facere: vult tñ quādoq̃ pro hoc a iustis exorari. ⌊ Et conuocatis duodecī apostolis dedit eis potestatem ⌋ eijciendi spiritus immūdos ab obsessis ⌊ ꝛ curandi omnē languorē ⌋ corporū ⌊ et infirmitatē ⌋ aīarū: que q̄dē dñs facit potestatiue: sed discipuli fecerūt in ei⁹ noīe. i. inuocatione ꝛ virtute. vñ Beda. Benignus ꝛ clemens dñs non inuidet seruis atq̃ discipulis virtutes suas: ꝛ sicut ipse curauerat omnem languorem/ꝛ omnē infirmitatē: apostolis quoq̃ suis dedit potestatē vt curēt omnē languorem: ꝛ omnē infirmitatē. Sed multa distantia est inter habere ꝛ tribuere: donare ꝛ accipere. Iste quodcūq̃ agit potestate agit: illi si quid faciunt ībecillitatē suā ꝛ virtutē dñi confitent̄ dicentes. In noīe iesu surge ꝛ ambula. hec Beda. Per istū nūerū apostolorū duodenariū q̄ cōponitur ex denario ꝛ binario: significat̄ ꝙ apostoli ꝛ eorū successores debent preceteris īplere decalogū legis: ꝛ duo ꝓcepta charitat̄. ⌊ Et misit illos binos ⌋ in signū charitatis q̄ requiritur ī predicatorib⁹: ꝛ vt haberent mutuo solaciū societatis: quia adhuc erant infirmi: qñ aūt erāt ꝑfecti. s. post ꝑceptionē spūs sancti misit eos simpliciter/siue binos: siue solos: q2 tūc erāt spiritu sancto solidati ⌊ Misit ⌋ inquā ⌊ illos predicare regnū dei ⌋. i. euāgeliū quod ꝓmittit regnū dei et docet qualiter ad hoc itur ꝛ peruenit̄: quia per penitētiā vel ⌊ predicare ⌋. i. in sua predicatione penitētib⁹ promittere regnū dei ⌊ et sanare infirmos ⌋ corporaliter et spūaliter. Hoc etiā quotidie facit predicatorib⁹ euangelij si faciant quod in se est: q2 dat eis potestatē eijciēdi demones spūaliter de cordib⁹ hoīm et sanādi lāguores vitiorum. Instruxit etiā dñs apostolos quo pergerēt: et q̄d facerēt: quo vterent̄: ꝛ a quo abstinerēt: ꝛ a quibus cauerent: ꝛ a quibus non timerent. Sicut itaq̃ ex precedentibus ꝛ sequentibus potest intelligi non nisi virtuosi sunt missi paupes ꝛ expediti/stabiles/impigri/ꝛ benigni: nō malis cōmunicantes nec cupidi debēt predicare regnū dei. ⌊ Misit ⌋ ergo ⌊ duodecim: precipiēs eis et dicens. In viā gentiū ⌋. s. que ad gentes ducit ⌊ ne abieritis ⌋ vbi ꝓhibuit eis ne irent ad predicandū gentibus extra terrā ꝓmissionis ⌊ ꝛ in ciuitates samaritanorū ne intraueritis ⌋ qui samaritani licet essent in terra promissionis/tamen erant partim gentiles et partim iudei: quia ceperunt libros moysi: ꝛ cū hoc seruierunt idolis. Ideo aūt apostoli fuerunt ꝓhibiti predicare predictis gētib⁹: q2 vsq̃ ad passionē xp̄i nō erat magnū tp̄s: ꝛ cōueniēs erat vt ei⁹ aduentus ꝓmo denūciaret̄ iudeis: quibus principaliter erat missus: ꝛ ideo temp⁹ qđ erat vsq̃ ad passionē christi futurum: erat necessarium ad manifestādū iudeis ꝑ apostolos christi aduentū. Et hoc est quod subditur ⌊ sed potius ite ad oues dom⁹ israel q̄ perierunt ⌋ propter idolatrie peccatū ꝛ legis preuaricationē. Non ergo negat q̄n aliquādo ituri sint ad gentes: sed poti⁹ ꝛ primo ad iudeos/ne iudei haberent excusationem et causam non recipiendi dominū ꝛ euangelium: quia ad gentes misit apostolos dicentes se qui proprij erant eē reiectos. Uñ post resurrectionē ascēsurus in celū dixit eis. Euntes in mūdū vniuersū predicate euāgeliū oī creature. vbi Hiero. Non est cōtrari⁹ loc⁹ iste ei ꝓcepto quo postea dicitur. Eūtes docete oēs: q2 hoc ante resurrectionē illud post resurrectionē preceptū est: ꝛ oportebat pri⁹ aduentū xp̄i nūciare iudeis: ne iustā haberēt excusationē/dicentes iō se dñm reiecisse: q2 ad gētes ꝛ samaritanos apostolos miserit. vñ ꝛ Grego. Redemptor noster prius soli iudee voluit ꝛ postmodū cūctis gentibus predicari: vt dum illa vocata conuerti renueret: predicatores sancti ad vocationem gentium per ordinem venirent: quatenus redemptoris nostri predicatione a proprijs repulsa gētiles populos q̄si extraneos quererent. Hec gregorius. ¶ Mystice in viā gentiū nō est adeundū. i. modus viuendi eorum non est tenendus/et in ciuitate samaritanorū: per quas

Miracula discipulorum.

Duodenari⁹ aplorū numerus.

Mat. vj. ꝛ Luce. x.

Quando gētib⁹ predicare cōgruit.

Mar. vlti.

significant cōuenticula hereticorū nō est intrādum per consensum: sicut enim samaritani. i. gentiles partim tenebant vet⁹ testamētū ⁊ p parti negabāt/ sic heretici ptim ꝯfitent fidem xp̄i/ ⁊ partim negant. Deinde ostendit forma docendi cum dr̄ [euntes aūt predicate dicētes: qꝛ appropinquabit regnū celorū.] Quasi diceret. Predicate qꝛ ꝓpe est vt aperiat ianua regni celestis: scʒ mea passione: qđ regnū ante christi aduentū erat longe/ qꝛ null⁹ poterat illuc ꝑuenire. Hoc regnū diuersimode nominat. Aliquando regnū dei a regnante: aliqñ autē regnū celorum a subditis angelis ⁊ sanctis qui celi dicunt. Itē etiā qui prope est vt rex celorū regnet in hoib⁹ sibi subditis in fide: ⁊ hoibus obedientibus. Vel [appropinquabit regnum celorum] .i. xp̄s q̄ est dator regni celorū. A predicatione igit regni celorum incipit Johānes et xp̄s ⁊ discipuli eius. Et quia doctrina non est efficax nisi assit ꝓbatio/ sequitur modus conueniens ad probandū veritatem huius doctrine. s. opera facta virtute diuina cū dicit [Infirmos] corpore vel mente [curate: mortuos] in corpore vel i aīa [suscitate. leprosos] respersos maculis i corpore vel aīa [mūdate. demones] ab obsessis ⁊ crimina a peccatoribus [eijcite] Hic ponunt quattuor genera miraculorū ad ꝑdicationis cōfirmationē. Procedit autē ordo ꝑm mysterium: qꝛ infirmi sunt qui tentationib⁹ consentiunt: mortui sunt qui operant ⁊ digna mortis opera faciūt: leprosi sunt qui consuetudine se ⁊ alios inficiunt. demoniaci sunt qui cōtemnunt. Hec aūt ideo dñs ꝯcessit vt ipsa miraculoꝝ opatio fidem sermoni eorū faceret vñ Hiero. Ne hoib⁹ rusticanis ⁊ absq; eloquij venustate indoctis ⁊ illitteratis pollicētib⁹ regna celorū nemo crederet/ dat potestatē miracula faciēdi: vt magnitudinem promissorum probet magnitudo signoꝝ. vñ ⁊ Gre. Adiuncta sunt aūt predicatorib⁹ sanctis miracula/ vt fidem verbis daret virtus ostensa et noua facerēt q̄ noua predicarēt. Et iterū. Hec autē signa in exordio ecclesie necessaria fuerūt: vt eñ fides cresceret credentium/ miraculis erat nutriēda. Et Chrys. Postea aūt steterunt reuerentia fidei vbiq; plantata. Si autem ⁊ postea facta sunt pauca ⁊ rara fuerunt. Deinde excludens ab eis cupiditatem subiungit. [Gratis] et sine precio [accepistis] potestatem miracula faciendi: gratiam predicandi: ⁊ ministerium: sacramēta dispensandi: et dona alia a deo vobis collata [Gratis] ⁊ sine precio [date] alijs eodem modo quo accepistis/ ne desinat eē gratia sed merces videatur: ne vilescat inestimabile dum ꝑciabile reputat. Quasi dicat ꝑm Hiero. Ego magister ⁊ dñs absq; precio hec tribui: ergo ⁊ vos sine precio date. Unde ⁊ Chrys. Ne videatur eorum beneficium: superbiā eorū comprimit dicens: gratis accepistis: ⁊ ab amore pecuniarum eos mūdos preparat dicens: gratis date. Et iterum. Quasi dicat. Nihil vos de vestro largimini suscipientib⁹: neq; ei mercede hoc accepistis: neq; laborātes in ea est gratia: gratis enim accepistis/ ita igitur alijs date: neq; enī est condignū ꝑcium eorū inuenire. hec Chrys. Hec audiāt symoniaci: hoc audiant illi qui spiritalia vendere vl' emere non formidant. Pro spiritalibus enim actibus vt pro administratione sacramentorum ⁊ predicatione vel miraculorum operatiōe ⁊ consimilibus nō debet aliqđ q̄si precium accipi: qꝛ non est precium eorū dignum inueniri. Deinde ab omni eos liberat sollicitudine vt vacationem omnē tribuat verbo dei: ⁊ tota sollicitudo eorū congregata conuertatur ad predicationem euangelij dicēs [Nihil tuleritis in via] euntes ad predicandū [neq; aurum: neq; argentum: neq; pecuniam aliquam in zonis] ⁊ bursis [vestris] ad ꝓuidendum scilicet vobis in via de necessarijs [neq; sacculū: neq; peram] id est repositoriū ciborum ad portandum in via [neq; panem] qui magis videtur necessarius inter alia/ ⁊ multo minus cibaria delicata. [Neq; duas tunicas] id est vestes superfluas [habeatis] quotquot eñ sunt necessarie pro vna reputantur [Neq; calciamenta] scilicet integra: quia apostoli sandalijs vtebantur [neq; virgam] que scilicet itinerarijs prebet auxilium. Qui enim domini habet auxilium: cur baculi vel alterius rei querat presidium? Sed si prohibet virgam ⁊ quedam alia que videntur necessaria: quid de equis et equorum phaleris vel ceteris superfluis? Ubi omnis cupiditas ⁊ auaricie occasio et sollicitudo temporalium tollitur: omne superfluum amputatur: ⁊ sola

Miraculorū. iiij. gr̄a ap̄lis concessa.

Cause miraculorū cōcessorū.

necessaria conceduntur. Deniq; expeditur via ⁊ fugit timor: crescit securitas. Unde non inmerito poeta iuuenalis ait. Cantabit vacuus coram latrone viator. Hoc ergo totum dicit ad excludendum a predicatione verbi diuini sollicitudinem temporalium: temporalia enim in sui acquisitione molestant animum/ ⁊ adhuc plus in sui possessione turbāt eum: quia iam sunt quasi membra ipsi habenti incorporata: ⁊ ideo magis trahunt aīm hominis ad inordinatam dilectionem sui: et quia hoc suffocat verbum dei/ ideo non debet esse in predicatoribus euangelij. Igitur vt dicit Greg. Tanta predicatori debet i deo esse fiducia/ vt presentis vite sumptus: q̄uis non prouideat: tamen sibi hos non defecturos certissime sciat: ne dum mens ei⁹ occupatur ad temporalia/ minus alijs ꝓuideat eterna. Et ꝑm Greg. nazanzenum. Horum summa est vt a deo virtuosi existāt/ qꝫ non minus propter vite modū/ q̄ propter eorum v̄bū euangeliū ꝓficiat. Unde ⁊ ꝑm Chry. Hoc etiā eis dñs ꝑcepit/ vt per habitū ostēderent q̄tum a diuitiarū desiderio distabāt. Et ꝑm theophilum. Ut videntes eos predicare paupertatem/ acquiescant cum apostoli nihil habent. Ita autem expresse ꝓhibuit possessionem temporalium: quia sic oportebat in ꝑmitiua ecclesia vt ostēderent oīa gubernari dispensatione diuina: ⁊ ostēderet virt⁹ fidei cōtra errores hominū qui cursu syderum vel fortuna credebāt agi oīa: et hꝫ adhuc competit apostolicis viris apostolorum successoribus. Quidam tamen sunt qui ꝑtāti non paupertati succedere volūt: cū tñ non potestati sed paupertati regnum celorū sit ꝓmissum. Tres ergo sunt rationes quare hoc precepit. Prima ne sint q̄si cupidi ⁊ ambitiosi. Secūda ne sint solliciti quasi pusillanimes. Tertia vt mittentes virtutē ostēderet qñ nihil eis deest. Si querit an alij ad hoc obligant. Dicēdū qꝫ cōsiliū est nō preceptū. Sed certe non auderet aliquis vtile ⁊ sanū consilium repellere i facie eius: quāto magis illud quod dedit magni consilij angel⁹. Et quicunq; huic consilio fiducialiter adhereret/ non dubium quin deus sufficienter sibi prouideret. Quando enim missi fuerunt apostoli ad predicādū sine sacculo et prouisione aliqua necessariorum: fuit diuinit⁹ eis laute prouisum: qꝛ nihil eis d̄fuit: quādo vero relaxatum fuit illis prouidere sibi de necessarijs i via/ passi sūt penurias multas postea. Hoc aūt fecit deus ad dādū fiduciam pauperibus predicatoribus ad exequēdum cōstanter predicādi officium. Ubi nota pulchrum de duobus religiosis vltra mare ad terram sanctam profectis exemplū. Cum enim vltra mare ⁊ redeundo circa mare adhuc iter ignotos essent/ semꝑ in deo solo spē habebāt/ et nihil de necessarijs eis deficiebat. Cum autem peruenissent ad dulce natale solum: dixit vnus inter eos ad alterum. Modo pericula euasimus: quia iam in terra nostra et inter natos sumus. Et cum sic ponerent spem in homine inceperunt in necessarijs deficere/ ⁊ maiorē passi sūt penuriam q̄ ante. ¶ Et quia quodammodo nudos ⁊ expeditos ad predicandum discipulos dñs miserat se ueritatem ꝑcepti in sequenti sententia temperauit dicēs [Dignus est enim operarius] .i. predicator qui operatur opus dei ad vtilitatem proximi [cibo suo] .i. necessarijs ad vitam: quia in cibo intelligitur etiam vestimentum et domicilium/ sine quibus decenter nō viuit genus humanum. Quasi diceret. Tantum accipite q̄tum in victu et vestitu vobis necessarium est. Unde ⁊ apostolus replicat. Ordinauit deus his qui euangelium annunciant de euangelio viuere. Et iterum. Habentes victum ⁊ vestitum his contēti simus. Hinc est qꝫ dyaconus procedit a pb̄ro quasi missus a dño ad predicādum euāgelium cui subdyaconat⁹ fert puluinar quo liber sustētatur: qꝛ alij debent predicatorem sustentare. Dign⁹ est enim operarius mercede sua: non solū eterna que debet in patria ad remunerationem: sed etiam tēporali que debet in via ad sustentationē: scʒ cōueniēti victu ac vestitu et domicilio hic est duplex honor quo digni sunt q̄ bene presunt. Nā ꝑm Greg. Merces ꝑdicationis hic inchoat/ ⁊ in celo ꝑficit: quia vni nostro operi due mercedes debentur: vna in via que nos in labore sustentat: alia in patria que nos in resurrectione remunerat. Ergo qui non operatur nec laborat: nō māducet/ ne mercedē exigat. Ecce q̄re precepit eis nihil ferre: qꝛ oīa debent eis ꝓ labore. De iure enim naturali est ⁊ diuino ac etiam humano: vt illis qui

Temporalium sollicitudo ꝓscribitur a ꝑdicātibus.

Rōnes paupertatis ꝑdicatoꝝ an alij seruare teneātur.

Uictus a ꝑdicatoribus accipiendus.

j. Cor. ix.
j. Tim. vj.

Predicatorū merces.

cupiscentia: in lege homicidiū/ in euāgelio ira puniatur.
Et respondeꝶ ẜm Hiero. qꝛ in lege opera reqrebanꝶ: in
euangelio sola bona voluntas premiū non amittit. Itē
cur dicit onus leue/ cū superiꝰ dixerit angustam portam
⁊ arctam viam ꝗ ducit ad vitā. Et respondet ẜm Aug. ⁊
Hylarium ꝙ arcta vel angusta via diciꝶ: qꝛ angustat in
initio: graue est enī cōsuetudinē dimittere: sed in ꝓcessu
tēporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur: sicut
stupentibus dentibus grauat in principio comedere: sed

postea delectat. Suauis ergo et leuis est impletio euāgelij amāti atq; charitatē habenti. vel in progressu consuescenti. vel in respectu operum legis: vel respectu expectate mercedis. Oratio.



Domine iesu christe da mihi p sanctā discipulorum tuorum pdicationē sic gra tua edoceri: q nō in vanitatib⁹ vel qbuscūq; eleuationē et extollentiā mihi ingerētib⁹: sed in tua cruce et singulis humilitatē in me excitātib⁹ mihi libeat gloriari. Ipsa sancta doctrina euāgelica in pfunda hūilitate/ et in oībus virtutib⁹ cor meū cōfirmet semp et corroboret: vt a vitijs purgatus et virtutib⁹ ornatus merear in presenti vita et in futura requiē aie inuenire: q inquietū est cor meum donec requiescat in te iesu bone. Amen.

De homine sauciato et vulnerato a latronibus. Capitulum.lix.

Luce.x. Et q dixerat dominus iesus mysteria fidei et archana sapientie abscōsa supbis/ et reuelata hūilib⁹ cōseqnter obmissa iudeorū excecatione ostendit discipulorum illuminationē vt ostendat eos esse paruulos qb⁹ pater aduent⁹ sui mysteria reuelauit. vñ dicit eos beatos: q in eis fuit cōpletū qd antiqs patrib⁹ fuerat pmissum. [Beati inqt [oculi q vident q vos videtis]. Et p hoc eos beatos dicit: q dñm iesum et corporaliter oculis exterior ib⁹: et mētaliter oculis interiorib⁹ videre meruerūt. vidētes ei xpm per fidē charitate formatā: beati sunt in spe/ et si perseuerēt beati erūt in re. [Dico ei vobis q multi pphete] pollētes in cognitiōe [reges] seu iusti pollētes in sanctitate: quos ei lucas reges dicit matthe⁹ iustos appellat: q magni reges sunt/ q tentationū suarū motib⁹ nō cōsentiēdo succūbere: sed regēdo pesse nouerūt. [voluerūt videre q vos videtis et nō viderūt et audire q auditis et nō audierūt] desiderauerūt ei videre et audire eo modo quo discipuli viderūt et audierunt: sed nō viderūt neq; audierūt eo modo: q nō corpaliter licet spūaliter sed discipuli vtroq; modo. Nā exteri⁹ viderūt psentiā corporalē: et miracula cōspiciēdo interi⁹ viderūt diuinitatē latentē intelligendo: et exteri⁹ audierūt vocē doctrinā percipiēdo: et interi⁹ audierūt per fidem assentiendo. Prophete siquidē et reges a longe aspicientes p figuras vel visionū species: quasi p speculū et in enigmate christū viderūt et audierūt per fidem: sed discipuli presentē dominū habentes: et ab ipso quevolebāt interrogātes: docebant per ipsum aperte non per angelos: aut varias visionū species in enigmate. Nō beatificat eos: qui eni corporaliter et non mētaliter per fidem eū viderūt vt iudei/ qui increduli remāserunt: et quē corpaliter viderūt mētis oculis nō viderūt: et ideo eorū oculi non beati: sed maledicti: sed eos beatificat: qui eū per fidē videbāt/ nō solum exteriora conspiciēdo: sed etiam virtute diuinitatis latentē intelligēdo: quorum interiores oculi beati p qs etiam psentē cernere meruerūt. Viderūt ei apostoli gratiosam psentiā in assumpta humanitate: viderūt sanctitatem vite in eius cōuersatione: viderūt ei⁹ potestatē in miraculorum opatione: viderunt ei⁹ gloriā in trāsfiguratione. Beati et illi qui licet corpaliter non viderūt per fidē: tñ et mētis oculis viderūt et crediderunt qd per speciē et facie ad faciē qnq; videbūt. Vtriq; beati per fidē et hoc in spe sed illi qui nō viderūt pter difficiliorē assensum in quo maior strenuitas. isti q viderūt pter psentialiorē aspectū in quo maior delectabilitas. Vbi fm Chry. vtriusq; testamēti liquet veritas: vt qd patres veteris testamenti futurū preuiderūt et videre cupierūt: hoc in nouo est completū: et ab eodē spū et eadē fide antiqui viderūt futurum xpm quē apli presentē viderūt: et nos credim⁹ aduenisse vt eadē fides pbet in nobis et in patrib⁹: et idē auctor nō auctores cōtrarii fuerunt vtriusq; testamēti. Et notandum q quadrupliciter videt christ⁹. s. oculo corporali/ quō visus est in carne. Ista aūt visio nō beatificat: q sic etiā eū viderūt iudei et infideles. Scdo ex visione corporali oritur in mēte ammirabilis visio qua ipe creditur filius dei. Vñ est illud. Q vidisti me thoma: sc oculo corporis credidisti videndo me oculo fidei. Hec visio beata nō est: sed hui⁹ beatitudinis mercatio qua meremur beatitudinē. Tertio ex visione fidei oritur visio qua xps ipse videtur oculo intellectiue contēplationis. hec visio iā est aliqua beatitudinis participatio: inde eni videt et gustatur qm suauis est dñs. Quarta visio qua ipe videt sicuti est in lumine glorie. Hec visio beatificat intellectū: quēadmodū perfecta charitas beatificat volūtatē nostram [Et ecce tunc quidā legisperitus] peritia litterali nō intelligentia spirituali: verba legis tenens: vim legis ignorans [surrexit] vt meli⁹ audiret/ vel vt bonus videretur [tētans eum] nō vt addisceret: sed vt repchēderet [et dicēs. Magister qd faciēdo vitā eternā possidebo]? Magistrū vocat nō dñm: q vult scire nō seruire: audire et nō obedire. Magistrū vocat cuius nō vult esse discipul⁹: et significat laudatores sctorum/ nō imitatores. Et bñ dicit [quid faciendo] q nō auditores legis: sed factores iustificabunt: et nō in sermone est regnum dei/ sed in virtute: et dñs dixit ad eum. [In lege] sc diuina [quid scriptū est Quomodo legis] sc de habēdo vitā eternā. hec lex diuina est lex legū: de qua fiet interrogatio in examine districti iudicij. fm illud apli. Qui in lege peccauerūt: p legē iudicabunt. In hac ergo studere debem⁹: vt de ea respōdere possimus: sicut vir iustus de quo in psal. dicit. Et in lege eius meditabit die ac nocte. Sed vt ait Hiero. tāq; maiora sint imperatorum scita q leges xpi amamus/ euangelia contēnimus. fm Bedam. Iste tentādo quesiuit de vita eterna: si forte diceret aliquid cōtra moysen: et ideo christus per verba moysi respondēdo confudit eum: et p hoc ostendēs q derisores fidei catholice sunt confutēdi per illud qd tenent indiscusse sc iudei per scripturas hebreorū: et sarraceni per legē machometi. [Ille] vero [respondēs dixit] qd legerat: sed nōdum impleuerat. [Diliges dominū] q per suā potentiā te creauit [deum] quia per suam sapientiā te docuit [tuum] quia per suam bonitatē se tuū fecit. Et sic te redemit [et ex toto corde tuo] .i. ex tota volūtate tua: q sicut ex corde oritur mot⁹ ad alias partes corporis: ita voluntas mouet anime potētias [et ex tota anima tua] .i. ex appetitu sensitiuo/ qui mouet per volūtatē. Vnde pars sensitiua potest hic intelligi p animā fm qd scribit in Gen. Factus est homo in animā viuentē. i. vt dicit glo. vitā aialem. i. sensibilē corpori dātem [et ex tota mēte tua] .i. ex toto intellectu qui etiā mouetur per voluntatē ad assentiendū his q sunt fidei: et ad meditandū de deo dilecto [et ex oībus viribus tuis] vel ex tota fortitudine seu virtute tua qd idem est: per qd notātur potētie motiue et executiue: que etiam mouent per voluntatē ad operandum ex dilectione viriliter: et nō remisse. Vbi maximus. Cū hac igit intētione trinā ad deum dilectionē lex ptractat: vt euellat nos a trina mundi habitudine qua respicit ad possessiōes ad gloriā: et ad voluptates: in qua etiā tentatus est xps. Sequit [et pximū tuū] .i. oēm hominē [sicut teipsum] .i. eo affectu quo teipsum/ vel ad qd teipsum. s. ad gratiā in psenti: et gloriā in futuro. Vbi Basili⁹. Est igit primū et precipuū mādatū diuine dilectionis. Scdm aūt primi completiuū/ et ab eo completū quo cōmonemur diligere pximū. vbi et Chry. Tu aūt attende qualiter fere cum eodē excessu postulat vtrūq; preceptū. De deo eni ait. toto corde tuo: de proximo sicut teipsum. Q si diligēter obseruaret/ nec seruus esset nec liber/ nec victor/ nec victus/ nec diues/ nec pauper: nec not⁹ vnq; esset dyabolus. Potius eni palee igni sustineret immissionē q feruorem charitatis dyabolus adeo cūcta superat dilectionis cōstantia. vnde etiā Gre. Cum aūt dicat: diliges proximū tuū sicut teipsum: quō alteri miserēdo pius est: qui adhuc iniuste viuēdo fit impius sibimetipsi. De hac materia habes lati⁹ infra. s. feria tertia post palmas. [Dixit illi] dñs. [Recte rñdisti] [hoc fac] .s. deū et pximū diligēdo. et dicit fac: q non sufficit diligere: nisi dilectio demonstret in opere: q probatio dilectionis exhibitio est operis [et viues] sc vita perpetua. Hec est eni excellētior via eundi ad vitā eternam q. d. Hec dicis/ sed non facis: et ideo ad vitam non vadis [Ille aūt volens iustificare seipsum] .i. iustum ostendere fm apparentiā/ putās se esse ante hoiem: qui tm videt exterius et non ante deum: qui videt interius dixit ad iesum [Et quis est meus pximus]? In quo a dilectiōe pximi vacuū se ostēdit: q pximū nō nouit. Forsitā putabat q christus diceret iudeus est pximus tuus: et tunc rñderet deū et iudeū diligo: et sic appareret iustus. [Suspiciens aūt iesus] .i. sursum aspiciēs iesus: pposuit ei parabolā

Margin notes: Videre spūaliter christum. — Videtur xps qdrupliciter. — Joh.xx. — Ps.xxxiij. — Rom.ij. — Ps.j. — Gen.j. — Triplex dilectio dei. — Dilectionis mādatum.

de hoīe q̄ descēdēs ab hierusalē in hiericho incidit in la
troēs. Ideo sursum aspexit: q: de rebꝰ magnis locuturꝰ
erat. vnde. s. humanū genꝰ descēderat: dū per peccatū ce
cidit. Scdm aliquos ē hic parabola: ꝓm alios est res ge
sta: q: inter hierusalē ⁊ hiericho erat quedā solitudo vbi
freq̄nter hoīes trāseuntes spoliabant ⁊ occidebant a la
tronibꝰ desertū illō inhabitātibꝰ. ¶ Allegorice. [Hō] iste
designat genꝰ humanū / q̄ in p̄mis parētibꝰ [descēdebat
ab hierusalem] que visio pacis dicit. i. a paradiso ⁊ super
Hiericho luna interpretatur. ne ac celestis beatitudinis pace ⁊ visione [in hiericho] q̄
luna interpretat / ⁊ mutabilem significat. i. in defectum ⁊
miseriā huius vite mutabilis ⁊ erronee: q: a ꝯtemplatio
ne supna ⁊ vita pacifica / quā ī paradiso habuisset ad mu
tabilitatem huius exilij: et terrene miserie per culpā cor
ruit [⁊ incidit in latrones] . i. in potestates demonum seu
in dyabolicas: vel etiā humanas tētationes: in quos nō
incidisset / nisi prius intus tumuisset. Vera est eni senten
tia dicēs ante ruinā exaltatur cor. [Qui eum despoliaue
runt] vestē innocētie: ⁊ īmutabilitatis seu īmortalitatis
per fraudulentiā auferēdo. Veste innocētie seu stola pri
ma amissa cognouit se esse nudū: gloriaq̄ꝫ īmortalitatis
perdita pelliceū / hoc est mortale sumpsit indumētū. Vn
de in signum mortalitatis induit deus primos parentes
tunicas pelliceas que de mortuis fiūt aīalibꝰ [⁊ plagis]
peccatorū [impositis] ⁊ illatis. i. naturalibus p̄ peccatū
vulneratis ⁊ debilitatis [abierunt] nō ab insidijs cessan
do / sed eas occultando. Primo enim sensibiliter in spe
cie serpentis dyabolus decepit: sed post occulte et inuisi
biliter tentauit [semiuiuo relicto] quia ⁊ si immortalitas
potest auferri: oculus tñ rationis remanet hoīm quo deꝰ
Semiuiuus derelictus. pōt cognosci. vñ Beda. Semiuiuū reliquerunt: q: beati
tudinem vite immortalis exuere: sed non sensum ratiōis
abolere valuerūt. Ex qua eni parte sapere et cognoscere
deū potest viuus est homo: ex qua vero peccatis cōtabe
scit / ⁊ miseria deficit: mortuus idē letiferoq̄ꝫ est vulnere
fedatꝰ. vnde ⁊ Theophi. Ac semiuiuus dicit homo post
peccatū: q: aīa īmortalis est / corpus vero mortale: ita vt
medietas hoīs succūbat. vne Augu. Semiuiuus eni ha
bet vitalem motum. i. liberum arbitrium vulneratū / quo
ad eternā quā perdiderat / redire nō sufficiebat. Et ideo
iacebat / q: vires ei proprie ad surgendum nō sufficiebāt
vt ad sanandū medicū. i. deū requireret. Vel semiuiuum
reliquerūt remanēte vita nature: nō vita gratie ꝓm illud
Gal. ij. aplī. Viuo aūt. s. vita nature: iā nō ego. s. vita culpe. viuit
Gen. j. ⁊ ix. vero in me christus scꝫ vita gratie. Fecerat eni deus ho
minē ad imaginē suā. ꝓm rationē ad similitudinē. ꝓm di
lectionē vt per vtrūq̄ꝫ deo adhereret / ⁊ inherēdo beatus
esset. Sed dyabolus humane beatitudini inuidēs cōtra
duo bona predicta: duo homini in originali intulit prin
cipalia mala. In eo nāq̄ꝫ ꝙ factus erat ad imaginem seu
ꝓm rationē vulnerauit eum per ignorantiā boni: in eo ve
ro ꝙ factus est ad similitudinem dei ꝓm dilectionem vul
nerauit eum per concupiscentiam mali. Homo ergo vul
neratus semiuiuus relictus est: quia et si in humana natu
ra possit diuina similitudo que in dilectiōe est penitꝰ cor
rumpi: diuina tñ imago que in ratione est non pōt penitꝰ
deleri. Quis enim tanta malicia possit affici vt nīl dili
gat boni: non tamen ignorantia tāta excecari pōt. vt nīl
cognoscat veri [Sacerdos] aūt [⁊ leuita] descēdētes [ea
dē via: viso] spoliato ⁊ vulnerato [preterierunt] ⁊ vite p̄
sentis statum tūc sancte viuendo pertransierunt: sed hu
manū genꝰ per culpam vulneratum sanauerūt minime.
q: sacerdotiū legis ⁊ eius ministeriū peccata nō curaue
runt / sed solū ostenderūt: impossibile eī erat sanguine vi
tulorū / ⁊ agnorū / ⁊ hircorum auferri peccata hoīm. Vel
sacerdos ⁊ leuita intelligūtur lex ⁊ ꝓpheta q̄ hoīem nō
sanauerūt: sed peccata ostēderūt ⁊ reprehēdert. [Sama
ritanus vero iter faciēs] . i. christus qui animas custodit
per humanitatem momēta vite huius currens: ꝓ nobis
eni factus est homo in mūdo [venit secus eum] id est vul
neratum: quia in similitudine hominū factꝰ: ⁊ habitu in
uentus est vt hō [⁊ videns eum] oculo clementie [miseri
cordia motus est] ex cōpassione. [Et appropinquās] ho
mini vulnerato miserationis exhibitiōe [alligauit vulne
ra eiꝰ] q: redarguēs peccata cohibuit [⁊ vīculis] gratie
[ligauit / infundēs oleū] mitigatiuū: spē venie penitenti
Vulnerū curatio. bus ꝓmittendo [⁊ vinū] pungitiuū terrorē pene peccan
tibꝰ incutiēdo. Alligat ergo vulnera dū precipit penitē
tiam agite: infundit oleum dū addit. appropinquabit et
regnum celorum: infundit vinum cū dicit: omnis arbor
que non facit fructum bonū: excidetur ⁊ in ignem mitte
tur. Qua in re docuit nos dominꝰ qualiter infirmis ⁊ ad
penitentiā venientibꝰ mederi debeamus. Vulnera enim
ligamus quādo peccatorem a peccato cessare iubemus.
Oleum autem infundimus quādo misericorditer ⁊ blan Olei infu
de cōsolando indulgētiam peccatori promittimꝰ. Insu sio.
per ⁊ vinum infundimus / quando aspere ⁊ austere incre Vini infu
pando ieiunare: ⁊ carnem macerare iubemus. Nō sit igi sio.
tur oleum sine vino: neq̄ꝫ vinū sine oleo. vnde Greg. Di
scenda ergo est leuitas cum seueritate: faciēdū est quod
dam ex vtroq̄ꝫ tēperamentū: vt neq̄ꝫ multa asperitate ex
ulcerent subditi: neq̄ꝫ nimia benignitate soluātur. vnde
⁊ Bern. Semp punire ferocitatis est: semper parcere pu
sillanimitatis: nec hoc nec illud equitatis habere plus
amaritudinis q̄ꝫ suauitatis damnabile est econuerso cō
mendabile vtrūq̄ꝫ tolerabile. [Et] leuans [illum in iumē
tum suum imposuit ac ducēs in stabulum / curā eiꝰ egit]
Iumentū dicitur hic caro christi: ī qua ad nos venire di
gnatus est. Huic iumēto sauciatū imposuit fidem incar
nationis inspirando: ⁊ peccata nostra in corpore suo sup
lignū portando: ⁊ iuxta aliam parabolā inuētam que er
rauerat ouem humeris suis impositā ad gregē reportan
do. [Et duxit in stabulū] . i. intra sanctā p̄sentē ecclīam
collocauit: vbi deposito onere peccatoꝝ viator lassus re
ficit: ⁊ refectꝰ salubri pascua reparat. Non domū sed sta
bulū vocat quo noīe fetores et miserias huiꝰ p̄sentis vi
te significat: ne homo in hoc exilio tāq̄ꝫ in patria gaude
at. Et vt bonꝰ medicus ⁊ necessarius [curā eius egit] q̄ꝫ
diu in hac vita cū eo fuit: q: circa egrotū sollicitus fuit.
[Et altera die] post peractū misteriū redēptiōis. s. post
dñi resurrectionē que magis splēdet q̄ꝫ tēpus precedēs
Prima enim dies fuit dies mortalitatis ⁊ passibilitatis
Altera dies fuit īmortalitatis ⁊ impassibilitatis: quādo
splendor lucis eterne magis effulsit [protulit duos dena
rios] scꝫ duo testamēta in q̄bus ⁊ nomen et imago regis
eterni cōtinent: ⁊ quoꝝ precio vulnera nostra curant [et
dedit stabulario] q: distribuit vtriusq̄ꝫ testamēti sciētiā
et p̄dicādi grām aplīs: quibꝰ sensum aperuit vt scriptu
ras intelligerēt / ac prelatis ⁊ oībus qui ecclesiam guber
nare debēt: vt curam egroti agerent ⁊ haberēt. Qui etiā
debet in hac cura aliq̄d supererogare / vt nō solū ea que
in duobꝰ testamētis continent studeāt p̄dicare: sed alia
multa ꝓm ea que scripta sunt laborāt alijs p̄dicatiōe ma
nifestare. Superogat etiā qui sine sumptibꝰ exēplo apo
stoli predicat: ⁊ ab eis quibꝰ predicat sumptus non acci
pit. Item superogat / qui nō solū precepta sed etiā consi
lia implet vel predicat: in die autē iudicij cum dñs redie
rit totum qō ꝓmiserat tanq̄ꝫ debitor reddet: cū fideli ser
uo dicet: q: super pauca fuisti fidelis: supra multa te con
stituā: intra ī gaudiū dñi tui. Quilibet ergo peccator q̄ Pctōr
peccādo mortaliter a deo qui ē pax nostra tanq̄ꝫ ab hie vulneratꝰ
rusalē se auertit / ⁊ ad hierico. i. ad culpabilem defectum
se cōuertit: et sic a bono incōmutabili ad bonū cōmuta
bile descēdit. homine aūt sic lapso in latrones ⁊ spoliato
ac vulnerato ⁊ relicto / q̄d aliud restat nisi flagitare: Vt
samaritanus ille. i. custos animarū iesus iter miseratiōis
sue sup nos faciet latrones fugitet: spoliatos gratia resti
tuat: ⁊ vulnera nostra liget: semiuiuos in integrū habili
tet. ⁊ sic demū in celestē hierusalē nos perducat. ¶ Mora
liter per hierusalē statꝰ virtutis designatur: ⁊ ideo p̄ ho
minē descēdētē ab hierusalē in hiericho designatur pec
cator descēdēs a statu iusticie in peccatū mortale: qui in
cidens in latrones. i. demones: spoliat per eos gratuitis
et vulneratur in naturalibus / ac relinquit semiuiuus: q:
tollit ab eo vita gratie remanēte vita nature. Sacerdos
et leuita transeuntes sunt mali ministri ecclīe: samarita
nus est ꝯfessor ⁊ predicator motus ex charitate / alligās
vulnera sauciati per sanū cōsiliū: infundēs oleum miseri
cordie ⁊ vinū iusticie: ⁊ imponit illū in iumentū: quia nō
solum mēte p̄bet auxilium: sed etiam ꝓut potest corpore
qō est anime iumentū / ⁊ ducit in stabulū ⁊ domum eccle
sie vbi datur pabulū verbi dei ⁊ sacramenti eucharistie:
et altera die postq̄ꝫ duxit in stabulum ꝓtulit duos dena
rios: per quos designat grā in presenti / ⁊ glīa in futuro ⁊
dedit stabulario. i. dādos denūciauit bono curato faciē
ti debitū suū erga peccatorē sibi subditū: ⁊ ei curam pec

catoris cõmẽdauit dicens [curã illiꝰ habe] debitũ tuum
exercẽdo [⁊ quodcũqꝫ supererogaueris] faciendo circa
debitũ aliquod bonũ ad qđ nõ teneris [reddã tibi] .i. red
dendũ denũcio / ꝓmittens ei vitã eternã pro salario. Et
interrogatus legisperitus a dño quis predictorũ ꝓxi:
mus fuisset ei qui incidit in latrones / respondit. [Qui fe:
cit misericordiã in illũ] vbi Cyrillus. Neqꝫ ei sacerdos
neqꝫ leuita factus fuit proximus patientis: sed ille qui est
eius misertus. Inutilis est enim sacerdotij dignitas ⁊ le
gis scientia / nisi per bona opera confirmetur. vñ Beda.
Iuxta litterã manifesta est dñi sentẽtia: nullũ nobis am:
pliꝰ ꝙ̃ qui miseratur esse ꝓximũ. Sic ciui hierosolimite
non sacerdos / non leuita ex eadẽ gente: imo in eadẽ vrbe
nati ⁊ nutriti / sed externe gentis accola: qꝛ magis miser:
tus est / factus est ꝓximus. Deinde dñs ex legisperiti re:
spõsione ⁊ confessione / ostendens omnẽ hominem miseri
cordiam facientẽ esse proximũ: et specialiter ipsum dei fi
lium conclusit dicens. [Vade] scꝫ de virtute in virtutẽ [⁊
tu fac similiter] ꝓximo: sicut samaritanus fecit iudeo: ꝙ
scꝫ omnẽ hominẽ etiã inimicũ ꝓximũ reputes: et ei mise
ricordiã affectu / affatu / ⁊ effectu impendendo necessita:
tes eius subleues: vt te ꝓximũ diligere sicut teipsum ma
nifestes. vnde Chry. quasi dicat. Si quẽ vides oppressũ
ei dicas vtiqꝫ nequã est. sed siue sit gentilis: siue iudeus:
⁊ ope indiget / non cauilleris: ius habet auxiliũ quicũqꝫ
mala fuerit passus. hec Chryſ. Ex responsione quoqꝫ le
gisperiti dñs concludit ꝙ propinquitas generis non fa:
Dilectio vtraqꝫ in xp̃o q̃ deꝰ ⁊ ꝓximus implẽda est. cit ꝓximũ: sed opꝰ misericordie ipẽsum. ac si dicat ei. Tu
ergo me dilige / ⁊ in me vtrũqꝫ mãdatũ legis implere stu
de: qꝛ sum deꝰ: ⁊ sum ille tuus proximus: ⁊ quicq̃d vales
in proximi necessitate subleuãda / vel corporali / vel spiri
tuali deuotos operare vt manifesteris proximus esse. vñ
Bern. Vtrãqꝫ teneo dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi cum te amo
dñe iesu: qui meus ꝓximus es: qm̃ homo es: et fecisti me
cum misericordiã. hec Bern. Ex vtraqꝫ ergo dñi conclu
sione legisperitus conuincitur: qꝛ christum deũ ⁊ hoĩem
ꝓximũ nõ dilexit: qui suscipiens carnẽ nostrã per huma
nitatẽ factꝰ est nobis ꝓximus / ⁊ tot misericordie opera
impẽdit: vnde merito diligi debet. Ad dei enim dilectio:
nem in nobis excitandam. nutriendam. ⁊ augendã. nihil
ita valet sicut beneficiorum eiꝰ frequẽs ⁊ diligẽs cõside
Misericor: ratio. Magna est igiẜ misericordia / que ignotis ⁊ extra:
die laus. neis nos ꝓximos facit: magna est misericordia per quã
vita possidetur eterna. Ille quippe est proximꝰ tibi: cui
miserendo appropinquas / qui vero nulli misereẜ / nullũ
ꝓximũ habet. In illo ergo mãdato / diliges ꝓximũ tuũ
sicut teipsum: dñs ꝓximũ intelligit oẽm hominẽ: hic au
tem eum qui implet legẽ naturalẽ: vt q̃ facit alij que sibi
fieri vult. vbi Ambro. Ergo qm̃ nemo magis ꝓximꝰ ꝙ̃
qui vulnera nostra curauit. diligamus eũ quasi dominũ
diligamus et eum quasi proximũ. Nihil enim tam proxi
mũ ꝙ̃ caput mẽbris. Diligamꝰ etiã eum qui imitator est
christi. Diligamus eum qui inopie alterius corporis vni
tate cõpatitur. Neqꝫ ei cognatio facit proximũ sed mise:
ricordia: quia misericordia ẜm naturã est. Nihil eni tam
ẜm naturam ꝙ̃ iuuare cõsortem nature. hec Ambro. Ad
hoc quoqꝫ faciendum hortaẜ nos Aug. dicẽs. Nũc cũ in
hac vita / id est in hac via sumꝰ / inuicem onera nostra por
temus: vt ad eam vitam que caret omni onere peruenire
possimus. Dilectionis officiũ est / inuicem onera nostra
portare. Nihil sic ꝓbat amicũ quẽadmodũ oneris ami:
ci portatio. Neqꝫ vlla res officiosum istũ laborẽ ad por:
tanda onera aliorum facit libenter impendi: nisi cogite:
mus quãta pro nobis pertulit dñs. Hinc admonens ait
Phil. ij. apostolꝰ. Hoc sentite in vobis qđ et in christo iesu. Hinc
cogitationi accedit etiam illa: qꝛ homines sumꝰ: ⁊ ꝙ egri
tudinẽ / siue animi / siue corporis quã in homine alio vide
mus etiam nos habere potuimus aut possumus. Hoc er
Exhibi: go exhibeamus ei cuius infirmitatẽ portare volumꝰ: qđ
tio operis ab illo vellemꝰ nobis exhiberi / si forte nos in eo essemꝰ /
mie. et ipse nõ esset. Ad hoc pertinet quod apostolus ait. Om:
j. Cor. ix. nibus omnia factus sum / vt oẽs lucrificarẽ: cogitando
scꝫ in eo vitio se esse potuisse vnde cupiebat alium libera:
re. Deinde etiam illud cogitãdo nullũ esse hoiem qui nõ
possit habere aliquod bonũ quod tu nõ habes etiam si la
Phil. ij. teat: in quo sine dubio possit te esse superior. Vnde apl's.
Nihil per cõtentionẽ neqꝫ per inanẽ gloriã: sed in humi:
litate mentis alter alterꝫ existimãtes superiorẽ sibi. Iste
cogitationes deprimentes mentis superbiam / ⁊ acuẽtes
charitatem: faciũt onera fraterna inuicem: nõ solũ equo
animo, sed etiam libentissime sustineri. Hec Aug. vnde ⁊
Greg. Si qsqꝫ sua incõmoda que ab alijs portantur con
siderat: ea q̃ ab alijs sustinet leuiꝰ portat. Et iterum. Ex
illa interna pacis visio ex sanctorum ciuium cõgregatio
ne construitur: hierusalem celestis vt ciuitas edificatur.
Que tñ in hac peregrinationis terra dũ flagellis percu:
titur / tribulationibꝰ tunditur / eiꝰ lapides quotidie qua:
drantur. Que videlicet ciuitas habet hic in sctõrũ moti:
bus magnum iam edificium suũ. In edificio quippe la:
pis lapidem portat: ⁊ qui portat alterũ portatur ab alte:
ro. Sic nũc in sancta ecclesia vnusq̃sqꝫ ⁊ portat alterum
⁊ portatur ab altero. Nam vicissim se proximi tolerãt: vt
per eos edificium charitatis surgat. Omne aũt pondus
fabrice fundamentum portat: quia, redemptor noster de
quo paulus apl's ait. Fundamẽtum aliud nemo ponere j. Cor. iij.
põt preter id quod est positũ / quod est christꝰ iesus. Mala
nostra tolerat: sed in ip̃o malũ nõ fuit qđ tolerari debuis
set. hec Gre. Ex his verbis gregorij colligiẜ / ꝙ q̃nto plu:
ra quis pro deo portauerit tanto erit ip̃i fundamẽto. s. ie:
su propinquior: ⁊ quãto pauciora portauerit tãto erit ab
ipso fundamento remotior. Hec igitur omnia bene consi
dera / ⁊ proximorũ infirmitates ac defectꝰ ⁊ onera / nõ so
lum patienter / sed etiã libenter ꝓ deo porta et tolera. vn:
de Ansel. Quis bonis alteriꝰ arridet / sanctus consentit:
qui vero inuidet dyabolus. Siquidẽ magis puto salua:
tionẽ eius sperandã qui parũ boni facit / et factis aliorũ
fauet: ꝙ̃ qui multa ⁊ inuidet. Et iterũ. Charitas que col:
ligit ⁊ viuificat omnia mẽbra ecclesie: cũ nos viderit de
alterius ruina gaudere / statim nos precidit de corpore.
Forte igitur non dolemus de ruina proximorũ nostroꝝ
quia precisi sumus a corpore. Si enĩ ibi essemus sine du:
bio doleremus: qꝛ tandiu dolet membrũ q̃ diu in corpo:
re contineẜ. Si autẽ abscissum fuerit non dolere poterit
nec sentire. Ex his ergo potest homo ꝑpendere si est mẽ: Mẽbrum
brum christi. Et sicut dictũ est de cõpassione ⁊ ꝯgratula xp̃i q̃s sit.
tione: ita intellige de cõitate: qꝛ in corpore humano vnũ
mẽbrũ cõicat alteri indigẽti suũ officiũ / ⁊ cibũ quẽ reci:
pit: ita in corpore xp̃i (qđ est ecclesia) q̃libet debet alteri
cõicare grãm sibi diuinitꝰ datã: ac cibũ ⁊ etiã tp̃alia oĩa
a deo recepta. Similiter intellige de cõsideratione: vt si:
cut mẽbra inter se adunanẜ tãta amoris cõcordia vt nul
la ratione inter se valeãt dissentire occasiõe aliq̃: ita etiã
si iter nos. Siliter intellige de supportatiõe: vt sicut vnũ
mẽbroꝝ supportat alterũ / ⁊ sustinet lesionẽ ꝓcuratiõe si
ue ꝓtectiõe alteriꝰ: et si lediẜ ab alio sine vltione sustinet
lesionem / sic debet esse in nobis. hec Ansel. Oratio.

Domine iesu xp̃e custodi nos descẽdẽtes de cõ:
tẽplatione ad actionẽ: ne ĩcidamꝰ in latrones
sensuũ appetitus: nec spoliemur gratuitis. nec
vulneremur in naturalibꝰ: sacerdos ⁊ leuita su
perior: ⁊ inferior portio rõnis nõ descẽdãt: eadẽ via con:
sentiendo in peccatũ: sed potius ascẽdãt sursum. Sama
ritanꝰ vero gratia predestinationis secus nos appropiet
nobis: vulnera peccatorũ liget. infundẽs oleum. spem ve
nie et vinũ. timorẽ iusticie imponat in iumentũ. ordinan:
do rationẽ supra sensualitatẽ: ducat in stabulũ in cõside:
ratione peccatorũ: altera die resurrectionis det duos de
narios: stolam anime ⁊ corporis. Amen.

De penitentia marie Magdalene. Ca. lx.

Post hec ascendit iesus de
galilea in iudeã. vbi quidã [de phari:
seis] .s. symon leprosus volens se iusti Luce. vij.
ficare / et de iusticia iactare: rogauit
dñm iesum [vt cum illo mãducaret]
Cuius tamẽ simulatam iusticiam be:
nignꝰ medicus nõ vitauit: sed magis
curare voluit [⁊ ingressus domũ pharisei discubuit]. Le Mãducã:
gitur autẽ christũ manducasse cum publicanis et pctõri di cũ pec:
bꝰ vt eos ad penitẽtiã ꝓuocaret: sicut qñ in domo Mat catoribus
thei cũ publicanis comedit. Itẽ cũ iustis eũ diligẽtibꝰ: ratio.
vt eoꝝ amorẽ ⁊ deuotionẽ nutriret ⁊ augeret / sicut diciẜ
de martha ⁊ maria. Itẽ cũ cognatis ⁊ pauperibꝰ. vt eo:
rum inopiã suppleret: sicut habeẜ de nuptijs vbi aquam
in vinum vertit. Item cum phariseis superbientibꝰ / vt
eorũ superbiam reprimeret: et eorum vitia argueret: sicut

in hoc loco facit. Aliquã etiã humiliter ⁊ cũ gratiaꝝ actio
ne cũ inuitabat᷑ recipiebat ꝓ loco ⁊ tpe ex pauptatis amo
re: quia pauper erat: ⁊ de huius mundi substãtia paꝝ ha
bebat. Non immerito talis et tantus hospes est inuitan:
dus: ⁊ cũ se inuitat libentius suscipiendus: veniunt enim
oĩa bona pariter cum illo. Audiens autem hoc Magda
lena que iam forte ipsum predicãtem audierat: tacta do:
lore cordis intrinsecus pro peccatis suis: et de eis plene
et perfecte contrita: amoriscꝫ eius igne accensa: cum ala
bastro. i. tali vase vnguenti perrexit ad locum cõuiuij. vt
Alaba:strũ qd est — enĩ dicit Beda. Alabastrũ est gen⁹ marmoris cãdidi: va
rijs coloribus intertincti: quod ad vasa vnguentaria ca
uare vti solent: eo ꝙ optime seruare incorrupta dicatur.
Iste phariseus qũcꝫ in euangelio symon leprosus dicit᷑/
cuius lepra non sine causa memoratur. vnde Chry. Nõ
simpliciter aũt lepre symonis meminit euãgelista: sed vt
ostendat vt cõfidens accessit hec mulier: qꝛ enim lepra vi
debat᷑ valde imunda esse passio ⁊ abhomiabilis: vidit au
tẽ ꝙ iesus curauerat illũ hominẽ cõfidit: qm̃ ⁊ anime ei⁹
imundiciã facile expurgabit. hec chry. Et cũ mulier ad
locũ ꝑuenisset facie inclinata/ ⁊ oculis in terrã demissis
ante cõuiuas transiens: non quieuit donec ad iesum ꝑue:
niret: ⁊ tũc illico retro ad pedes ei⁹ ꝓstrata: qꝛ se antepo
nere nõ audebat pre pctõꝝ suoꝝ verecũdia/ ⁊ ꝓcumbẽs
vultu sup pedes ipsos cũ quadã cõfidentia: qꝛ iam incẽ:
se ⁊ sup oĩa eum diligebat: ⁊ in eius amore ardebat: cepit
fortiter fletibus ⁊ singultib⁹ abundare: ac lachrymis lar
giter decurrẽtib⁹/ pedes dñi balneare ⁊ lauare. vñ patet
Cõtritio magdalene. — magnitudo contritionis/ ex qua lachrymas penitentie
sanguinem cordis fundens: tantũ fleuit ꝙ pedes vni⁹ ho
minis lauare potuerunt: tandem a fletu cessans/ capillis
suis pedes iesu lotos extersit/ et amore crescente oscula:
bat᷑ eos sepe dulciter ⁊ amãter: nec de hoc satiari potuit.
Et qꝛ ꝓpter itinera squalidi ⁊ lassi erãt: eos etiã vnguẽ
to precioso vngebat ad refrigeriũ caloris ⁊ mitigationẽ
doloris ex labore itineris. Et hec quidẽ q̃ dicta sunt age
bant᷑ exterius: que vero reuoluebat eius intentio multo
feruentiora erant: que solus deus inspiciebat. vñ Grego.
nicenus. Indignitatẽ aũt suã ostendens stabat post ter:
gum deiectis luminib⁹/ ⁊ effusa coma pedes amplectẽs:
lachrymiscꝫ eos ꝑfundẽs rebus tristẽ animũ ostẽdebat
veniã implorans. hec Grego. In eo ergo ꝙ mulier retro
stat deuotio ⁊ hũilitas agnoscit᷑: in eo vero ꝙ lachrymis
pedes rigat vera penitẽtia ⁊ cordis cõpunctio demõstra
tur. Et qm̃ easdẽ lachrymas capillis tergẽdo abscõdit
⁊ dolet: sese de illis nõ esse ostendit qui opera sua faciunt
vt ab hoĩbus videãtur: ĩ osculo/ pacẽ/ amorẽ/ ⁊ dilectio:
nem monstrabat: in vngendo vero cordis intima blãdi:
menta: et deuoti obsequij affectionem significabat. Per
alabastrum pect⁹ ⁊ cordis secretariũ plenũ fide ⁊ chari:
tate possum⁹ intelligere: tale enĩ alabastrum huiusmodi
Penitentia magdalene. — vnguentũ cõsueuit seruare. vbi Gre. Cogitanti mihi de
penitẽtia marie: flere magis libet q̃ȝ aliquid dicere. Cui⁹
enĩ vel saxeum pectus ille huius peccatricis mulieris la
chryme ad exemplũ penitendi nõ emolliãt: considerauit
namcꝫ quid fecit/ ⁊ noluit moderari qd faceret. Sup cõ:
uiuantes ingressa est: nõ iussa venit: inter epulas lachry:
mas obtulit. Discite quo dolore ardet: q̃ flere ⁊ inter epu
las nõ erubescit. Sed quia turpitudinis sue lachrymas
aspexit: lauãda ad fontẽ misericordie cucurrit: cõuiuan:
tes nõ erubuit. Nam quia semetipsam grauiter erubesce
bat: intus nihil esse credidit quod verecundaretur foris.
hec Greg. ¶ Mystice pedes dñi corporis sunt pauperes:
qꝛ sunt iferior pars corporis mystici ꝑ deiectionẽ/ ⁊ cru
ci affixi per afflictionẽ. Diues ergo ⁊ peccator volẽs ob:
tinere veniã in ꝑ̄senti: ⁊ regni qđ pauperũ est gl̃iam in fu
turo: debet secus pedes istos stare ꝑ familiaritatis exhi:
bitionẽ/ ⁊ amicicie acq̃sitionẽ: lachrymis rigare ꝑ cõpas
sionẽ: capillis extergere squalorẽ pauptatis: et refouere
per tẽporaliũ q̃ per capillos designant᷑ cõicationẽ et mi:
serie releuationẽ: osculũ dare ꝑ affabilitatẽ/ ⁊ blandã al:
locutionẽ. fraternitatiscꝫ amorẽ: vnguẽto vngere ꝑ mise
rendi hilaritatẽ: et cordis benigni dulcedinem/ ac conso
lationis suauitatẽ. Aliter eñ ſm Aug. nõ possunt diuites
dicere cõpetenter pater nr̃: nisi se fratres pauperũ cogno
scãt. Sed heu multi faciunt his cõtraria: ⁊ ergo cũ pha:
riseo/ nec gratiã merent᷑/ nec gloriã. vñ Greg. Nos ergo
nos illa mulier expressit: si toto corde ad dñm post pecca
ta redeamus: si ei⁹ penitẽtie luct⁹ imitemur. Quid autem
vngendo nisi bonus odor opinionis exprimit᷑? Si igit᷑
recta opera agimus quibus opinionis bone odore eccle
siam respergimus: quid aliud in dñi corpore nisi vnguẽ:
tum fundimus? Cõtra pedes dñi stetim⁹/ cum in pecca:
tis positi eius itineribus renitebamur. Sed si ad verã pe
nitentiã post peccatũ cõuertimur/ iã retro sec⁹ pedes sta
mus: qꝛ ei⁹ vestigia sequimur quẽ ĩpugnabam⁹. Lachry
mis mulier pedes rigat: qđ nos quocꝫ agimus: si q̃buslĩ:
bet vltimis mẽbris dñi per compassionis affectum incli
namur. Capillis pedes dñi tergim⁹/ qñ sanctis ei⁹ qui:
bus ex charitate cõpatimur: etiã ex his q̃ nobis supfluũt
miseremur. Osculatur mulier pedes quos tergit. qđ nos
quocꝫ agim⁹ si studiose diligim⁹ quos ex charitate cõti
nem⁹. Hec Greg. Per hanc ergo mulierẽ peccatricẽ ad — Penitẽs contraria faciat.
dñi pedes accedentẽ significat᷑ q̃libet ꝑsona vere de pec
catis penitẽs/ ⁊ contrita: ad qđ requirit᷑ ꝙ sicut deũ offẽ
dit per culpã: ita ei seruiat per penitentiã. ſm illud aplĩ. — Rom. vj.
Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire imũdicie/ et ini:
quitati ad iniquitatẽ: ita exhibete nunc seruire iusticie in
sanctificationẽ: ⁊ sic fecit mulier hec penitens. vñ Greg.
Liquet fratres ꝙ illicitis actibus prius intenta vnguen
tũ sibi ꝓ odore sue carnis adhibuit. Quod ergo sibi tur:
piter exhibuerat: hoc iã deo laudabiliter offerebat. Ocu
lis terrena concupierat: sed hos iam per penitentiam cõ
terens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhi:
buerat: sed iam capillis lachrymas tergebat. Ore super: — Holocausta magdalene.
ba dixerat: sed pedes domini osculans hoc in redempto
ris sui vestigia figebat. Quot ergo ĩ se habuit oblectamẽ
ta: tot in se inuenit holocausta. Conuertit ad numerum
virtutum numeꝝ criminũ/ vt totum seruiret deo in peni:
tentia quicq̃d ex se deum contẽpserat in culpa. hec greg.
Cõsimile inducit. Hiero. de beata paula. dicẽs. Cumcꝫ — Paule penitentia.
a nobis crebrius moneret᷑ vt parceret oculis: vt eos euã
gelice seruaret lectioni/ aiebat. Turpanda est facies quã
contra dei preceptum/ purpuri/ ⁊ cerusa ⁊ stibio depinxi
Affligendũ est corpus quod multis vacauit delicijs: lon
gus risus perpetuo compensandus est fletu. Mollia lin:
theamina et serica preciosissima asperitate cilicij sunt cõ
mutanda. Que viro et seculi placui: nunc christo place:
re desidero. hec Hiero. Hinc ergo habem⁹ quomodo fa
cienda sit penitẽtia. In quo enim quis peccat/ in eodem — Penitentie agende forma.
per cõtrariũ penitentiam agat. Verbi gratia. Peccasti
nimis potando: penitentiam age a potu abstinendo. Qui
nimis comedisti vel preciosiora: ieiuna et comede vilio:
ra. Et sic de alijs suo modo. Cõspice igitur bene hãc mu
lierem/ et eius deuotionem: et super his morose medita:
re: quia factum hoc sollẽne fuit valde. Cõspice etiam do
minum iesum q̃ȝ benigne eam suscipit/ et q̃ȝ patienter su:
stinet quicquid facit. Cessat et quiescit a comedendo/ do
nec negocium compleatur: cessant ⁊ cõuiue ⁊ omnes sup
hac nouitate mirantur. Sed [phariseus qui eum vocaue
rat] non tamen inuocauerat quod meli⁹ fuisset: fallaciter
iustus/ ac de falsa ⁊ putatiua iusticia veraciter superb⁹:
nullacꝫ cõpassione nature motus/ ⁊ sue fragilitatis obli:
tus: de hoc murmurans [ait intra se] contrã suum hospi:
tem murmurãdo dicẽs. [Hic si esset ꝓpheta] ver⁹ sciẽs
occulta [sciret vticꝫ q̃] in ꝑsona [⁊ qualis] in vita [est mu
lier q̃ tangit eum] ⁊ per consequens non permitteret se tã
gi ab ea [quia peccatrix est] ⁊ ideo vnguẽtum eius vita:
re deberet. Egram reprehẽdit de egritudine que potius
erat commẽdanda: quia languoris sui remedium quere:
bat opud tantum medicũ/ quẽ etiam reprehendit de sub
uentione: de qua gratiarum actiones erant referẽde: qui
ipse quocꝫ de elatiõis vulnere egrotabat: et ideo nec me:
dicum pro subuẽtione requirebat. Nescis pharisee stul:
te: nescis nuper te mundauit a lepra quem modo non cre
dis esse prophetam. Et propheta quidem est/ et optime
scit: quia peccatrix est mulier que eum tangit. Ad hoc eñ
ipse venit: ad hoc ipse de celis descendit. Non enim ve:
nit vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam: hoc ip
se testatur/ ei⁹ verba sunt hec. Non horret ergo peccato: — Mat. iiij.
res q̃ ꝓ peccatoribus factus est homo. Igitur ſm Gre:
goriũ. Necesse semper est vt cum peccatores quoscꝫ con — Pctõre viso flẽdũ nobis.
spicimus nosmetipsos pri⁹ in illorum calamitate defle
mus: quia fuisse in similibus aut lapsi sum⁹: aut labi pos:
sumus si lapsi non sumus. Per istum phariseũ qui chri:
stum notauit de ignorantia: et mulierem de immundicia

significatꝛ hypocrita de falsa iusticia presumēs et alios
contēnens.qꝛ ſm Greg.vera iusticia cōpassionē habet/
falsa vero indignationē:ꝓpter qꝺ iste phariseꝰ arguitur
de pietatis omissione in modicis respectiue:et mulier cō
Cogitationē nouit dñs. mendatur de maioribus valde. Vñ dñs iesus non verba
pharisei audiens: sed cogitationes inspiciens/ respōdit
cogitationi eiꝰ ad confutationē illiꝰ:per hoc eñ ꝙ ad eiꝰ
respōdit cogitationem ꝗ soli deo est nota:ostendit se plꝰ
ꝙ̄ prophetam/⁊ dñm' ꝓphetarū:et ꝓposuit ei parabolā
de duobꝰ debitoribꝰ/vt cōuenientiꝰ cōcludat contra eū
ex responsione ipsius. Cum eñ de sua sententia phariseꝰ
conuincitꝛ:quasi freneticꝰ funē portat cum quo ligetur.
Isti duo debitores erāt maria deo debitrix quingētorū
denariorū:⁊ phariseus ꝗ quīquaginta debebat:qꝛ minꝰ
se peccasse credebat:⁊ iō maria plꝰ diligere d̄bebat:quia
maiorē remissionē acceperat/⁊ plꝰ diligebat:ideo maio
ra obsequia xp̄o prebebat. Exemplo igitur debitorū et
feneratoris cōuincit phariseū/ꝙ hec mulier eēt grā diui
ni amoris iustificāda:⁊ dignior amari:et peccata sibi re
mitti:que plura grata deo obtulit ī hoc facto ꝙ̄ supbus
Amoris mūdani causa. phariseus in cōuiuando:qꝛ amor in humanis plerumqꝫ
causatur ex donis ꝓcedentibus: et per ꝯsequens maior
amor ex donis maioribꝰ. Vñ dñs enumerās bōa pecca:
Pharisei defectus tres. tricis/et mala falsi iusti redarguit phariseum ex defectu
triplici:scꝫ pietatis:qꝛ nō dedit aquā pedibꝰ suis:qui tñ
erant fessi ⁊ dolentes ex labore itineris/ac lutosi/seu pul
uerizati:eo ꝙ incedebat sine calciamētis. Unde titꝰ qua
si dicat. Facilis est vsus aquarum/nō est facilis lachry:
marū effusio:tu prōptis non es vsus:hec effudit nō prō:
pta:lauās lachrymis pedes meos/lauit lachrymas ꝓ:
prias. Secūdo redarguit ex defectu charitatis:qꝛ nō de
dit ei osculū:qꝺ est signū amicitie et dilectionis. Tertio
ex defectu hylaritatis: que designatꝛ in noīe olei:quo nō
vnxit caput eiꝰ:tria eñi predicta faciebāt olim suis ho:
spitibꝰ ꝗ pmo dabāt osculū in signū securitatis: deinde
lauabāt pedes ꝓpter laborē itineris:postea vngebāt ca
put vnguentis refrigeratiuis cōtra estū caloris. Et pre
dicta tria scꝫ charitas/pietas/⁊ hylaritas requiruntur
in hospitalitate vera et gratiosa:ex qua ad obsequiū ma
gis tenebatꝛ phariseꝰ:ꝙ̄ mulier supueniēs ab extra. Un:
de cōsidera ꝙ prefertꝛ hic deuotū obsequiū largitioni ci
bi et potus/ quos credibile est phariseum in domo sua
domino prebuisse. Hinc pōt elici argumentū/ꝙ cū susci
pitꝛ ꝗs hospitio magis meritoriū est ei benigne miſtrare
Perfectiō triplex magdalene. ꝙ̄ ipm cibum et potū exhibere. Et ecōuerso laudat dñs
mulierē de triplici pfectione defectibus pharisei opposi
ta prout clare patet in littera. Ex factis ergo mulieris
apparet ꝙ dominū multum dilexit:et ideo veniā repor:
tans iustificata fuit:propter qꝺ et ex peccatis multis si:
bi dimissis magis ī amore eius exarsit. Unde volēs dñs
mōstrare ꝙ oīa in dilectione cōsumantꝛ dixit symoni.
⌊ Propter quod dico tibi:remittūtur ei pctā multa:qm̄
Jaco.iiij. dilexit multū⌋ charitas eñi operit multitudinē peccato:
rum. Et tu plurimū dilige vt tibi plurimū remittatꝛ:vñ
Chry. Nam qui vehemēter se ingesserunt malis:rursus
et bonis vehementer insistent conscij ad quot debita se
obligauerunt. ⌊ Cui autem minus dimittitur minus dili
git⌋ vt scꝫ tu pharisee. Sed non superbias si in paucioꝛi:
bus teneris: quia tu quoqꝫ venia eges:nullꝰ eñ pōt per
semetipm a debito peccati liberari/nisi diuina gratia ve
niū cōsequatꝛ. Igitꝛ(vt ait chryſ.) Opus est nobis feruē
ti anima:qꝛ nihil īpedit hoīem fieri magnū. Nullus er:
go constitutorū in peccatis desperet/neqꝫ virtuosus dor
Ex math. xxj. mitet. Nec hic cōfidat:sepe eñ meretrix precedet eū nec
ille diffidat:possibile nāqꝫ est eum etiā primos superare
hec Chryſ. vnde ⁊ Greg. Quid fratres mei esse dilectio:
Dilectio est ignis ꝯtra rubiginē peccatorum. nem credimꝰ nisi ignē? Et qꝺ culpā nisi rubiginē? Un:
de nunc dicitꝛ⌊ Remittuntur ei peccata multa:quia dile:
xit multū⌋ Incendit plane peccati rubiginē:quia ardet
valde per amoris ignem. Et si durū est valde quod co:
quitur : abundat tamen amoris igne quo etiā dura cōsū:
mantꝛ. Tāto nāqꝫ ampliꝰ peccati rubigo consumitꝛ/quā:
to peccatoris cor magno charitatis igne concrematur.
Ubi augu. Hic multa cōmisit:⁊ multorū debitor factus
est/ille gubernāte deo pauca commisit. Cui deputat ille
quod dimisit huic:⁊ iste deputet quod non cōmisit. Nul
lum est eñ pctm̄ qꝺ facit homo/qꝺ nō posset facere et al
ter homo:si desit rector a quo factus est homo. Unde et
Ex psal. xciij. Bern. Quis non videat ꝙ sicut in multa pctā cecidi/sic
et in multa alia cecidissem/nisi oīpotētis pietas seruas:
set? Fateor ⁊ fatebor:nisi quia dñs adiuuit me:paulomi
nus habitasset in inferno aīa mea:videlicet cecidisset in
omne pctm̄ aīa mea.¶ Mystice fenerator iste deū signifi
Peccator nō est soluendo. cat:qui pro culpa penā:⁊ pro donis grārū meritū bono:
rū exigit. Debitores dici possunt maria et phariseꝰ ꝙ̄tū
ad ꝓpositum:vel populus gētiū ⁊ iudaicꝰ:vel peccator
notorius ⁊ occultus. Uel clericus et laicus:et sic duo de
bitores sunt duo populi/vel duo status peccatorū. Pri
mi debent quingentos denarios:quia plus peccant. Se:
cundi quinquaginta:quia minus. Sed nō habent vnde
reddāt:qꝛ nullꝰ ꝓdictorū potest absolui ꝓprijs viribus
absqꝫ gratia:⁊ iō donat vtrisqꝫ.i.donum gratuitū dat ꝑ
qꝺ eis debitū dimittit: nō eñ sine dono dei gratuito fit
culpe remissio⌊ Dixit aūt dñs ad mulierē:remittuntꝛ tibi
peccata⌋ scꝫ non solū ꝙ̄tū ad reatū ⁊ culpā:sed etiā ꝙ̄tū
ad reatꝰ penā:et hoc fit ex vehemēti amore dei/⁊ horro
Munera ī magdalenā collata. re peccati preteriti. O felix maria/cui tot dantur mune:
ra. Nā primo datꝛ ei peccatorū remissio vt hic dicitꝛ. Se
cūdo fit spūaliter familiaris dño: vt in sequēti capitulo
subditꝛ. Tertio fit ei dñice resurrectōis prima apparitio
prout infra de resurrectione dñi narratꝛ. Et accūbentes
simul cum dño⌊ dicebāt intra se⌋ in corde suo. ⌊ Quis ē hꝭ
ꝗ etiā pctā dimittit?⌋ Hoc dicebāt:qꝛ hūanitatē exteriꝰ
apparentē ꝗ nō pōt pctā dimittere tm̄ videbāt. Sꝫ dñs
cogitatiōes eoꝝ paruipēdēs dixit ad mulierem⌊ Fides
tua⌋ id est a deo tibi infusa⌊ te saluam fecit⌋ qꝛ ista fides
charitate formata fuit: ⁊ ideo habētē dignū vita eterna
fecit ſm Greg. Fides eā saluā fecit:qꝛ hoc qꝺ petijt pos:
se accipere nō dubitauit. Spē eñ iā ab illo acceperat a
ꝗ salutē querebat⌊ Uade in pace⌋.i.in quiete ⁊ cessione a
vitijs:nō discordādo a grā tui amoris. In pace ire ꝓci:
pitꝛ/vt in veritatis itinere pseueret/⁊ ab eo in via scāda:
li vlteriꝰ nō declinet. vñ Theophilꝰ. Postqꝫ autē ei pec
cata dimisit nō sistit in remissiōe pctī:sed adijcit opatio:
nē boni. Vñ subditꝛ⌊ Uade in pace⌋.i.in iustitia. Nam iu
stitia est pax hoīs ad deū:sicut pctm̄ est inimicitia inter
deū et hoīem. Quasi diceret. Opare oīa ꝗ ad pacē dei te
ducūt. Hec theophilꝰ. In hꝭ ergo ꝙ dicitꝛ⌊ vade ī pace⌋
notatꝛ ꝙ ipa iuit sollicite ꝑ bona opa:⁊ ꝙ ipsa habuit pa:
cē in cōsciētia. O verbū delectabile et suaue:ꝙ̄ libenter
id magdalena audiuit/⁊ ꝙ̄ iocunde recessit/⁊ pfecte ad
deum conuersa/deinceps honeste ⁊ sancte vixit/ac do:
mino iesu ⁊ matri eiꝰ pseuerāter adhesit. Et bene ait.in
pace post remissionem pctōrū:qꝛ iustificatꝭ est pax cum
conscientia nō remordet:sed nō est pax impijs ⁊ existen
Charitas pacifica ē deo precipue offerēda. tibꝰ in peccatis. Hic habes aperte ꝙ charitas reformat
pacem inter deū ⁊ peccatorē. vñ et beatꝰ Petrꝰ dicit ꝙ
charitas operit multitudinē peccatorū. Sine qua profe
cto impossibile est placere deo: cū qua sine dubio placet
quicqꝫ.⁊ ideo hanc precipue debemꝰ deo referre. vnde
Ambro. Cū nihil est qꝺ digne referre deo possumꝰ:qꝺ
enim referamus ꝓ suscepte carnis iniuria? Quid ꝓ ver:
beribus? Quid ꝓ cruce?obitu.sepultura. Ue mihi si nō
dilexero. Audeo dicere non reddidit petrus ⁊ ideo plꝰ
dilexit. Non reddidit paulus. Reddidit qdē mortē pro
morte:sed alia non reddidit:qꝛ multū debebat. Redda:
mus licet crucem pro cruce:funus ꝓ funere:nūquid red
dimus:quia ex ipso/⁊ ꝑ ipsum/et in ipo habemus oīa?
Reddamꝰ ꝗ̄ amorem ꝓ debito:charitatem pro munere:
gratiā pro sanguinis precio. Plus enim diligit cui do:
natur amplius.hec Ambro. Nemo ergo desperet: nemo
de dei misericordia diffidat. Clemens est dominus ꝗ ex
corde conuersis tam facile miseretur. Unde si quid con:
fessio et lachryme possunt/videre vis:vide quid fides ⁊
dilectio operatur. Paruo temporis spacio iustificata
est mulier:⁊ ab omni peccato mundata:que vniuersis vi
tijs plena:⁊ tam peccatrix fuerat vt eam phariseus vide
re dedignaretur. Hanc igitur imitās peccator peccata
nunc defleat/vt eius lachrymas quandoqꝫ deus abster
gat. Nam vt ait Ber. Felices lachryme quas benigna
manus conditoris absterget:⁊ beati oculi qui in talibꝰ
liquefieri fletibus potius elegerunt/ꝙ̄ eleuari in super:
bia:ꝙ̄ omne sublime videre:ꝙ̄ auaricie petulantia famu
lari. vnde et Chryso. Sicut autem vbi vehemens hym:
Lachrymarū vtꝰ. ber ꝓrumpit fit serenitas/sic lachrymis effusis apparet
trāqllitas/⁊ parit caligo reatū. Et sicut ꝑ aquā ⁊ spiri:

tum purgamur/sic p lachrymas et cōfessionē denuo mū damur. Ubi Ansel. Jam nunc īgredere domū pharisei: recūbentem ibi dominū tuū attende: accede cū benignis sima peccatrice ad pedes eius: laua lachrymis: terge ca pillis: demulce osculis: foue vnguentis. Nonne iā sacro liquoris illius odore pfunderis. Si tibi adhuc suos ne gat pedes: insta/ora/ꝛ grauidos lachrymis oculos at tolle: tuisqȝ suspirijs inenarrabilibusqȝ gemitibus extor
Ge.xxxij. que qđ petis: luctare cū eo: sicut iacob vt ipse se gaudeat superari. Uidebitur tibi aliquando ꝙ auertat oculos: ꝙ aures claudat: ꝙ desideratos pedes abscōdit. Tu ni
Abacuc.j. hilominus insta oportune: importuneqȝ clama: vsqȝquo clamabo ꝛ non exaudies. Redde mihi iesu bone letitiā salutaris tui: quia tibi dixit cor meum: quesiui faciē tuā: faciem tuam requiram. Hec Ansel. Nullus ergo pecca tor debet de clementia dei desperare: quia presto est cun ctis debita relaxare/ꝛ penitētes ad regnū celoꝝ reuoca re. Istud deus per manassem regem israel olim prefigu rauit/quem propter penitētiā ad gratiā reuocauit. Ma
iiij.Reg. xxj. nasses infinitis deū offenderat. Esaiam ꝙ eum de pecca tis suis redarguit: serra lignea per mediū desecari fecit: et tot pphetas ipm arguētes trucidauit/ꝙ plateas hie rusalem sanguine pphetarum purpurauit. Tandem ab hostibus est captus/ꝛ in exiliū deduct⁹/carceri deputa tus vbi cepit penitere/ꝛ ex corde scelera sua deflere. Et
In orōne ei⁹ in fine scđi pali po. cum lachrymis orauit dominum: dicēs. Peccaui domi ne super numerū arene maris: ꝛ iam nō sum dignus vide re celi altitudinē ppter iniquitatū mearū multitudinē. Misertus dñs penitentiā eius acceptauit. Nā de capti uitate eū liberauit/ꝛ in regnū suū in hierusalem reuoca uit. Per hunc peccator designatur/ꝙ pphetas dñi ips arguētes cruciat: quādo pdicatores ꝛ doctores audire recusat. Et qđdiu talis pseuerat in peccato mortali/ tan diu est in captiuitate dyaboli: si autē ex corde egerit pe nitentiam: deus paratus est eum suscipere ad gratiam.
ij.Reg.xj. Hoc idē pfiguratum fuit in rege dauid qui adulterium et homicidium perpetrauit. Cuqȝ redargut⁹ a nathan
ij.Reg.xij peccaui diceret: statim natam respondit. Dñs transtulit peccatum tuū: id est dimisit. O qȝ magna est pietas dñi: et qȝ ineffabilis qui nullū penitentē despicit cuiuscunqȝ conditionis. Non ergo ppter immanitatem peccatorū nostrorum desperemus: quia diuersos testes diuine mi sericordie habemus. Neqȝ vltra peccatis seruiamus: qꝛ magnam dignitatem amittunt miseri homines seruien do peccatis quodāmodo: carnis voluptates: et concupi scentias quidam aspirando honores/ꝛ excellētias: qui dam pertinaci studio querentes mūdi facultates ꝛ diui tias. Et quia pauci sunt hodie qui istū trinarium nephā dum non sequantur/certe miseri merito dicuntur: qꝛ il lis rebus ꝙ eis deberent seruire ꝛ obsequi: seruiunt ꝛ ob sequūtur. Tales proculdubio seruiles ostendūt nō nobi
Diogenes in dolio ia cens ꝛ ale xander magnus. les: non dños: sed potius garciones et seruos. Exemplū de diogene. de quo legit ꝙ cū quadā vice ratiōe sue emi nentis scientie ꝛ sapientie imperator eum visitaret: phi losophus ei assurgere noluit: quod vidēs imperator ira cūdia motus retrocessit: veneruntqȝ serui eius et dixerūt ad eum. Domine quare sic agere voluisti? Non modicū te imperator honorabat: quia te pauperem talis ac tan tus visitabat: tu vero econuerso ipsum inhonorasti: quia ei assurgere noluisti. Quibus respōdit. Non decet digni tatem meam vt seruo serui mei reuerētiam faciam. Ser
Mūdus nobis serui re debet. uit iste seruo meo scilicet mūdo qui mihi seruit: eo fact⁹ est vt mihi seruiat. Igitur non decuit me signum alicu ius reuerentie sibi exhibere. Bene dominabatur iste mū do et imperabat bene: nature sue dignitatem et presiden tiam obseruabat. Oratio.

O Iesu bone spes penitentium: qui marie pecca trici ad tuos pedes flenti/ꝛ eos lachrymis ri ganti capillis tergenti: labijs osculanti: pieta tis signum aperiens peccatorum veniam tri buisti: ne despicias iesu misericors me peccatorē ad cle mentie tue vestigia puolutum: rigantem lachrymis inti me compunctionis: osculantem labijs deuote oratiōis: ꝛ fac me audire vocem tuam pietate ꝛ clementia/suaui tate/ꝛ misericordia plenam quam audire meruit ꝛ ipsa: vt dimittantur mihi peccata mea multa per tuam gra tiam et ipsius merita. Amen.

De ministerio marthe: ꝛ ocio marie. Ca.lxj



ꝛ ab oī mēdacio abstine:q2 in quolibet xp̄iano debet eē
veritas tanto:vt inter iuramentū ꝛ simplicē affirmatio
nem nulla sit differentia. Et q2 solent innocētes anteq̄
subeāt iudiciū passionis expetere iudiciū examinatiōis
ideo dñs noster sciēs iudeos in mortē suā cōspirasse iu
diciū examinationis ab eis expetijt:ad ostendendā suā
innocentiā/ꝛ iudeorū maliciā:ꝛ ad conuincēdā aperti⁹
eoꝝ iudiciariā iniustitiā. Quis enim vltro mortem pa
ti voluerit:ipse tñ xp̄s suam innocentiā oīb⁹ manifestā
esse voluit. Vñ dicit Quis ex vobis corā quib⁹ palam
docui/ꝛ miracula feci arguet ꝛ reprehēdere potest me
de peccato.q.d.vos vultis me interficere:ostēdite pctm̄
quo meruerim mortem:qđ si nō poteritis manifestū erit
ꝙ me innocenter occiditis. Fm Greg. Pensanda ē man
suetudo dei qui venerat peccata relaxare:q2 nō dedigna
tur ex rōne ostēdere se pctōrē nō esse:q̄ etiā ex vtute diui
nitatis poterat pctōres iustificare. Et idō cū nō possitis
me de pctō arguere si id est q2 veritatē dico vobis:qm̄
sc3 dico me filiū dei:quare vos nō creditis mihi/ꝛ i me
ex quo nō sum peccator sicut ceteri. Et subdit cām dicēs
Qui est ex deo nō natura:sed fide:nō ore:sed amore:et
per cōformitatē volūtatis verba dei audit et hoc aure
cordis/nō solū corporis:audit ea libēter ꝛ amat:q2 q̄libet
libēter audit doctrinā ad quā affectū habet:quia quasi
Verba dei audiē: do ex deo sumus.
connaturalis est. Ille eñ qui veraciter in deū credit/ac
veraciter deum timet/ꝛ diligit:dei verba libenter audit.
Qui vero nō habet fidē nec amorē sicut iudei erant:ver
ba dei audire nō possunt. In his verbis dñi vnusqsqꝫ cō
scientiā suā ꝓbare pōt vtrū ex deo sit an nō:q̄ enim ver
ba dei et celestē patriam desiderare:carnis desideria et
mundi gloriā cōtēnere:aliena nō appetere:ꝛ ꝓpria lar
giri:ꝛ alia hmōi iubētis libēter audit/ꝛ libētius opere
complet:nullo modo se ex deo esse dubitet. Qui vero ve
cors et durus ṽba dei audire cōtēnit:vel si hoc aure cor
poris audierit:ꝛ tñ nullo studio/vel labore in opus mit
tere conatus fuerit:ꝑfecto se ex deo nō esse ostendit. Et
tales erant isti qb⁹ ꝯcludēdo a dño hic dicit Propterea
vos non auditis i.nō recipitis verba dei ex ore meo/et
mihi nō creditis q2 ex deo nō estis ꝓpter vitiū quod a
deo nō est:sed a dyabolo suggerit/ꝛ a mala volūtate ꝑfi
citur:ꝛ q2 nō estis ex deo nō habētes fidē nec amorē:se
quit ꝙ sit ex dyabolo:nō p creationē/sed p imitationē
vñ Aug. Cū dicit ex deo non estis:noli attēdere naturā
sed vitium:ex deo quidem sunt fm naturā:s3 ex deo non
sunt vitio ꝛ praua affectione. Est autē fm Greg. triplex
gradus male affectorū. Nam sunt nōnulli q̄ p̄cepta dei
nec aure corporis.i.exteriori auditu percipere dignant
q̄dā ṽo pcipiūt:s3 nullo mētis desiderio cōplectunt:nō
habētes volūtatē implendi q̄ audiūt:quidā aūt libēter
audiēdo cōpūgunt:sed post lachrymas tribulationib⁹
pressi aut delicijs allecti ad iniquitatē reuertunt:hi ꝑfe
cto ṽba dei nō audiūt:q2 exercere in opere cōtēnūt:licet
ergo oēs sint filij dei p naturā:illi tñ ex dyabolo per vi
tiū sunt q̄ ṽba dei nō diligūt. Qui vero ex deo generatio
nis adoptione renati sunt audiūt verba dei ꝛ custodiūt
Dū terra est sub tecto ꝛ nō copluta latet quos fruct⁹ sit
ferre apta:sed si est sub aere nudo ꝛ compluta:patet qs
fructus veniat ex ea. Igit si diuin⁹ sermo sit tibi grauis
et quasi sarcinat aures:time ne sis ꝑscit⁹ cum iudeis qs
imber verbi compluit:ꝛ ipsi spinas ꝛ tribulos exercue
runt:quo patuit ꝙ terre maledictio proxima erat quam
ignis deuastare debuit. Et quia iudei cōuicti sunt nō eē
Cōuictoꝝ de pctō modus.
filij abrae vel dei:sed dyaboli:ideo nescientes contradi
cere veris:cōtradicūt iniurijs ꝛ ingerūt cōuitia:quia re
sistere nō possunt ex veritate aliq̄:modus eñ hoīm q̄ ne
sciūt rōnabiliter respōdere est ad cōuitia se ꝯuertere:et
ideo iudei non habētes quid rōnabiliter xp̄o responde
rent ad cōuitia se conuertunt. Vñ contradicentes dicūt
eum samaritanū esse/ꝛ demoniū habere:licet eñ xp̄s es
Samaritan⁹ cur vocat⁹ xp̄s
set genere iudeus ꝛ nō samaritan⁹:tñ vocant eū samari
tanū ex causis pluribus. Samaritani eñ qui erant gen
tiles iudeis infesti/ꝛ odibiles erant/eo ꝙ terrā eoꝝ pos
sidebāt:et ideo vulgare erat apud iudeos ꝙ homies ma
los et eis odibiles etiā si iudei essent vocabāt samarita
nos:talis aūt erat xp̄s fm opinionē eoꝝ quē credebāt
arguere eos ꝓpter odiū:ideo vocabāt eū samaritanū/
et quasi aduersariū. Vel q2 samaritani partim legem ser
uabant/ꝛ partim nō seruabāt:videntes iudei xp̄m i ali
quo legē seruantē/ꝛ in aliquo dissoluētē/vocabāt eū sa
maritanū quasi a lege diuina alienū:vel a samaritanis
cū qb⁹ cōuersat⁹ erat eū samaritanū quasi peccatorē vo
cabāt:q2 peccatores illos reputabant/nec eis couti vo
lebāt. Dicebāt etiā eū demoniū habere ꝓpter mirabilia
Demoniū hr̄e dr̄ saluator.
q̄ faciebat q̄ magicis artib⁹ imputabāt:vel q2 cogitatio
nes ꝛ secreta eoꝝ reuelabat ꝛ frequēter dicebat:quod
demoni attribuebāt/cui tñ cordiū occulta sunt abscōdi
ta. Vel q2 aliqñdo quedā alta ꝛ subtilia loq̄bat que nō
intelligebāt:credebāt ꝙ quasi demonio plen⁹ loqueret
ꝛ eū arrepticiū reputabāt. Dñs autem hic sicut et vbiqꝫ
ad patientie ꝛ māsuetudinis exemplū nos prouocat:q2
mansuete iniuriā declinat. Accepta iniuria nō irascitur
neqꝫ cōuitijs cōuitia reddit.ꝛ(vt dicit Petr⁹)cū male
j.Pe.ij.
diceret nō maledicebat. Et attende ꝙ licet dñs iudeos
Respōsio xp̄i semp mollis.
sepe docendo vel corrigendo dure ꝛ aspere reprehende
rit:tamen dura verba vel facta inferentibus nunq̄ vel h̄
vel alibi dure vel aspere respondit. Erudiens nos fm
Chry.que ad deū pertinent vindicare:que vero ad nos
despicere:vnde cū in veritate eis respondere posset vos
Mala ꝓximi tacenda.
demoniū habetis:tñ noluit:sed malū qđ i eis eē cogno
uit patiēter tacuit:imitabilē nobis patiētiā ostendēs vt
quotiens a ꝓximis iniurias patimur eorū etiā vera ma
la patienter taceam⁹:ne forte talis correptio nō ex dile
ctione:sed ex odio nata videat. In his ergo(fm Greg.)
supbia nostra cōfunditur:que si exagitata vel leuiter fu
erit atrociores iniurias reddit q̄ acceperat:facit mala
que potest/ꝛ minatur facere que nō pōt. Duo quippe ei
illata fuerant:vnū negauit:ꝛ aliud tacēdo cōsensit. Ta
cuit qđ recognouit:et patiēter repulit quod dictū falla
citer audiuit. Demoniū se nō hr̄e respōdit:sed tñ sama
ritanū nō esse negauit. Nā eñ samaritan⁹ interpretatur
custos/ꝛ ipse precipue custos noster est:nō enim dormi
tat qui custodit israel:ideo se samaritanū esse non nega
uit. Negauit aūtē demoniū habere:dyabol⁹ eñ honori
Ps.cxx.
dei resistit:qui ergo honorē dei querit alien⁹ a dyabolo
est:ꝛ ideo xp̄s q̄ honorificat patrē suū sc3 deū demoniū
nō habet.vnde ait. Sed honorifico deū patrē meū de
clarando eius virtutē:in miraculis:ꝛ oīa ei attribuēdo.
pro cui⁹ honore vos me inhonorastis per falsa oppro
bria:ꝛ qđ virtuti diuine attribui debet demoni ascriben
do. Immo in hoc ꝙ inhonorastis me inhonorastis ꝛ pa
trē meū:qui eñ nō honorificat filiū/non honorificat pa
trē q̄ misit illū. Itē habēs demoniū qui est rex sup oēs
filios supbie supb⁹ est:ꝛ se extollit q̄rendo gloriā suam
ego aūt nō sic:nō enim quero gloriā meā sicut simu
Phil.ij.
latores qui se ostendūt ꝛ q̄rūt videri quod nō sunt. Et
vere nō querit qui semetipsū exinaniuit formā serui acci
piēs. Nō quesiuit in isto mūdo gloriā/nec vllā magnifi
centiam:venit eñ vt doceret oēm mūdi gloriā cōtēnen
dam. Sāctum homo est loquens dicit ego gloriam
meā nō q̄ro sol⁹ eñ de⁹ est qui pōt gloriā suā q̄rere absqꝫ
culpa ꝛ peccato:alij autem non nisi in deo. Sed est qui
querat veram ꝛ debitā gloriam meā ꝛ iudicet sc3 iudi
cio discretiōis.i.a gloria vr̄a humana:et fm seculum di
scernat ꝛ separet:scilicet pater meus qui me ꝛ glorificā
tes me remuner at:ꝛ vos ꝛ omnes qui me nō glorificant
dānat. Cum itaqꝫ fili⁹ dei multa signa faceret/ꝛ ṽtutes
Gloriam suā nō q̄siuit xp̄s. Joh.
multas ostēderet/gloriam suam nō quesiuit:vt nos ei⁹
exemplo instructi discamus de bono qđ agim⁹ nō glori
ari:ꝛ cū a patre omne iudiciū sibi datū esset:illatas iniu
rias patris iudicio seruauit:vt nobis insinuaret q̄tum
nos esse patientes debem⁹ dū se vlcisci non vult/ꝛ ipse q̄
iudicat. Accepta ergo cōtumelia meditemur i opere vo
cē dñi illam ego non quero gloriā meam:est qui querat
et iudicet. Et q2 fm Grego.cum malorum peruersitas
crescit:nō solū predicatio frangi nō debet/sed etiā auge
ri:ideo dñs postq̄ habere demoniū dict⁹ est predicatio
nis sui bñficia largius īpendit. In quo ostēdit magna
xp̄i benignitas:q2 illis a qb⁹ tantū receperat cōuitium
nō negauit sue doctrine bñficium.vnde dicit amē amē
.i.fideliter dico vobis:si quis sermonē meū seruauerit
nō solum fide:sed etiā vita ꝛ opere mortem nō videbit

id est nõ experiet [in eternũ] hoc est eterne mortis amaritudinẽ: sed vitã habebit eternã. Deinde ex his verbis domini volẽtes ostendere eũ habere demoniũ/ dixerũt. [Abraham mortuus est ꝛ prophete] sed fundabãt rõnẽ suã sup falsum scꝫ ꝙ xp̃s dixisset de morte tp̃ali/ cũ tñ intellexerat de morte eĩna: ꝛ post pauca subiũgit [si ego] scꝫ sol⁹ sine p̃re meo [glorifico meip̃ꝫ] scꝫ inaniter: ꝛ quero gl'am meã p̃ter regulam diuine veritatis vt vos mihi iponitis [gl'ia mea] quã dicitis meã [nihil est] ꝛ falsa qꝛ falsum est nõ ens: ꝛ nihil. Gloria mũdi nihil est: qꝛ est fumus transiẽs/ ꝛ vẽtus tumens: ꝛ ad nihil culpe ꝛ ad infernum deducẽs. Sed gloria mea est a deo patre a quo nullũ falsum põt esse. [Est em̃ pater meus] substãtialis [qui glorificat me] voce ꝛ p miraculorũ operationem: ꝛ postea glorificabit p resurrectionis ꝛ ascensionis gl'iaꝫ [quẽ vos dicitis: qꝛ de⁹ noster est] per operũ imitationẽ: sed hoc est falsum qd̃ ꝓbat dicẽs [ꝛ nõ cognouistis eũ] scꝫ p fidẽ formatã in qua ꝯsistit dei simulatio p adoptionem. Et quia dicẽtes [nũquid tu maior es patre nostro Abraã?] reputabãt dñm eo minorẽ: ideo ostendit se esse maiorẽ ꝙ̃ abraam: qꝛ abraã ab eo tanꝙ̃ a maiore bonũ redẽptionis expectat sibi ꝓmisse. vñ dicit [abraã pater vester] ꝑm carnẽ/ de quo scꝫ gloriamini credens [exultauit] in sp̃u sperãdo [vt videret diẽ meũ] itelligẽdo ꝛ cognoscendo tm̃ mysteriũ: qꝛ desiderauit cognoscere tẽp⁹ aduẽtus xp̃i: qd̃ est videre xp̃m in sp̃u: ꝛ vidit in figuris ꝛ fide diem eternitatis/ ꝛ diẽ future tẽporalis mee natiuitatis/ qñ in figura triũ angelorũ sibi apparentium cognouit trinitatis mysteriũ: ꝛ qñ dictũ est ei [in semine tuo bñdicent oẽs gentes terre: ꝛ in oblatione ysaac in loco q̃ ideo dict⁹ est dñs videt. Vt dñs fecit abraã videre occultum christi mysteriũ] [ꝛ gauisus est] propter bñficiũ a me vt a maiore sibi ꝓmissum. ¶ Ineffabili nãꝙ gaudio exultare potuit qñ ꝛ verbum apud patrẽ manens: ꝛ aliquãdo in carnẽ vẽturũ nõ de patris gremio recessurum ꝓspexit: qñ eũ de stirpe sua nasciturũ preuidit: p quẽ nõ solũ ipse saluaret: sed etiã tot⁹ mũdus redimeret/ facta ei⁹ de xp̃o repromissio impleret. ¶ Et cũ iudei solam in eo etatẽ carnis non diuinã naturã pensantes: ꝛ de ṽbis suis mirantes dicerẽt ad eum [quinquaginta annos nõdum habes ꝛ abraam vidisti] qui scꝫ ante mille annos est mortuus: quasi dicerent hoc est ipossibile: volẽs eos ab intuitu carnis ad deitatẽ trahere respondit eis [Anteꝙ̃ abraã fieret] scꝫ tp̃ali generatione [ego sum] eterna liter manens: non dicit abraã esset: sed fieret: qꝛ abraam creatura fuit: nec dicit ego fio: sed ego sum quod est verbum substãtiuũ: qꝛ nõ creatura: sed creator est oĩꝫ. Ubi ostendit ei⁹ eternitas cõiungendo verbũ presentis ego sum cũ ṽbo preteriti scꝫ anteꝙ̃ fieret: quia eternitas omni tempori assistit. Unde de⁹ sol⁹ habet esse perfectum: quia illud perfectũ est cui nihil deest extra ipsum: ꝛ ideo diuinũ esse cũ totũ simul sit/ nec qcꝙ̃ de illo preterierit/ aut futurum sit perfectissimũ est: nr̃m autẽ esse quia habet aliqd extra se imperfectũ est: deest em̃ nobis aliquid quod de nr̃o esse iã preterijt: vel qd̃ futurũ est. Quãtum ergo ad substantiam diuinitatis xp̃s est ante abraam: sed ꝑm naturã assumptã fuit post abraã. Vñ xp̃s vidit abraã oculo diuinitatis: ꝛ abraam vidit xp̃m oculo cordis fide videlicet illuminatus. At infideles insensati iudei cõsiderantes ꝙ eternitas non nisi deo ꝯuenit: ꝛ ꝙ se p eternitatẽ deũ esse ꝯfiteret ꝛ ostẽderet: istaꝙ eternitatis ṽba intelligere ꝛ sustinere nõ valẽtes/ reputabant ea blasphemiã: quodꝙ pro tali blasphemia eẽt lapidand⁹: ꝛ ideo ꝑm legis mandatũ eũ tanꝙ̃ blasphemũ lapidare volentes [tulerunt lapides vt iacerent in eum] sicut in blasphemũ ꝛ mortis reũ. Quia em̃ nõ valebant sapiẽtie q̃ loquebat resistere: nec sciebãt ṽbis ei⁹ rationabiliter cõtradicere loquẽdo: ideo cõuertẽtes se ad lapides contradixerũt corporaliter ꝓsequẽdo: ꝛ quem intelligere cuiusꝙ sermoni resistere non poterant/ eũ lapidib⁹ obruere querebant: lapides enim cordis contra veritatem ac duri ꝛ inflexibiles ad credendũ erant: ꝛ eorum animus facto eorũdem cõsonabat. vnde ad hoc significandum lex scripta est in tabulis lapideis per dñm. Ubi Augu. ¶ Tanta duricia quo curreret nisi ad lapides sibi similes. Sed dñs qui solo verbo eos superare poterat/ vindicare se noluit: qꝛ pati venerat ꝛ hostes suos: nõ potestate: sed hũilitate vincere: ꝛ ideo abscõdit se vt homo et vt

Christi dies abrae visa.
Geñ. xviij
Geñ. xxvj
Geñ. xxij.
Gaudium abrae de christo.
Lapides iudeis cõgruentes.

humilis [ꝛ exiuit de tẽplo] qꝛ cõmẽdãda erat patientia non exercẽda potẽtia [abscõdit se] non timore mortis: neꝙ impotẽtia resistẽdi eis: sed cedens furori eoꝝ vsꝙ dũ veniret hora passionis/ ꝛ docens nos furorẽ hostium qñꝙ ꝛ ꝓ tẽpore declinare [ꝛ exiuit de tẽplo] ab eis designãs dilectionẽ iudeorũ ꝛ trãsitũ ad gẽtes. ¶ Notandũ aũt ꝙ dñs aliqñ fugiebat/ aliqñ occurrebat/ aliquando se occultabat. Fugiebat quidẽ honores: vt qñ venturi erant vt facerẽt eũ regẽ: occurrebat suis crucifixorib⁹ quãdo volebat capere eũ: abscõdebat se sicut hic patet a iudeis furentib⁹/ vt occasionẽ furẽdi subtraheret ab eis Per ista tria exempla dat nobis tria salutaria documẽta: scꝫ vt fugiam⁹ mũdi ꝓspera: desiderem⁹ pro christo pati aduersa/ ꝛ vitem⁹ iurgia. Nos autem contrariũ facimus: quia honores appetimus ꝛ ꝓcuramus: aduersa fugim⁹ ꝛ vitamus/ ꝛ litigijs nos imiscemus. Cõsidera hic (vt ait Greg.) saluator[is] nostri mãsuetudinẽ ꝛ hũilitatẽ q̃ cũ potẽtia diuinitatis nutu tacite mẽtis suos ꝑsecutores posset subito in penas mortis obruere/ tãꝙ̃ pauidus hũiliter se abscondit. ¶ Hoc aũt fecit ꝓpter tria. Primo qꝛ tp̃s mortis sue nondũ aduenerat. Secundo quia tale genus mortis nõ elegerat. Tertio vt daret nobis intelligere ꝙ liceat ꝑsecutores declinare: ꝛ hoc qñ ẽ ꝑsecutio personalis: ꝑm illd̃ qd̃ dixit discipulis. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate/ fugite in aliam. Sꝫ qñ nõ est ꝑsecutio ꝑsonalis: tunc prelatis non licet fugere/ vt patet de mercẽnario ꝛ pastore. Ideo etiã abscondit se ab eis corpore: qꝛ nõ merebant eũ videre mente. vnde Greg. Illis ipsa veritas abscondit qui eius verba sequi contẽnunt: qꝛ ea quã nõ inuenit hũilitatẽ veritas fugit mentẽ. Et augu. Tanꝙ̃ homo a lapidib⁹ fugit: sed ve illis a quorũ lapideis cordibus deus fugit. ꝑm Aug. Nõ abscondit se in angulo tẽpli q̃si timens/ aut in domũculam fugiens/ vel post murum aut colũnam diuertens: sꝫ celica potestate se inuisibilem insidiantibus cõstituens p mediũ illorũ exiuit a suis tamen discipulis videbatur qꝛ illi eũ seq̃bant. Hoc ergo exẽplo suo dñs nos istruit vt locũ ire dem⁹: ꝛ vt ꝑsecutorum ac malorum seuitiam ꝙ̃tum sine fidei periculo fieri potest fugiamus. vñ Grego. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur: nisi vt etiam cũ resistere possumus/ irã superbiẽtiũ hũiliter declinemus. Quãta hũilitate irã ꝓximi fugere debeat ꝑpẽdat homo si furores irascentium abscondendo se declinauit deus. Nemo ergo se cõtra acceptas ꝯtumelias erigat: nemo cõuitijs cõuitiũ reddat. Imitatione eteni dei gloriosius est iniuriã tacẽdo fugere/ ꝙ̃ respõdendo superare. Hec Greg. Sunt autẽ multi qui iudeorũ duriciam reprehendunt: sed suam minime attendunt. vnde Gre. Et multi sunt hodie qui iudeorum duriciã detestant: quia predicationẽ dñi audire noluerũt: ꝛ tñ quales illos arguunt fuisse ad fidem/ tales ipsi sũt ad operationẽ. Precepta dei audiunt: miracula cognoscunt: sed conuerti a suis prauitatibus renuũt. Hec greg. Conspice hic dñm iesum bene ꝛ cũ vehementi dolore/ quomodo volens iudeorũ furori cedere abscondit se/ et intuere ipsum ac discipulos tanꝙ̃ imbecilles meste ꝛ inclinato capite recedere: ꝛ eis ex corde compatere. Oratio.

Domine iesu christe/ q̃ ad audiẽdũ ṽbum dei nos inuitas: doce nos cõtumelias ꝛ iniurias sufferre/ ꝓpriã gloriã nõ querere: veritatẽ viteꝰ/ ꝛ doctrine propter scandalũ vitandũ nõ omittere: ꝓpter iteratã ꝯtumeliã ꝛ iniuriã a ꝓdicatione nõ desistere. Iesu christe summa veritas/ bonitas/ iustitia/ misericordia/ largitas/ mũdicia/ sobrietas/ humilitas/ charitas/ q̃ lapidaris/ abscõderis a mendacibus ꝛ maliciosis/ iniustis/ impijs/ cupidis/ imundis/ luxuriosis/ supbis ꝛ odiosis: ne exeas a templo aĩe mee: redde me corrigibilẽ: ꝛ tecũ p oĩa ꝯcordantẽ. Amen.

Mat. x.
Ioh. x.
Abscõdendi locus ꝛ forma.

¶ De ceco a natiuitate. Capitulum. lxxxv.

Et preteriens inde iesus in exitu tẽpli [vidit hoiem cecũ a natiuitate] q̃ ibi sedebat mẽdicãs elemosynã ab ingredientib⁹ in templũ: ꝛ diligẽter intuitus est eum iesus. vt dicit Chry. Quasi vellet aliqd agere circa eum: vt ex hoc se misericordẽ ad miserũ oñderet: ꝛ discipulos in admirationẽ/ ꝛ ad querẽdũ Ioh. ix.

ꝓuocaret:⁊ ideo discipuli moti sunt ad querendum de
causa cecitatis eius dicētes [Rabbi quis peccauit:hic/
aut parētes ei⁹ vt cec⁹ nasceret:] in vindictā scʒ talis sui
vel parentū peccati. Putabāt em̄ penā sine culpa nō in
fligi:⁊ ideo crediderūt ꝙ pctm̄ ipsi⁹ vel parētes eius es-
sent causa huius cecitatis. Jesus aūt nō negat simplici-
ter ipm̄ peccasse vl' parētes eius:ꝫ solum ad id de quo
est interrogatus dicens [Neqꝫ hic peccauit:neqꝫ paren
tes ei⁹] scʒ vt ideo cec⁹ nasceret:quasi diceret. Neqꝫ pec-
cato ꝓprio cec⁹ nat⁹ est:q2 añ natiuitatē peccare non po
tuit:in quo apparet q̄stio aplo℞ simplex q̄tū ad hanc
partē:nec mirū/q2 adhuc rudes erant ante spiritussan-
cti receptionē:vel pōt esse sensus talis [Rabbi quis pec
cauit ⁊c.] hoc est vtrū pctm̄ origiale hui⁹:an peccatum
actuale in parētib⁹ fuerit causa cecitatis istius? omnes
enim filij ire nascimur: filius autem ire merito punitur.
⁊ si obijcitur q2 sic quilibet puniēdus esset cum quilibet
in originali cōcipiatur. Dicendum ꝙ misericordie diui-
ne est qñ alicui parcit:iusticie aūt est qñ aliquis punit.
Treñ.iij. vñ in trenis. Misericordie dñi multe/ꝙ nō sum⁹ ꝯsūpti.
Rom.iij. et apl's. Oēs peccauerūt ⁊ egent gratia dei:⁊ sic questio
ad hanc partem fuit bona. Neqꝫ peccato parentum hoc
contigit licet peccauerint. Ubi sciendū ꝙ est duplex pe-
Pena duplici homines puniētur. na qua homines puniunt. Una spiritualis q̄tū ad ani-
mā q̄ nunq̄ filius ꝓ patre punit:q2 aīa filij nō est ex pa-
tre:sed a deo/scʒ p creationē. Alia corporalis q̄tum ad
corpus qua fili⁹ cū q̄tum ad corp⁹ sit res quedā patris
pro patre punit tēporaliter:hoc est malus pater in filio
vt filiū vidēdo torqueat [Sed] hec causa cecitatis hui⁹
scʒ [vt manifestent opera dei in illo] in ei⁹ illuminatione
mirabili:ac si dicat. Nō est cecus natus ad punitionem
peccati:sed poti⁹ cecitas ista est dispēsatiua/vt manife-
stato ope mirabili in ei⁹ illuminatiōe filij dei manifeste
tur/⁊ diuina ei⁹ declaret:⁊ sic ad fidē hoies edificētur:
Ubi considerandū ꝙ egrediens de tēplo studiose venit
ad opus sui manifestatiuū. Ipse em̄ vidit cecum:⁊ non
cecus accessit ad eū. vñ dicit Chry. Et exiens de tem-
plo curauit cecū:⁊ absentatione furorem mitigans:⁊ p
operationē signi duritiā ⁊ insanabilitatē eo℞ molliens:
et his q̄ dicta sunt fidem faciens. Et expuit in terrā:vt
ostēderet ꝙ virt⁹ sanatiua quodāmodo erat ab ei⁹ hūa-
nitate inq̄tum est organū diuinitatis: saliua em̄ fluit a
capite [⁊ fecit lutū ex sputo] vt ostēderet se eē illum qui
formauit primū hoiem de limo:⁊ liniuit lutū super ocu-
los eius:sic ⁊ homo excecat⁹ p pcti delectationē appo-
nere debet ꝓ remedio pcti vilitatē [Et misit eū ad nata
toria siloe] ad lauandum:vt cecus trāseundo sic p ciuita
tem linitus luto a multis videret:⁊ p ꝯsequēs miraculū
magis diuulgaret ⁊ firmaret [q̄d interpretat missus] q̄
addit euāgelista volens interpretari nomē hebraycum:
⁊ ad designandū mysteriū xpi missi ad salutē hominū:
⁊ abijt ⁊ lauit/⁊ venit videns:non virtute luti vel aque:ꝫ
virtute diuina qua fuit illuminatus. Est autē siloa fons
Siloa qd est. ad pedem ⁊ radicem mōtis syon descēdēdo in vallē io-
saphat:qui nō iugibus aquis:sed in certis horis p cōca
ua terrarū ebullit:q2 nō singulis ⁊ cōtinuis:sed interpo-
latis dieb⁹ ter vel quater in hebdomada dulces aquas
ex viscerib⁹ suis emittit de q̄b⁹ cū exciperent quasi sta-
gnū nō longe a fonte constructū erat/quā collectionem
modo piscina:modo natatoria scriptura vocat. Ibi est
⁊ fons virginis marie/de quo ipsa aquā ꝓ se et pro suo
filio hauriebat/⁊ suos pānos lauabat. Erat aūt sabba-
tum qñ hec fiebant:⁊ ideo pharisei hec cognoscentes re
prehēdebāt:ꝫ errabāt/q2 opera ad dei magnificētiam
ordinata licite in sabbato fiebant. vñ Chry. Ipse poti⁹
sabbatū custodiebat qui sine peccato erat. Sabbatū ei
obseruare spūaliter est nō hr̄e pctm̄:⁊ hoc ammonet de⁹
qñ cōmendat sabbatū:oē opus seruile nō facietis in eo.
Joh.viij. Quid sit op⁹ seruile a dño audite. Omnis qui facit pec-
catū/seruus est pcti. Sed isti sabbatū carnaliter obser-
uabant:spūaliter violabant. Hec chry. Ecce quomodo
hi traditionib⁹ suis innitebantur:vt nullo modo viola-
ri eas pmitterent/⁊ mādata dei magis necessaria omit-
tebant colantes culicem/⁊ glutientes camelum. Sic et
hodie multi suas traditiones ⁊ instituta magis sequun-
tur et obseruant q̄ dei mādata:similes in hoc phariseis
in opere:sed timeant ne etiam in mercedis retributione.
Et cum scisma ⁊ dissentio inde fieret/cecus illuminat⁹
cōstanter ⁊ viriliter etiā cōtra maiores iudeorum partē
dñi defendit. In quo gratitudo ei⁹ magna apparuit: et
per hoc etiā ostendit ꝙ quilibet gratanter ⁊ constanter
bñficiū diuinū recognoscere debet. Cōstans athleta et
imobilis confessor veritatis apte fatet bñficium/ne in-
currat ingratitudinis dānum. Annūciat gratiam/euan
gelizat et cōfitetur libere veritatē ad gloriā dei ⁊ laudē
hoc nō nisi a dño:nec a discipulis nisi de⁹ eēt i eis fieret.
vñ Chry. Uides ꝑconē veritatis:vides quāta audiuit
ex initijs/⁊ quāta passus est:⁊ per verba ⁊ per opera:et
qualiter testatus est:nō em̄ verecūdat⁹ de priori cecita-
te:neqꝫ formidauit furorē plebis:neqꝫ renuit ostēdere se
ipsum vt predicet bñfactorē: hec autē scripta sunt vt et
nos imitemur. Et iterum hec veritatis est natura per q̄
putat insidias ab hoib⁹ pati:p hec fortior fit:p hec cla-
ret p q̄ obumbrat. Mēdaciū vero sibiipsi obuiat:⁊ p ea
per q̄ ledere veritatē videt/p ea clariorē eā ostendit:q̄d
et nūc factū est ꝭm eundē Chry. Ex ista ceci constātia
apparet q̄ forte qd sit veritas:q̄ si despectos assumpse-
rit/claros et fortes eos facit ⁊ ostēdit:⁊ q̄ imbecille qd
sit mēdacium:quod et si cum fortibus fuerit imbeciles
eos monstrat et reddit. Tandem post longā cōcertatio
nem maledixerunt ei ꝭm suam reputationē/licet magis
esset benedictio ꝭm veritatem ⁊ dixerūt [tu discipul⁹ il-
lius sis] vñ aug. Maledictū est si cor discutias/nō si ver
ba ppendas. Tale maledictū sit sup nos:⁊ super filios
nr̄os. Et sequit [nos aūt moysi discipuli sumus] Moy-
ses ꝑdicauit fr̄atib⁹ legē/fertilitatē/⁊ bōa temporalia
et ꝓpter hoc habet plures discipulos q̄ xp̄s q̄ ꝑdicauit
paupertatem ⁊ sūia [et] iniuste cōdēnātes [eiecerunt eū
foras] extra synagogā.i.extra societatem iudeo℞ tāq̄
excōicatū ⁊ reprobatū q̄d apud eos erat maximum op-
probrium sicut apud nos excōmunicatio et eiectio a so-
cietate et cōmunione christiano℞. Ob cōfessionem q̄dē
veritatis:et q2 dño adhesit imobilis/eiectus est foras a
iudeis. Ipse ne deū cōtēneret/ voluit contēni ab homi-
nibus:nos vero ne ab hoibus cōtēnamur deū cōtēnim⁹
Deinde cū cec⁹ curat⁹ foras a iudeis eiect⁹ esset/⁊ ad ie
sum venisset ab eo interrogatus ⁊ instruct⁹ etiam lumē
fidei recepit:⁊ fidē suam quā corde credidit ore confes-
sus est dicens [Credo dñe] ⁊ opere protestat⁹:quia [pro
cidens adorauit eum] adoratione ⁊ seruitute latrie: per
hoc ei⁹ diuinā virtutē ostēdens/⁊ verbo opus adiūgēs
nā prostratio ⁊ adoratio debetur soli deo ⁊ creatori:in si
gnum ꝙ manu eius de nihilo sumus erecti:sicqꝫ eum cre
didit ⁊ confessus est verum deum ⁊ hominem. Quem er-
go iudei repellebant/hunc christ⁹ recipiebat:quāto ma
gis em̄ quis propter deum ab hoibus contēnitur:tanto
magis a deo diligitur:⁊ quāto ampli⁹ ab illis eijcitur:
tanto ampli⁹ ab ipso recipitur. vñ Chry. Qui propter ve
ritatē ⁊ xp̄i cōfessionē iniuria opprimunt/hi maxime ho
norantur:quod in ceco factum est. Eiecerūt em̄ eum ex
templo iudei/⁊ inuenit eū dñs templi ⁊ eum suscepit/si-
cut agonetheca athletā multū laborantem ⁊ coronauit.
Hec Chry. ¶ Christus itaqꝫ hunc totū sanat extra ocu-
los/⁊ intus cor aperit. Jā dñs agn⁹ missus ad tollēda
peccata mūdi lauat inuncto faciē cordis:iā mentis ocu
los illuminat:⁊ ille confitetur non tantū filiū hominis:
sed etiam dei [Et] cōmendando cecum ex deuotione et
fidei illuminatione [dixit ei iesus. In iudiciū] scilicet di
scretionis non damnationis [ego in hunc mundū] q̄ cō
plectitur bonos ⁊ malos [veni] scʒ per assumptionē car
nis [vt] simplices ⁊ humiles [qui non vident] .i.se non vi
dere reputāt ⁊ cōfitent/ac medicū requirūt vt [videāt]
⁊ illuminent p fidē ⁊ veritatis cognitionē [ac] legisperi-
ti ⁊ sapientes supbi [qui vident] id est se videre ꝑsumūt/
⁊ iactant/ac medicū non querunt [ceci fiant] amplius.i.
in sua cecitate permaneant/et indurentur per infidelita
tem:et q̄tum ad intuendam veritatem nolentes sustine
re veritatis lucem/vt patet impletum in hoc ceco nato:
⁊ in apostolis qui propter suā humilitatē a christo sunt
illuminati:sacerdotes autē ⁊ legisperiti ꝓpter suā super
biā sunt excecati. Item exponitur hoc de illuminatio-
ne gentilium per fidei susceptionem ⁊ obtenebrationem
iudeorum:per fidei refutationem:quia ante reputaban-
tur gentiles ceci ⁊ iudei vidētes: non econuerso genti-
les vident ⁊ iudei ceci sunt: vñ nō accipitur hic iudiciū
cōdemnationis ⁊ premiatiōis manifestū q̄d in secundo

aduētu expectat futurum: sed iudicii discretionis cre-
dentiū et non credētium occultū quod in primo aduētu
est factum. q. d. In hoc q te illuminaui itellige q ego ve
ni separare pauperes spiritu a supbis et illi illuminētur
Excecādi alicui⁹ cā non venit xp̄s. isti cecent. Et nota h causam: qr ad hoc non venit finali
ter vt aliqs excecaret: sed notat terminū: quia aduētus
ei⁹ fuit ad hoc terminatus: sicut boni medici operatio in
desperatis terminat ad mortē. [Et audientes pharisei]
repugnauerunt dicētes [nūquid et nos ceci sum⁹?] i. re-
ligiosi et litterati in lege sumus/ et spūalē visum illumīa
tū habem⁹. Sed ex eoꝝ responsione eos cōfutat dicēs.
[Si ceci essetis] i. ignorantes scripturas et prophetias
de me [nō haberetis pctm̄] i. s. tm̄ q̄tū habetis [nunc vo
q dicitis videmus] i. reputatis vos intelligere scriptu-
ras [peccatū vestrū manet] i. aggrauat et magis punie-
Scire et nō facere grauat. tur. Ex quo patet q sciētes scripturas et nō obseruātes
eas/ grauius deliquūt/ et grauiorē penā incurrunt. fm
illud. Seruus qui scit voluntatē dñi sui et non facit/ va-
pulabit plagis multis: potest etiā exponi de corporali
visione miraculorū et operū xp̄i: qr si ea nō vidissent/ ha-
berent aliquam excusationē de hoc q ei nō crediderūt:
nūc aūt q viderunt ideo pctm̄ eorū aggrauat/ et magis
puniendi sunt: vel [si ceci essetis] vestra reputatione: id
est si ex humilitate vos cecos aduerteretis seu reputare
tis/ recognoscentes per humilitatem pctm̄ vestrū/ et cur-
rentes ad veniā et medicum [non haberetis peccatū] qr
ego veni auferre peccatū qd̄ remittit per gratiā/ q̄ non
dat nisi humilib⁹/ et de se non presumentibus [Nunc ve
ro] qr supbe [dicitis videm⁹] i. vos videre reputatis/ ac
veniā et medicū non queritis [peccatū vestrū manet] i.
nō remittit/ et in cecitate infidelitatis vestre pmanetis.
¶ Mystice cecus iste a natiuitate humanū genus est ha-
bens cecitatem ab adam. Vn̄ fm mētem ceci nati sum⁹:
hec em̄ cecitas cōtigit in primo hoīe per peccatum. De
quo oēs originē traduxim⁹: nō solū mortis: sed etiā ini-
quitatis. Cecus etiā ideo nascitur ois hōs pctm̄ origia
le/ qr priuatus est dei visione. Cecū ergo a natiuitate. i.
omne gen⁹ humanū/ dñs i hūc mūdū veniens illumina-
uit. Spuit in terrā/ deitatē associās nature humane: ac
de saliua et terra lutū fecit: cōtēperādo terrā sapiētie di
uine. i. deus hō factus est: per sputum em̄ qd̄ est saliua de
capite descendens significat verbū qd̄ a deo capite om-
niū rerū pcedit/ et sapientia q̄ ex ore altissimi pdijt: sali
ua enim est humor salsus/ et sal sapientiā significat: p ter
ram vero caro et humanitas quā pro nobis suscepit: lini
uit autem seu vnxit oculos. s. cordis ips⁹ ceci. generis
humani p fidē incarnatiōis xp̄i qn̄ fecit cathecuminum
qd̄ interpretat instruct⁹: qui fidē habet: sed nōdū bapti-
zat⁹ est: et ideo mittit eū ad piscinā vt lauet et illuminetur
id est baptizetur/ et in baptismo plenā illuminationē re-
cipiat. vn̄ fm Dionysiū. Baptismus dr̄ illumiatio q̄ pi-
scinā vocat siloe qd̄ interpretatur missus: qr quicūqs ba-
ptizantur/ oportet q baptizent in xp̄o q̄ est missus a pa
tre/ et tunc eū illuminat: nisi em̄ ille fuisset missus: nemo
nostrū esset ab iniquitate dimissus. ¶ Qui ergo de limo
terre hoīem formauit/ per idem genus luti humanū ge-
nus reformauit: et reformādo significauit. vn̄ puluerem
massans de sputo liniuit sup oculos ceci quasi dicat ei:
ego sum qui puluerem de terra accipiēs hoīem plasma-
ui. In facto etiā huius ceci illuminati significat modus
curationis cuiuslibet peccatoris iustificati: q̄ bene p ce-
cū intelligit: pctm̄ em̄ mētis oculos obtenebrat et obscu
Cecitatis spūalis cause. rat. ¶ Vbi notādū q cecitas spūalis causat tribus mo-
dis. Primo a puluere cupiditatis terrene. Secundo ex
igne carnalis concupiscentie. Tertio ex tumore supbie.
Plerūqs etiā peccator vel ex consuetudine peccādi: vel
ex obstinatione mentis/ vel etiā ex obcecatione dyabo-
li pctm̄ suū nō videt: qr videre nō vult: nec peccatū repu-
tat peccatū. vn̄ Greg. Cū in graui peccato miser hō la-
bit suadet ei dyabolus ne peniteat: ne confiteat peccatū
leue et modicum in corde affirmat: misericordiam predi
cat: longum spacium vite promittit: vt permaneat i pec
cato suggerit: vt sic eum in contemptū dei/ et desperatio
nē sui inducat et perdat. Ad huius ceci illuminationem
tria necesse est concurrere. Primū est diuine grē preue-
niētis respectio. Et secūdū est cordis de peccatis com-
punctio. Tertiū est pura peccatorum confessio: hec tria
per ordinē designauit dominus in curatione istius ceci

Primū significauit in eo qd̄ dr̄ q vidit cecū oculo. s. mi
sericordie et gratie preuenientis que ante oia preexigit
ad cōuersationē peccatoris: hō enim per se pōt in pecca
tū labi: sed p se resurgere nō pōt sine auxilio gratie dei.
Nisi ergo dñs peccatorē oculo misericordie respiciat/
resurgere non valebit. Secundū designauit dñs per hoc
q expuens in terram fecit lutū ex sputo quo liniuit ocu-
los ceci. Per sputum vel saliuam que a capite in os de-
fluit intelligit diuina sapiētia que ex ore altissimi prodi
dit: p terrā aūt intelligit corp⁹ humanū q̄ duo cōmixta
fuerunt in xp̄o. s. vbū eternum qd̄ per saliuam: et caro hu
mana q̄ per terram intelligit: et hoc benedictum lutū est
remediū cecitatis nostre: si tñ sup oculos cordis nostri
liniat: qd̄ fit qd̄ pctor ad cōsiderationē dei per peccatū
offensi ad recognitionem vilitatis sue pter peccatum
inducit: tūc em̄ nobile lutū xp̄i supra vile lutū peccato-
ris ponitur ex quo cōpunctio causat. Predicto igit lu-
to suo tūc de⁹ luteos oculos peccatoris liniuit/ qn̄ eum
ad considerationem sue offense et vilitatis peccati ac mi-
serie sui status instigat et inducit. Vt autē peccator ple- Cōsiderā
ne illuminet ad rectā cogitationē et verā cōpunctionē/ da pctōri
oportet q ex grā dei cōsideret hec septē. Primo vt con septem.
sideret peccatū qd̄ cōmisit vt possit videri peccati mul- ij. Par.
titudinē/ et omissionē boni/ et commissionē mali cogita- xxxvj.
tione/ locutione/ et operatione quinqz sensibus cōtra de-
cem pcepta: cōtra septē sacramenta: in operibus miseri-
cordie: et tūc dicat peccaui sup numerū arene maris et c.
Itē peccati magnitudinē q tā magna pctā fecit/ et con
tra tā magnū dñm: et dicat: pater peccaui in celū et corā Luce. xv.
te: et nō sum dign⁹ et c. Itē peccati turpitudinē q tā tur-
pia peccata fecit. Secūdo vt videat tēpus qd̄ amisit: vi-
de q̄ quot dies/ quot menses/ quot annos inaniter cōsū-
psisti. Et qr fm Bern. Oē tēpus perdidisti/ in q̄ de deo
non cogitasti. Tertio vt videat pulchritudinē aīe quam
polluit q̄ pulcherrima fuit et dignissima: qr ad ymaginē
dei creata/ et q se sic turpiter vilificauit. Quarto vt vi-
deat gratiā quā amisit: et quanta bona per peccatū per-
didit. O q̄ multā gratiā multi negligunt/ de⁹ enim sem-
per paratus est dare: sed pauci volunt accipere. Quinto
vt videat irā dei quā pvocauit: et q beneficijs dei ita in-
gratus fuit. Sexto vt videat penā quam meruit que est
eterna/ amara/ et diuersa. Septimo vt videat gloriā quā
perdidit que est infinita: pro cuius gustu ad vnam horā
fm Aug. contemnenda essent omnia. His septem consi-
deratis hñ durum et lapideū cor haberet homo qui nō
amara contritione cōpūgeret de peccatis suis. Tertiū
qd̄ est pura peccatorū cōfessio/ designauit dñs per h q
istum cecū sic linitum misit lauare se per confessionem
apud sacerdotem. Quis enim deus dimittat peccatū
ad contritionem peccatoris: obligat tñ eū ad confessio-
nē hoī vice dei faciendā. Et talis absolutio facta in con-
fessione (fm Aug.) reducit hominem ad baptismi puri-
tatem. Premissis autē tribus peractis tunc incipit pec-
cator videre/ et sic a sua cecitate diuina gratia curatus, p
cidat humiliter/ et adoret suppliciter grās agens deo.
Signū vero q peccator sic illuminatus est qn̄ clare vi-
det et cognoscit. Illa aūt cognitio in duob⁹ psistit: sc3 i
cognoscendo deum: et in cognoscendo seipsum. Cogno-
scere deum in presenti est cognitio sue potentie/ et sue bo
nitatis. Cognitio autem potentie generat i nobis timo
rem/ qui timor facit recedere a malo: cognitio bonitatis
generat in nobis amorem: qui amor ducit nos ad bonū
faciendum. Cognitio autem nostri generat in nobis hu Cognitio
militatem que est mater omnium virtutū. Et sic patet q duplex.
hec duplex cognitio. s. dei nostri ē causa totius nostre sa-
lutis: nam cognitio potētie dei generat timorem que fa
cit vitare malum: cognitio bonitatis dei generat amorē
qui facit operari bonum: cognitio nostri generat humi
litatem que nos conseruat in euitatione mali: et in opera-
tione boni. Tempus igitur obseruemus et ab intempe-
rancis abstinemus: ne cum cecis iudeis illud i vanitati
bus consumentes cum ipsis in cecitate maneamus. Vn̄
ait hoc loco Chry. Dedit tibi vite terminū deus ad cu-
randam animam: tu vero inaniter et vane cōsumis. Et si
argentum paucum cōsumpseris simpliciter dānum res
vocas: dies aūt tuos cōsumens in pompas nullum pu-
tas facere incōueniēs. Congruo existēte in letanijs et ora
tionib⁹ consumere vitā tuā omnem: tu in tumultibus et

turpibus verbis: ꝛ iocũditate intẽperanea/operibus ꝛ lasciuijs vitã tuã cõsumis inaniter: ꝛ in malo tuo/nesciens ꝙ omni rei magis parcere oporteret ꝙ̃ tẽpori: aurũ si cõsumpseris poteris rursum recuperare: tẽpus vero si pdideris difficile id resumes: paruũ em̃ nobis seruatum est tp̃us ꝑm p̄sentẽ vitam. Si igit (inquit) vt oportet eo vsi nõ fuerimus/qd dicemus abutentes eo? Cũ hoc consumpseris inaniter quã habebis excusationẽ? ꝛ cui⁹ gr̃a agis paruũ recondidit. O insensibilitatis ꝛ indeuotiõis ꝓ quo maxime gr̃as agere oportebat: qm̃ tuos labores ꝛ sudores incidit/ꝛ requiẽ longã ꝛ imortalẽ fecit: ꝓ his incusas ꝛ grauaris. hec Chry. vñ ꝛ Seneca. Etiã si multum superesset etatis parce dispensandũ erat/vt sufficeret necessarijs: nunc que dementia ꝛ superuacua discere in tanta temporis egestate: eo magis itaq; indignor aliquos ex hoc tempore quod sufficere ne ad necessaria quidem potest/etiam si custoditum diligentissime fuerit: in superuacua maiorem partem erogare: nõ tam benignũ ac liberale tempus natura nobis dedit vt aliquid ex eo vacet pdere: ꝛ vide ꝙ̃ multa etiã diligentissimis pereãt Aliud valitudo sua cuiq; abstulit: aliud suorum: aliud necessaria negocia: aliud publica occupauerunt: vitam nobiscum diuidit somnus: ex hoc tempore tam angusto et rapido/ꝛ nos auferente quid iuuat maiorem partẽ mittere inuanum: hec Seneca.

Temporis egestas et angustia

Oratio.

Domine iesu christe qui illuminasti oculos ceci nati: illumina queso oculos cordis mei ne in tenebris offendam vel vnq̃ in morte obdormiam. Deus vite mee ꝙ̃ vane ꝓsumpta sunt: ꝙ̃ infructuose lapsa sunt tempora mea/que dedisti mihi vt facerem voluntatem tuam in eis ꝛ non feci. Quot anni: quot menses: quot dies: quot hore perierũt apud me/in quibus sine fructu vixi coram te. Fiat amande pater h̄ residuum temporis mei fructuosum et sanctificatum in gratia tua vt in diebus eternitatis inueniat locum: ꝛ cõputabile sit ante te. Amen.

De pastore ouium. Capitulum.lxxxvj.

Joh.x.

Et quia ceci et increduli pharisei ꝛ iudei non accedẽtes ad lucẽ xp̄m qui est via/veritas ꝛ vita: nec intrantes in ouile ouium vt oues dñi fierẽt: iactabãt se videre sine xp̄o: ꝛ ꝑ ꝯsequẽs posse ad veritatẽ peruenire sine eo: idõ xp̄us q̃ supra incepit disputare contra superbiam ꝛ iactantiam eorũ: nunc vt hanc magis retundat ꝓponit ꝯtra eam similitudinẽ hũilitatis de ouili ꝛ ostio ei⁹: quorum vtrũq; ẽ humile: nec admittit nisi humiliãtes se: ac si eis diceret. Si vultis intrare ꝑ hũile ostiũ in hũile ouile ouiũ: oportet vt vos hũilietis nec tã alta de vobis sentiatis. Et nõ tantũ inducit hãc similitudinem ad humilitatis insinuationẽ: verũetiam vt ostendat ꝑ quod ostiũ in ouile ouium sit intrandũ: et exprimitur in ea distincta cõditio furis/ꝛ pastoris ouiũ ꝓpter diuersum ipsorũ ingressum ꝛ officiũ. Dicit ergo Amen amẽ dico vobis: qui nõ intrat ꝑ ostium in ouile ouium: ille fur est ꝛ latro. Nõ enim venit propter bonũ: ideo querit indebitum ingressum. qui aũt intrat ꝑ ostiũ pastor est ouiũ. querens bona earũ. Huic ostiarius aperit. q2 scit eum ouibus beniuolũ. et oues vocẽ eius audiunt. i. cognoscunt: q2 bruta animalia suos benefactores recognoscunt. ꝛ ꝓprias oues vocat noĩatim. q2 distincte eas cognoscit qđ alien⁹ nõ facit: ꝛ educit eas ad pastũ vite huic necessariũ. ꝛ cũ ꝓprias oues emiserit añ eas vadit. q2 ꝯmuniter solent pastores ꝓcedere greges/ et ad pastorũ gressum oues dirigunt: ideo subditur. et oues illum sequuntur q2 sciunt. ꝛ cognoscunt. vocem ei⁹ alienũ aũt. i. furem. non sequuntur. sed fugiunt ab eo: q2 nõ nouerũt vocẽ alienorũ pastores se mentientiũ: ostendit itaq; xp̄s phariseis: q2 nec sapientia/nec obseruatio legis/nec bona vita quicq; valet nisi per eum: ꝛ qđ ipossibile est eos viuere sine xp̄o/ꝛ ad veritatem ꝑuenire sine eo: dicens. Qui nõ intrat per ostium. i. ꝑ xp̄m. in ouile ouium. i. in ecclesiam/ꝛ congregationem fidelium. ille fur est ꝛ latro. quales sunt omnes infideles/ꝛ etiã mali fideles. Ubi aug. Intrat ꝑ ostium qui intrat ꝑ christum qui imitatur passiõe christi: qui cognoscit humilitatẽ xp̄i. qui autem intrat per ostium. i. per fidem xp̄i ꝛ hũilitatem: ꝛ alias eius virtutes. in ouile ouiũ. ad pascendum eas. pastor est ouium. ꝑm veritatem. Non omnis qui intrat ꝑ ostiũ pastor ẽ: q2 et oues intrant: verũtamẽ vnitas vniuersitatis ecclesie verbo et exemplo pascit q̃tidie. Huic. s. pastori ostiarius sp̄us sanctus reuelando aperit ostium veritatis ad recte intelligendum/ꝛ iustitie ad bene operandũ vt oues pascere possit. ꝛ oues vocem eius audiunt. i. doctrinam recipiunt. ꝛ vocat eas nominatim. ꝯdescendendo familiariter subditis singulis vt ex familiaritate vnicuiq; det ausum veniendi ad se: ꝛ educit eos ꝑ instructionem de tenebris erroris in lumẽ veritatis: ꝛ ex merore seruitutis in regnũ libertatis. et cũ proprias oues emiserit. de tenebris ignorantie ad lumen vite: ꝛ de carcere culpe ad libertatem gratie. ante eas vadit. per exempla bonorũ operũ ꝛ vite. ꝛ oues illũ. ad vestigia ei⁹. sequuntur. ꝑ imitationẽ ꝛ rectã operationẽ. q2 sciũt vocẽ ei⁹. i. cognoscũt ꝛ in ea delectant. alienũ autẽ. voce ꝛ vita. non sequũtur. recipientes eius doctrinã vel exempla: q2 verba inducũt ad errorem/ꝛ exẽpla ad malum. sed fugiunt ab eo. tãq; a latrone ꝛ inimico. quia non nouerunt. approbando. vocem. ꝛ doctrinã. alienorũ. q2 alieni aliena loquũtur: ꝛ ideo nõ cognoscuntur. Ouile ergo ouiũ cõmune est ecclesia catholica sub vno pastore xp̄o: ecclesie aũt congregationes particulares continentes sunt etiã ouilia ꝛ caule ouiũ: sicut conuentus religiosorum ꝛ ecclesiarum cõuentualium ꝛ parrochialiũ in quibus fecit deus accubare suas oues: hoc est fideles/simplices/ꝛ mansuetos/subiectos/ꝛ humiles. Qui ergo non intrat ꝑ ostiũ. hoc est qui per principia religionis xp̄iane nõ venit sicut ꝑ principia veritatis: non venit hereticus per principia gratie: nõ venit symoniacus ꝑ principia libertatis: non venit potenter vel armatis precibus intrusus per principia simplicitatis: non venit dolosus: sed ascendit aliunde: quidã enim ad intrãdũ desuꝑ ꝑ scalas ascendunt sicut ambitiosi cũ lucifero ac cum dathan ꝛ abiron: quos propter ambitionẽ viuos terra absorbuit: quidã pariente irrũpũt sicut auari cum symone mago: quidam fundamenta suffodiunt sicut heretici cum arrio. ille fur est ꝛ latro. qui in h̄ differunt: q2 fur est qui in furno hoc est in nigro. i. tenebris sc3 ignorantibus hominibus alienam rem cõtrectat inuito dño. Latro aũt est q̃ violentiã infert ꝛ manifesta cõtrectat dño inuito: ꝛ ideo fur est qui ouile ouiũ suffodit/ ac oues ꝛ vtilitatẽ ouium clam inuito dño contrectat/ꝛ iste est occult⁹/ꝛ subdol⁹/vel hypocrita/vel heretic⁹: q2 vterq; oues ꝛ vtilitatẽ ouiũ furatur. Latro autẽ est qui violentiã facit vt rapiat/ꝛ tales sunt qui potenter se intrudere volunt. Fur ergo ꝛ latro per ostium non intrat/ q2 vel ambitiose ascẽdit aliunde: vel dolose suffodit occulte: vel violẽtia irrũpit manifeste vt intrudat se. Qui autem intrat per ostiũ. in catholicã vitam ꝛ dignitatẽ/ pastor verus est ouiũ: ꝛ iste introitus est veritatis/libertatis/gratuite bonitatis/ꝛ simplicitatis. Intrat autem ostium veritatis per catholicam fidem: intrat ostium libertatis per supernã vocationem: intrat ostium gratuite bonitatis nulli propter hoc faciens aliquã promissionem: intrat ostiũ simplicitatis nõ obtinens ꝑ aliquã dolositatẽ. Xp̄s aũt est ostiũ veritat; ꝛ libertatis: ꝛ gratuite bonitatis: ꝛ simplicitatis: si vero aliquis aliter itrauerit dicetur ei illud. Amice quomodo huc intrasti nõ habens vestẽ nuptialem: ꝛ eijcietur extra oues i tenebras exteriores: huic vero pastori ostiarius aperit qui est triplex: xp̄s quidem exemplo: scriptura: doctrina: ꝛ spirit⁹ sanctus inspiratiõe: isti enim sunt ostiarij ecclesie. Christus dat claues hoc est ligandi ꝛ soluendi potestatem: scriptura docet claues voluere/ꝛ seras reserare: vñ etiã vna clauium est auctoritatis discernendi que est scientia: spirit⁹ autem sanctus dignitatem ꝛ idoneitatem cõfert ad intromittendum: sicut ianitor fidelis cui cõmittitur custodia rerum. Talis ergo ostiarius exẽplo christi doctrina scripture ꝛ dignitate spiritus sancti aperit tali pastori: aperit autem ostium humile ad quod superbi: impingunt vero pastori humili vt nõ impingat: aperit ostium artum per quod auari intrare non possunt: pauperi paupertate spiritus vt nõ constringat: vt hũilẽ et constrictum in vita recipiat: ꝛ alios repellat. Hic etiam nota ꝙ tribus modis munera captantur in officijs ad que a plerisq; festinatur. Est enim munus a corde

Ouile est ecclesia

Fur ꝙ dr

Latro ꝙ dicitur.

Ostiũ libertatis xp̄s.

Ostiarius triplex.

Munera captant; tripliciter

scilicet fauor ꝛ gratia: munus ab ore: scꝫ popularis adulatio. munꝰ a manu. s. p̄mij donatio. ¶ Qui ab his se excusserit/ ꝛ sine horū intentione intrauerit/ beatus erit: q̄ aūt horū intentione ingreditur/ fur est ꝛ latro. [Hoc prouerbiū dixit eis iesus] prouerbiū dicit̄ qn̄ pro verbo ponit̄.

Prouerbiū qn̄ dr̄.

Sic est in parabola qn̄ ꝑ vocē vnā rē significantē aliud designat̄. Et qꝛ illi nō intellexerūt consequenter exponit dicens. [Ego sum ostiū ouiū] per doctrinā ꝛ exemplum per qd̄ ostiū est intrandū/ oēs quotquot venerint nō per me ꝛ nō intrantes ꝑ ostiū: sed p̄ter me p̄ter diuinā auctoritatē ꝛ suspicationem/ nō cū intētione diuine glorie querēde: sed quippe nō a deo missi: sed ꝓpria sponte ingerentes seip̄os impudice fures sunt alienum: scꝫ oues dei sibi vsurpando ꝛ latrones malo exēplo ꝛ peruersa doctrina q̄tū in se est occidendo. [sꝫ nō audierūt eos oues] .i. fideles in ouili ecclīe ꝑmanentes. illi. s. de quibꝰ dictū est: nouit dn̄s q̄ sunt eiꝰ. Deinde probat se esse ostiū: qꝛ officium ostij est saluare ea q̄ sunt intra domū: ꝛ q̄ per ipsum sit ingressus ꝛ egressus: sic autē est de xp̄o: qꝛ per ip̄m fideles seruant̄ ꝛ saluant̄: et similiter ꝑ ip̄m est ingressus ad fidē et egressus ad gloriā. Per xp̄m enī q̄ solus est ostium [si quis introierit] ꝛ ꝑseuerauerit [saluabit̄] qꝛ nō est aliud nomen sub celo datū hoibꝰ in quo oporteat nos saluos fieri [ꝛ igredietur] hic ad fidē ꝛ ecclīam [et egrediet̄] ab ista miseria ad gloriā ꝛ vitam eternā: a fide ad spē: a credulitate ad cōtemplationē [igrediet̄] etiā ꝑ studiū cōtēplationis ꝛ secretū orōnis [et egrediet̄] ꝑ exercitiū boni operis: ꝛ exemplum bone actionis [ꝛ sic inueniet] in eterna refectione [pascua] viriditatis. s. mel diuinitatis ꝛ lac humanitatis: qꝛ beati reficiūtur interius in aspectu diuinitatis: ꝛ exteriꝰ in aspectu hūanitatis xp̄i: ꝑ quā sunt saluati: ꝛ ideo dicit [pascua] in plurali. Uel in ecclīa militāte inueniet pascua. i. doctrine ꝛ gratie: ꝛ in ecclesia triumphante. s. gaudij ꝛ glīe. Uñ Aug. q̄uis ergo et hic in ipo ouili non desinit pascua: inueniēt tn̄ pascua vbi saturent̄ qualia inuenit cui dictū est: hodie mecū eris in paradiso

Pascua inueniēda.

[Fur nō venit] ad populi salutem: sed magis ad eius destructionē: scꝫ [vt furet̄] qd̄ nō est suū sibi vsurpando: nō de preceptis xp̄i suos sectatores instruens: sed suis exēplis eos viuere suadens [ꝛ mactet] prauo exēplo ꝛ mala doctrina ad malum trahendo [ꝛ perdat] in eternā dānationē mittēdo. [Ego veni] nō sicut fur: sed ꝓ hoīm salute missus a patre [vt] ingrediētes in ouile [vitam] gratie [habeant] in p̄senti ꝑ fidē in spe: qꝛ iustꝰ ex fide viuit [et] egrediētes de corpore vitā glīe [abundantiꝰ habeant] in futuro per spē in re: qꝛ est glīa grā cōsummata. vñ greg. Oues ergo eius pascua inuenient: qꝛ quisquis illū corde simplici sequit̄/ eterne viriditatis pabulo nutrit̄. Attendamus ergo aīm fratres: inardescant ad superna nostra desideria. Ab eterne solēnitatis gaudio nulla nos aduersitas reuocet: qꝛ si q̄s ad bonū ꝓpositū ire desiderat/ eiꝰ desideriū quelibet via asperitas non imutet. Nulla nos ꝓsperitas blandiens seducat: qꝛ stultus viator est qui in itinere amena prata cōspiciens: obliuiscit̄ quo tendebat Et si celestis pastoris veraciter oues sumꝰ: qꝛ in via delectationis nō figimur: eternis pascuis in peruentione satiemur. hec Chry. Deinde ostendit se etiā esse pastorem. hoc aūt patet per hanc rōnē: qꝛ sicut per pastorē grex gubernat̄ ꝛ pascit̄: ita etiā per xp̄m fideles reguntur: ꝛ spirituali cibo/ ac etiā corpore ꝛ sanguine suo reficiuntur: sed ad differentiā mali pastoris ꝛ furis addit [bonꝰ]. Bonꝰ quidē non solū in natura ꝛ grā: sed ꝛ in pastorali cura: qꝛ implet boni pastoris officia. Uñ chry. Pastorem seip̄m ꝛ ostium indifferenter predicat. Quia enim adducit nos patri ostium se dicit: qꝛ vero procurat pastorem. ꝛ ponit conditiones boni ꝛ mali pastoris: qꝛ bonus et verus pastor qui attendit ad premiū glorie: debet habere affectionē ad gregē intantū q̄ pro eo si necesse est sustineat mortem. [Bonꝰ enī pastor aīam suā] propriā. i. vitā corporalem [dat] cū opus est. semꝑ autē paratꝰ est dare [pro ouibus suis] ꝛ earū salute. Si hec est descriptio boni pastoris ꝛ signū: valde timendū est de paucitate bonorum pastorum. Cadit enī bestia ꝓximi: ꝛ multi eā subleuant: cadit anima iusti/ ꝛ non est ex oībus caris eius qui eam releuet: cum tamen quilibet plus teneatur diligere animā proximi q̄ꝫ corpus proprium. Sed quomodo pro ea corpus meū ponā: qui nec rē temporalem dare volo: vt eā a peccato eripiam? Et nota q̄ mori ꝓ grege dominico potest esse tripliciter: aut pro ipso de bono in melius promouendo: ꝛ sic est supererogationis quantum ad oēs prelatos: sed ad opera superogationis nullus tenet̄ nisi voto se astrinxerit. Aut pro ipso ab iminente periculo liberando: ꝛ sic tenet̄ quilibet prelatus: qꝛ suscepit curam dominici gregis: ꝛ de manu eius requiretur sanguis. Aut pro ipso in extremo articulo necessitatis cōstituto qui nō potest euadere dānationē nisi hō morti se exponat: et sic est necessitatis: sicut vendere sua ꝛ dare pauperibꝰ in extrema necessitate existentibꝰ.

Bonꝰ pastor q̄s sit.

Mori pro grege dñico tripliciter possumus.

Sed sciendū q̄ si est persecutio generalis que populo indicit̄: tunc debet pastor se opponere: et aīam suā ponere/ ne totus grex dispergatur. si vero est persecutio personalis ꝛ ipse solus querit̄: tunc licet fugere persecutionē exemplo xp̄i: qui a facie herodis fugit in egyptū: ꝛ exēplo pauli qui dimissus fuit per murum: oues nāq̄ pastori in celo sedenti orationibꝰ cōmendabat: se autē vtilitati earū fugiendo seruabat. Hinc ait dn̄s. Si vos ꝑsecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliā. Aliquando aūt debet fugere nec aīam suā ponere: sed patienter expectare: qn̄. s. tm̄ lana id est tp̄alia diripiuntur nō persone.

Fuga pastoris non mala.

Mat. x.

fixus est: ⁊ ego mūdo. Si mihi crucifix⁹ est mūdus/scio
qꝛ mortu⁹ est ⁊ nō diligo eū: scio qꝛ p̄terit ⁊ nō cōcupisco
eū: scio qꝛ corruptela consumit hunc mundū/⁊ quasi feti
dum vito: quasi leuē caueo: quasi nociturū relinquo. hec
Ambro. Modū aūt alloquendi/⁊ ad eccliam ac fidē vo
candi: siue gentiles: siue iudeos describit. hoc loco idem
amb. dicit. Cū aliqui ex gentib⁹ vocant ad eccliam/ita
p̄ceptorū seriē formare debem⁹: vt primo vnū deum au:
ctorē mūdi oīmq₃ esse doceam⁹ in quo viuimus: ⁊ sum⁹:
⁊ mouemur: cuius ⁊ gen⁹ sum⁹: vt nō solū ꝓpter munera
lucis ⁊ vite/verūetiā ꝓpter cognitionē quandā generis
diligendus a nobis sit. Deinde opinionē illā q̄ est de ido
lis destruam⁹/eo ꝙ nō possit auri: argentiq₃ vel ligni ma
teria vim in se habere diuinā. Cū vnū deū esse ꝑsuaseris
tūc iudicio ei⁹ astrues per xp̄m nobis salutē datam: inci
piens ab illis q̄ gessit in corpore/etiā diuina describens.
vt plusq₃ hō videat victā hui⁹ virtute mortē: mortuūq₃
ab inferis resuscitatū. Paulati eni fides crescit vt cū su
pra hoīes fuisse videat: de⁹ esse credat. Nā nisi ꝓbaueris
ꝙ facere illa sine diuina v̄tute nō potuit: quēadmodū po
tes ꝓbare in eo vim fuisse diuinam. Tali athenienses in
formauit precepto apl's: talis nobis apud gentiles ordo
seruandus est. At vero cum iudeos alloquerētur aposto
li ip̄m xp̄m esse dicebant qui propheticis nobis esset pro
missus oraculis: quē nō prius cum auctoritate sua dei fi:
liū noīabant: sed virū iustū: virū a mortuis suscitatum.
Illū virū de quo dictū est in ꝓphetis: filius meus es tu Ps. ij.
ego hodie genui te. Ita ergo ⁊ tu ad ea q̄ difficile credū:
tur auctoritate diuini sermonis addisce: ⁊ promissum ei⁹
aduentum prophetarum voce designa: resurrectionem
quoq₃ multo ante cōpertā scripturarū testimonijs edo:
ceto: non vsitatā cū ceteris: vt in ipsa suscitati corporis
assertione eterne testimoniū diuinitatis acquiras. Cum
eni ceterorum corpora corruptionē probaueris subijsse
post mortē hunc vtiq₃ de quo dicit. Non dabis sanctum Ps. xv.
tuū videre corruptionē. cū probas humane fragilitatis
expertā: ꝓbas humane conditionis merita supgressum
deo magis q̄₃ hoībus conferendū. Quia si ad sacramen: Cathecumini informandi modus.
ta fideliū tendēs cathecumin⁹ imbuendus sit dicendū:
quia vnus de⁹ est ex quo oīa: ⁊ vnus iesus per quem oīa:
nō duos dños esse dicendos. Perfectū quidem patrem:
ꝑfectū esse filiū: sed vni⁹ patrē ⁊ filium esse substantie ver
bum eterni dei: nō qd̃ ꝓfertur: sed qd̃ operat ex patre ge
nitū nō voce editū. hec Ambro. Ut aūt apostoli meli⁹ te
nerēt preceptū dñi: ne ante resurrectionē euangelizarēt:
simulq₃ ne horrerent mortis periculū: si regni gloriā di
ligerēt predixit eis tunc passionē suā ostēdēs [qꝛ oporte
ret] .i. cōueniēs esset ſm ordinationē diuinā [filiū hoīs]
sc₃ [eū ire hierosolimā] ad operandū salutē in medio ter
re: qꝛ p̄ordinatū erat a deo p̄re ꝙ ibi cōpleret mysterium
redēptionis nr̄e. Uñ istud oportet opē portat/opes ap:
portat. Oportet igit₃ nō ꝓpter sua: sed ꝓpter nostra pctā
⁊ ideo in psal. dr̃. Que nō rapui tunc exoluebā. Et est no: Ps. lxviij.
tabile ꝙ ipse loquens de sua passione noīat se filiū hoīs
non filiū dei: quasi vellet dicere ꝙ passurus erat non ſm
naturā diuinā: s₃ hūanā. Modus aūt nr̄e redēptiōis sub
iungitur cū dicit [⁊ multa pati] factus enim fasciculus
mirrhe. id est cumulus amaritudinis: quia ex multis pas Canti. j.
sionū generib⁹ compositus est mirrhe fasciculus. Mul:

ta inq̄ȝ pati:qꝛ cōprehendi/colaphizari/conspui/accusari/denudari/flagellari/⁊ reprobari [a senioribus] qui debebant habere preeminentiā vite [⁊ scribis] qui videbantur habere prerogatiuam sciētie [⁊ principibus sacerdotum] qui habebant excellentiā auctoritatis ⁊ potētie:qꝛ ab istis iudicatus est ad mortē ⁊ presidi traditus ⁊ occidi:in cruce a gentibus qui eū crucifixerunt ꝓprijs manibus:⁊ tertia die resurgere tanq̄ȝ virtute ꝓpria non suscitare potestate aliena:qđ dixit ne nimis de eius morte tristarent̄ ⁊ sic spe resurrectionis cōfortarent̄. Ad hoc ignominia sue passionis/⁊ sue resurrectionis gloriam ꝑdixit/ vt suo exēplo timorem passionis tolleret:⁊ eos ad cōsiderandū sue resurrectionis gloriā eleuaret. vbi Iero. Est autē sensus. Tunc me predicate cū ista passus fuero. Qꝛ nō ꝓdest christū publice predicare ⁊ eius vulgare in populis maiestatē: quē post paululū flagellatū visuri sunt ⁊ crucifixū. [Et assumēs eū petrus] seorsum/⁊ ducēs separatim ne corā alijs videret̄ arguere magistrū [increpauit eū] amātis affectu dicens. [Absit a te dñe] sic pati [non erit tibi hoc] .s.ꝙ intereat filius dei viui.q.d. Indecens est ꝙ tu dñs maiestatis tam ignominiose patiaris.

Passiōis ꝑdicande cause.

Increpauit petrus dñm potius q̄ȝ ceteri: qꝛ nō vult confessionem suā destrui: nec putat filiū dei posse occidi vel mori: vel potius ꝓpter feruoris amorē hoc fecit quo pre ceteris ardebat. Et bene assumpsit eū petrus secreto reliquēs nobis exemplū similiter arguendi maiorē: qꝛ inferior nō debet in publico arguere superiorē. [Dñs aūt cōuersus] .i. facie versa ad petrum quem precedebat vt sic cōuersus eum aspiceret ⁊ efficacius argueret [dixit ei] arguendo ipsum [vade post me] cōformitate voluntatis:⁊ retro nō cōtra me [sathana] .i. aduersarie et contrarie:qꝛ mee voluntati ⁊ vie salutis communis aduersaris ⁊ contraria loqueris:sathanas enī interpretat̄ aduersari⁹ siue cōtrari⁹.q.d.nō aduerseris mihi: sed applica voluntatē tuā mee voluntati:⁊ noli impedire passionē meā: sed magis sequere/⁊ post me eundo vestigia mea imitare. Vbi Origen. Beat⁹ aūt ad quē cōuertitur xp̄s:etiam si corripiendi causa cōuertit̄:⁊ subiūgit dñs. [Scandalū es mihi] .i.das mihi occasionē offensionis ⁊ me offendis:qꝛ in isto facto [non sapis ea q̄ dei sunt] dispositionem dei de mea passione cōsiderando [sed ea q̄ hoim] qui p̄sentia appetūt humane ꝓ me ȝelādo ⁊ me affectu humano diligēdo. Ergo sapere debem⁹ nō humana sed diuina:non carnalia/sed spiritualia:nō terrena/sed celestia. vt dicit Origen. Omnē discipulū peccantem scandalū sibi appellat.

Arguendi maioris forma.

Petrū aūt quē dñs ante ita magnificauerat sathanā vocauit/eo ꝙ ꝓpter amorē carnalem quē ad dñm habebat dissuasit ei de sua passione vt non fieret. Maximi namq̄ȝ ardoris ⁊ amoris legim⁹ fuisse petrū in dñm saluatorem nostrū. Vt enī legit̄ in itinerario clemētis: petr⁹ adeo afficiebat̄ ad xp̄i corporalē p̄sentiā quā feruentissime dilexerat:ꝙ post christi ascēsionē quotienscūq̄ȝ dulcissime p̄sentie ac societatis ⁊ allocutionis xp̄i: ⁊ sanctissime conuersationis memor erat:totus in lachrymas resoluebat̄ ita vt gene eius aduste lachrymarū fluxu videbant̄. Ex ȝelo igit̄ xp̄i volebat impedire eius passionē:et qꝛ iste ȝelus erat idiscretus:nam xp̄i passio erat a deo preordinata ad humani generis salutē:ideo durā meruit reprehensionē. Quia ergo affectū non regulauit: vt vellet qđ xp̄s volebat:⁊ voluntatē suā nō cōformauit voluntati diuine cui aduersari videbat̄:merito reprehendit̄ ⁊ sathanas.i. aduersari⁹ appellat̄. Hoc ergo exēplo dñi habeas et tu oēs ꝓ aduersarijs q̄ pro corporali alleuiatione ⁊ cōsolatione a bono et exercitio spūali te vellent retrahere. Sicut aūt petrum quē ante ꝓbauit hic icrepat:sic nemo ob bona prius facta imunis sit a correptione ꝓpter mala q̄ facit. Nō est ergo in cruce dñi verecūdandū: sed potius gloriandū:qꝛ est nostre salutis signū/⁊ bonorū nostrorū principiū. vnde Chry. Vt coronam ita circūferam⁹ crucē xp̄i. Etenī oīa que ꝺm nos sunt ꝑ ipsam ꝑficiunt̄:et si regenerari oporteat crux accedit: et si pasci mystico illo cibo:⁊ si cōsecrari ⁊ quodcūq̄ȝ aliud facere vbiq̄ȝ symbolū.i.signū victorie nobis assistit: ꝓpter hoc ⁊ in domo et in muris/⁊ in ianuis/⁊ in frōte/⁊ in mēte cū multo inscribim⁹ id studio:salutis enī q̄ ꝓ nobis est hoc est nostrū signū. Cū igit̄ sanaris excogita oēm cōditionē crucis vel causam:nō eī simpliciter digito insigniri eā oportet: sed cū multa fide:⁊ null⁹ ꝓpe te stare poterit immūdorū demonū vidēs ensē ⁊ gladiū in quo plagā ⁊ pestiferū vuln⁹ accepit:⁊ arma ꝑ que oēm virtutē ei⁹ xp̄s soluit. Oro.

Peter satanas dictus.

Gloriādū i cruce dñi

Domine iesu xp̄e/quē beat⁹ petrus te verū dei filiū est cōfessus:te quoq̄ȝ ego indign⁹ toto corde et ore confiteor:qꝛ tu es xp̄s filius dei viui eterni:⁊ rogo te dñe clementissime/da mihi vt opere te confitear:⁊ factis nō negando fidelis inueniar: quatenus benedictionem tuam cōsequar cum petro/ac firmus in fide et opere permaneam cum ipso. Da etiam mihi rex meus ⁊ deus meus:vt cōformitate voluntatis te sequendo beneplacitum tuum in omnibus perficiam: omnimode ab offensa tua abstineam: et sic vsq̄ȝ in finem te largiente perseuerem. Amen.

¶ De exhortatione ad sequendum christum: et sue passionis exemplum. Capitulum.ij.

Postq̄ȝ dñs discipulis mysterium sue passionis secreto predixit cōuocat turbā cū eis: ⁊ tā ipsos discipulos q̄ȝ oēs ad sui imitationē ⁊ passionis tollerātiā inuitat.q.d. Nolite ꝓhibere passiones:qꝛ oportet sustinere eas oēs saluari volentes. et ideo hic ad oēs generaliter loquit̄ et oēs hortat̄: qꝛ imitatio passionis ad oēs ptinet:vel per martyriū:vel per penitentiā vñ ait. [Si q̄s] qđ notat varietatē [vult post me venire] per affectū interiorē:ꝑ imitationē exteriorē: ad patrē superiorē:⁊ bene dicit vult:qꝛ neminē cogit sed consulit:et vnūquēq̄ȝ suo arbitrio relinquit vt seruitiū sit gratius dño:⁊ premiū sit gratius seruo. Vñ Chry. Cum autē saluator sit pi⁹ ⁊ benignus:nullū inuitū aut coactū habere vult famulū:sed spōtaneos ⁊ grās agentes ei ꝓ famulatu. Et ideo neminē cogendo aut necessitatē imponendo: sed ꝑsuadēdo ⁊ benefaciendo vniuersos volentes attrabit. Et iterū. Si quis aurū daret/aut thesaurū exponeret oēs currerent: multomagis ad ea q̄ sunt in celis. hec Chry. Et subdit dñs. [Abneget semetipsum] per ꝓprie voluntatis renūciationē nō tñ sua vel suos:sed suū intellectū/suū affectū/suū sensum [et tollat crucē suā] ꝑ mortificationē corporis sui:ꝑ cōpassionē ꝓximi: et si necesse fuerit ꝑ sustinentiā martyrij [⁊ sequatur me] .s.me habēs lucē in intentione cōtra fauorē hūanū me sequēs/ducēs in operatione cōtra errorē dyabolicū me expectans mercedē in remuneratione contra tꝑale cōmodū. ¶ Rectus ordo: vt qui vult sequi dñm primo abneget semetip̄m et sic tollat crucē/vt p̄mo volūtas ei⁹ sit prōpta ad oēm miseriā sustinendā. Et notandū ꝙ primus hō tria ꝑdidit ꝑ pctm̄.s.libertatē felicitatem ⁊ dignitatē: q̄ tria docet hic dñs ꝑ tria recuperare. Libertatem cum dicit abneget semetip̄m:felicitatē cū subdit:⁊ tollat crucē suā. dignitatē cum addit ⁊ sequatur me. Vel abneget se in prosperitate ⁊ malū declinādo tollat crucē suā in aduersitate ⁊ bonū operando:⁊ sequat̄ me vite conformitate:⁊ in deū oīa ordinando. In verbis aūt dñi ꝑdictis excludunt̄ sex gn̄a penitētie inutilis:⁊ est ꝑma violētia: cōtra qđ dicit si q̄s vult. scđa diminuta qñ scȝ hō dat sua deo: ⁊ se mūdo:cōtra qđ dicit:abneget semetip̄m. tertia delicata. qꝛ sic volūt aliqui facere pniam vt nullā sentiāt afflictionē:cōtra qđ dicit tollat crucē. quarta mutuata qñ aliqui gloriāt̄ de passionib⁹ patrū:vel fratrū suorū:ipi vero nihil taliū faciūt:ꝯ qđ dicit suā nō alienā. q̄nta momētanea qñ aliq̄ vna die abstinēt:⁊ alijs dieb⁹ delitijs vacant: ꝯ qđ dicit quotidie. sexta simulata q̄ est hypocritaꝝ: ꝯ qđ dicit ⁊ sequat̄ me:nō fauorē mūdi. [Si q̄s etiā vult post me venire] hoc est si q̄s vult attingere ꝑfectionē vite xp̄iane:faciet ea q̄ sequunt̄.s. [abneget seip̄m ⁊ tollat crucē suam ⁊ sequat̄ me]. Vbi tria exprimunt̄ in q̄b⁹ ꝑfectio vite xp̄iane cōsistit. Primū est sui abnegatio. scđm est crucis portatio. tertiū vite xp̄i imitatio. Quātū ad primū sciendū ꝙ ad sequendum xp̄m oportet hoim tria abnegare.s.sua ꝺm illud. Qui nō renūciat oībus q̄ possidet non pōt me⁹ esse discipul⁹. Et suos ꝺm illud. si q̄s venit ad me et non odit p̄rem ⁊c̄. nō pōt me⁹ esse discipulus. Et semetipsum ꝺm qđ hic dicit̄ [abneget semetip̄m] scȝ vetustatē ⁊ pctā abijciendo:et ad meliora mutando: vt desinat esse quod erat:et incipiat esset qđ nō erat:⁊ alter ex altero efficiat̄/ ac voluntatē ꝓpriā abnegando:qđ plus est q̄ȝ abnegare res ipsas ⁊ abijcere. Vnde prosper. Quid eis prodest ꝙ

Mat. xvi.

Inuitum non vult dominus.

Hois pmi seu ade iactura et amissio triplex.

Perfectio vite christiane in tribus.

Luc. xiiij.

11o
1

facultates suas abijciūt qui volūtates ꝓprias nō relin:
quūt:cū sit longe prestantiꝰ voluntatibꝰ proprijs renun
ciare ꝙ̃ rebus hmōi:ergo abnegatio debet fieri oībꝰ de:
siderijs carnis ⁊ mundi cōcupiscentijs perfecte reluctā:
do: ⁊ in bonis actibus nullam complacentiā propriam
vel humanā captando:sed solū diuinū honorem in oībꝰ
que agimꝰ intendendo: vt sic veraciter possimus dicere
cū christo:nō veni facere meā voluntatē: sed eius qui mi
sit me. Quantū ad secūdū sciendū ꝙ crucē tollere tripli:
citer potest intelligi:scȝ per carnis mortificationē:ꝑ pro
ximi cōpassionē:per martyrij sustinētiā. vnde Hyla. Se:
quēdus est dn̄s cruce assumpta etiam passionis/⁊ si non
sorte/tamē voluntate comitādus est. ꝫm Maximū ep̄m.

Abstinentie ⁊ crucis genera

Duo abstinentie ⁊ crucis sunt genera: vnū corporale scȝ
a delectationibus/et ab alijs que decipiunt sensus viril
ter reuocare ac violenter abstrahere ⁊ cohercere. Aliud
spirituale qđ est speciosum ⁊ sublimius. scȝ motus animi
regere ⁊ perturbationes illius placare. impetus vitiorū
refrenare:⁊ contra ea quotidie litigare/ac rixam quodā:
modo cum interiori homine conserere. hec Maximus.
Hoc etiā de cruce tollenda potest ⁊ aliter exponi dupli:
citer. Uno modo de cruce corporali: ⁊ sic conuenit mar:
tyribus:⁊ per hanc crucē intelligitur omne genꝰ marty:
rij scȝ mortis ⁊ cuiuslibet alterius pene vel periculi pro
christo sustinendi animi tentatio ⁊ preparatio. Tunc enī
(ꝫm Aug.) crucē nostrā tollimꝰ quādo penalitates quas
libet pro christo voluntarie assumimus. Alio modo ex:
ponitur de martyrio spirituali:quod conuenit religiosis
et perfectis:de quo martyrio dicit apostolus. Mihi mū

Gala. vj.

dus crucifixus est:⁊ ego mundo. i. ꝫm glo. Mundi cōcu:
piscentie non habēt in me dominiū:nec mundus iam mi:
hi se ingerit:⁊ ego contra eum sum fortis. Et nota ꝙ nō
sine causa vtrūqȝ dixit:scȝ sibi mundū crucifixū ⁊ se mū:
do. Plerūqȝ enim cōtingit vt homo mundū non teneat:
sed tamen mundꝰ eū in suis occupationibus astringit:et
mortuus est homo mūdo:⁊ mundus eū quasi viuus con
cupiscit dum in alio intentū in suis actibus rapere contē
dit. Sed ꝫm Grego. nec paulus a mundo gloriam quere
bat:nec ipse a mūdi glīa querebat:ideo ⁊ se mundo ⁊ sibi

Crucifigēda in mundo tria sūt j. Joh. ij.

mundū esse crucifixū gloriabat. Sunt aūt tria in mūdo
que nobis debent esse crucifixa:et nos eis. Quia vt dicit
Johannes. Omne qđ est in mundo: aut est concupiscen:
tia carnis:aut concupiscentia oculorū:aut superbia vite
Horū triū crucifixio fit per tria vota religiosorū qui ve
re martyres sunt spirituales. Primū ergo martyriū cō:
sistit in temporaliū voluntaria relictione. Scđm in con:
cupiscētie carnis reluctatione:⁊ quāto fortior fit ista pu
gna:tāto gloriosior victoria martyrij. Tertiū in proprie
voluntatis abdicatione:qꝛ ꝫm Greg. per obedientiā ma
ctatur voluntas propria:⁊ ꝑ victimā caro aliena:⁊ ideo

Imitatio xp̄i in triplici via.

obedientia dicit̄ melior ꝙ̃ victima. Quantū ad tertium
de vite xp̄i imitatione: sciendū ꝙ xp̄m sequi nihil aliud
est ꝙ̃ eius vestigia imitari/⁊ eius vite conformari. Xp̄m
autē imitari debemꝰ triplici via qua nos ꝑcessit: videli:
cet paupertatis: humilitatis:et asperitatis. xp̄s enim in
suo ingressu nobis reliquit exemplū sincerissime pauper:
tatis:in ꝓgressu exemplū ꝓfundissime humilitatis: sed
in egressu exemplū acerbissime penalitatis:⁊ qꝛ ī his tri:
bus debemꝰ xp̄i vestigia sequi:ideo ad iugem eorum me

Tren. iij.

moriā nos inuitat dicens. Recordare paupertatis mee
ꝙ̃tum ad primū:⁊ trāgressionis mee. i. profundissime hu
militatis ꝙ̃tum ad secundū:⁊ absinthij ⁊ fellis. i. amaris:

Tria in quibus imitemur xp̄m.

sime passionis ꝙ̃tū ad tertiū. ¶ Et nota ꝙ omnia in qui
bus deuoti sectatores ꝑfectionis euāgelice christum de:
bent imitari ⁊ eiꝰ similitudini cōformari possunt: et hoc
modo ad tria reduci. s. ꝫm tria bona que a deo recepimꝰ
vt sunt res exteriores:corpus propriū/⁊ ipa anima:que
oīa oportet relinqui ꝓpter deū si volumꝰ ipsius xp̄i esse
perfecti imitatores. Perfectus enī xp̄i imitator primo
debet relinquere mundū ⁊ oēs res tēporales:et etiā cum
hoc oīm terrenorū occupationē ⁊ sollicitudinē penitꝰ de
bet postponere. Hoc aūt fit per voluntariā paupertatē
quā christus altissime seruauit:quia in tota vita sua pau
perrimꝰ fuit. Secundo debet relinquere corpus. qđ qui:
dem relinquitur tribus modis. Primo per carnis mace
rationē:per quā corpus vigilijs/ieiunijs/⁊ orationibus
atteritur ne caro lasciuiat:⁊ contra spiritū se erigere pti:
naciter nō presumat. Secūdo ꝑ tēporalis cōmodi abie:
ctionē:qꝛ qui nimis delicate nutrit seruū. scȝ corpus suū
postea inueniet eū cōtumacē:⁊ ideo debet semꝑ in rigore
teneri vt magis subijciatur spiritui. Tertio per penali:
tatū voluntariā perpessionem/sicut apostoli ⁊ martyres
qui ꝓ xp̄o volūtarie sunt passi. Et omnia ista xp̄s fecit:⁊
seipsum in exemplū dedit. Tertio debet relinquere ani:
mā suā ꝑ proprie voluntatis abdicationē: vt voluntatē
suam diuine voluntati cōformet. ꝙ nihil aliud velit nisi
solum illud quod diuine voluntati beneplacitum fuerit:
hoc enī fecit ipse xp̄s qui dixit. Nō veni facere volūtatē
meā:sed voluntatē eius qui misit me. Unde ad volunta:
tem diuinā ita habes regulā et mensurā omniū actionū
suarū/sic ꝙ in omnibꝰ actionibus ⁊ desiderijs tuis nihil
concupiscas nisi ꝙ honor dei in te amplietur/⁊ in oībus

Uiuere vita xp̄i. Mori pro christo.

alijs creaturis. ¶ Sed est sciendū ꝙ nullus potest viuere
vita xp̄i:nisi etiā moriatur morte xp̄i: ideo sicut xp̄s per
hoc ꝙ ex nimia charitate se assumptioni nostre carnis in
clinauit seipm̄ exinaniuit: ⁊ per consequens claritati di:
uine qua patri cōsubstantialis existit quodāmodo mori
voluit:ita quilibet ad istam perfectionē tendens debet ꝑ
verā humilitatē ⁊ plenariū contemptū sui mori sibiipsi:
seipsum vsqȝ ad nihil deijciendo:⁊ seipsum nihil reputā:
do vt viuere possit soli deo. Homo enī ad ꝑfectionē ten:
dens debet seipsum hoc est quod videtur habere a seipso
nihil reputare:qđ aūt habet a deo/ puta dona dei quibꝰ
cōformatur vite xp̄i/debet summe reputare:⁊ cū summa
diligentia custodire:vt vere possit dicere cum apostolo:

Collo. iij.

viuo autē iam nō ego:viuit vero in me xp̄s. Unde de ta:
libus mētibꝰ perfectis sic mortuis sibiipsis dicit aposto
lus. Mortui estis:⁊ vita vestra abscondita est cum xp̄o
in deo. Signanter autem dicit et vita vestra abscondita
est cū xp̄o in deo:quia vita illa qua mēs per amorē conti
nuū ⁊ beatificū ꝑfecte vnitur deo in patria illa/est in pre
senti abscondita:qꝛ propter necessitatē mortalis vite ta
lis amor continuus ⁊ nō interruptꝰ in presenti vita habe
ri nō pōt. Sed hoc euidēter apparebit in vita beata vbi
obiecto beatifico cōtinue fruemur: ⁊ in solo deo iugiter
delectabimur. ꝓpter qđ bene subditur. Cū autē xp̄s ap:
paruerit vita vestra:tunc ⁊ vos cum ipso apparebitis in

Mors spiritualis ꝑficit̄ gradibus.

glīa. Est aūt sciendū ꝙ mors ista spūalis qua homo per
contēptū sui moritur sibi/qbusdā gradibꝰ ꝑficitur. Pri
mus est ꝙ hō per humilitatē reputet se oībꝰ viliorē. Se:
cundus est ꝙ hoc verbis ꝓprijs fateat̄. Tertiꝰ est ꝙ etiā
ab alijs dici equanimiter patiatur. Quartꝰ est ꝙ homo
equanimiter ferat cum ab alijs contēptibiliter tractat̄.
Quintus est ꝙ homo non solū nō doleat:sed etiā diligat
ꝙ ab alijs contemnatur. Et oēs isti gradus ꝓprie despe
ctionis perfecte relucebant in xp̄o. Sequamur ergo et
imitemur:nō dyabolum: vt ambitiosi ⁊ superbi: nō mun
dū vt cupidi ⁊ auari:nō carnalem appetitū/vt voluptuo
si ⁊ lubrici:sed dn̄m iesum xp̄m. Qui enim deū nō sequit̄
ei qđ ē neqȝ se abnegare/neqȝ crucē tollere prodest. Uis
sequi xp̄m? Sis deo obediens:⁊ ꝓximū diligens:ac pro
pter deū oīa sustineas ⁊ facias:⁊ malū declinando circa
virtutes insistas:hac enī via xp̄s incedit:per hanc ergo
viā ambula si vis eū sequi in vita ꝑsenti/⁊ cū eo gaudere
in patria. Sed heu pauci hodie dn̄m sequi volūt:⁊ tamē

Sequētiū xp̄m paucitas.

multi ad eū peruenire cupiūt. vn̄ Bern. O ꝙ̃ pauci post
te volunt ire dn̄e:cum tamen peruenire ad te nemo est q
nolit:cōregnare cupiunt:sed nō compati. non curant que
rere quē tn̄ desiderant inuenire. cupiūt te cōsequi:sed no
lunt sequi:optant extrema iustoꝝ/nō curātes principia
eorū. Et qꝛ dn̄s monuit ad sustinendū ꝓ cōfessione fidei
martyriū:cōsequēter tollit huiꝰ cōfessionis triplex īpedi
mentū. Et primo primū quod est nimius amor suiipsiꝰ
dicēs. [Qui enī voluerit aīam] .i. aīalitatem [suā] .s. vitā
ꝑsentē alimonijs indigentē [saluā facere] .i. in ꝑsenti cu:
stodire/martyriū declinādo/vel corpꝰ ī pn̄ia nō macerā
do/hoc est potiꝰ saluare tp̄e ꝑsecutionis ꝙ̃ me cōfiteri. s.
eligēs potiꝰ deū offēdere ꝙ̃ ꝓ eo mori:vel tp̄e pacis de:
licate seruare potiꝰ ꝙ̃ ꝑ pn̄iam affligere [ꝑdet eā] in futu
ro. s. vitā vel aīam:⁊ ꝓ vita momētanea incurret mortē
eternā. Un̄ fugiēdo mortē īcurret mortem:⁊ seruādo vi:
tā amittit vitā. [Qui āt ꝑdiderit aīaȝ suā] .i. aīalē ⁊ ꝑn̄tē
vitā ꝑditiōi ⁊ morti si necesse ē se exponēdo:eligēs potiꝰ
ꝓ deo mori ꝙ̃ eū offendere: vel ꝑ pn̄iam se affligendo eli
gēs potiꝰ sic deū placare ꝙ̃ se delicate viuendo ipm̄ ma
gis irritare:⁊ hoc nō ꝓpter mūdi vanitatē/vl' erroris de

fensionē aut desperationē: sed ꝑpter me.i. anteq̄ꝫ contra
mea faciat mādata [inueniet eā]in futura glīa: et ꝑ vita
mortali inueniet eternā. Istud dictum dn̄i de aīa ꝛ vita
saluanda: ꝛ perdenda sile est ſm Grego. ac si diceret agri
cole frumētū si seruas pdas: si seminas renouas. Igitur
vt dicit Cas. Ve carni q̄ hic superata nō fuerit: nam q̄ in
hac cōuersatione vincit/illic sine dubio coronat. Unde
Ber. Qui voluerit aīam suā saluā facere perdet eam. Et
q̄dē prudēti⁹ eā pdis vt custodias q̄ꝫ custodis vt pdas:
q̄d h̄ vos dicitis obseruatores ciboꝝ: morū neglectores
ypocras ꝛ sequaces ei⁹ docent aīas saluas facere in hoc
mūdo: xp̄s ꝛ ei⁹ discipuli pdere. Quē nā vos ex duobus
sequi: magistrū aut seruum eligitis. Epicurus atq̄ꝫ ypo:
cras corporis. alter voluptatē/alter bonā habitudinem
prefert: me⁹ magister vtriusq̄ꝫ rei contemptum predicat.
Quid eni tibi aliud sonuit cū clamatū est. q̄ amat animā
suā pdet eā? Perdet aūt dixit: siue ponēdo vt martyr: si
ue affligendo vt penitēs. Quāq̄ꝫ martyrij gen⁹ sit spū fa
cta carnis mortificare illo nimirū quo mēbra ceduntur
ferro: horrore quidē mitius: sed diuturnitate molestius.
hec Ber. Deinde tollit secūdū impedimētū q̄d est nimia
Lucri terreni detestatio.
cupiditas lucri ꝛ desiderij terreni dicens. [Quid eni ꝓ:
dest hoī si vniuersum mūdum lucret]de quo nihil secum
moriens portare poterit nisi pctm̄: immo tanto plus acq̄
sinit de inferno. Vn̄ in Apoc. dicit. Quantū glorificauit
Apo.xviij.
se ꝛ in delitijs fuit: tm̄ date illi tormētū ꝛ luctū [aīe vero
sue detrimentū patiat]scꝫ amittendo gloriā: incurrendo
penā eternā/ꝛ perdendo humanā substātiā. q.d. nihil ꝓ:
ficit imo p talia multū pdit: scꝫ id q̄d est immortale ꝛ di:
uinū in eo: ꝛ ideo aīa cū sit immortalis preponēda est oī
bus corruptibilibus ꝛ trāsitorijs: nā aīa rationalis ima
gine trinitatis insignita preciosior est cunctis terrenis.
Et ideo stultus est q̄ plus pecuniā q̄ꝫ seipsum diligit: q̄d
facit qui ꝑpter illā tormentis eternis se exponit. Unde
Auar⁹ peior est dyabolo.
nimis stultus est auarus: immo peior q̄ꝫ dyabol⁹: q2 aua
rus plus diligit nummū q̄ꝫ animā suam vel aliorum: sed
dyabolus plus diligit vnā aīam q̄ꝫ totū mundum. Qua
propter dixit xp̄o presumens decipere eū/si cadens ado
Mat.iiij.
raueris me/dabo tibi mūdū istū. Et ideo vt dicit Orig.
Duob⁹ prepositis magis est eligendū vt mundū perda:
mus ꝛ lucremur aīas nostras. vn̄ ꝛ Amb. Ualde timēdū
est ne propter auariciā pecunie: vel propter amorem car
nalis vite salutē animarū q̄rere negligam⁹: q2 nihil ꝓ:
dest lucrificare tpalia si pdant eterna. Et dat Chry. exē
plum. Si egens in vltimis malis posit⁹ videres seruos
in lasciuia agere: q̄d lucrū estimares te eoꝝ dn̄m esse: sic
q̄d lucrat anima tua misera carne lasciuiente si futuram
dānationem expectat? Sed magna heu hodie cecitas et
amētia in hoībus reperitur. q2 ſm Aug. Si quis argen:
tū auro ꝑponit dementissim⁹ iudicat: si vero aurum deo
preponit a nullo reprehenditur. Exponit etiā predictū
dn̄i verbū de illis qui aīas alioꝝ lucrari volunt/et suas
negligunt. Vn̄ Chry. Si alterius sollicitus cōtēnas te:
similis es eis q̄ metalla fodiunt ꝛ necantur. Et q2 posset
aliquis dicere: ꝛ si aīam perdam: tamē ex multis q̄ lucra
bor eā redimā q̄d falsum est. vn̄ dicit. [Aut quā cōmuta:
tionē]i. redemptionē [dabit hō ꝓ aīa sua]i. dānata. q.d.
si ꝓ ea totus mund⁹ daret/non ꝓ hoc liberaret. Et ideo
nō potest cōparari lucrū mundi ad detrimentū aīe ꝓ q̄d
Aīe perditio irrecupabilis.
hō pdit eā ꝛ vitā eternā. Nā pditis diuitijs possunt per
alias diuitias cōpensari: ꝛ si mors infligit pōt cōpensari
per vitā immortalē que in refectione expectat: sed si aīa
p culpā perdat non expectas in alia aīa recōpensari: q2
nō poteris aliā aīam/sed neq̄ꝫ aliquid aliud quasi cōmu
tationē ꝓ ea dare vt liberes eā de eterna morte. De⁹ au:
tē pro aīabus hoīm dedit cōmutationē sanguinē filij sui
ꝑciosum. Perdēda est igit anima et vita presens in hoc
seculo propter dn̄m: nō saluāda ꝑpter lucrū ꝛ desideriū
terrenum. Quapropter (vt ait Aug.) Uoluntarie nūc ꝓ
xp̄o postponamus q̄ncq̄ꝫ dimittēda: ne (q̄d absit) ꝓ trāsi:
torijs amittamus eterna. Si enim tibi diceretur sis toto
hoc mense diues et potens/ꝛ fac q̄cquid velis. vtere car:
nis voluptatib⁹ sicut placet: ea tamen conditione vt ocu
li tui postea eruantur: omne solatium tollatur: toto tem:
pore vite tue in fame ꝛ siti in omni cruciatu et omni mise:
ria viuas: nūquid illud tale bonū hoc tenore susciperes?
Et quidem tota hec vita nec mensis est: nec vnius diei
vel hore spacium ad illius eterne infelicitatis compara:
tionem cuius miserie neq̄ꝫ finis est/neq̄ꝫ pena similis in:
uenitur. vn̄ ysi.d. Si haberes sapientiā salomonis: si pul:
chritudinē absolonis: si fortitudinē samsonis: si longitu:
dinē enoch: si diuitias cresi: si potestatē thebotnam: quid
prodesset tibi si tandē caro daretur vermibus: anima de
Xp̄s duo sūt eccle.
monibus cum diuite crucianda sine fine? q.d. nihil. Duo
quippe sunt tempora ecclesie: vnū persecutionis/et tunc
anteq̄ꝫ deū negemus ponenda est anima ꝛ presens vita?
Aliud pacis: ꝛ tunc frangēda sunt desideria terrena ꝛ lu
cra contēnenda. Nulla q̄ mūdi aduersitas aīam tuā frā:
gat: nulla prosperitas alliciat: nulla fallacia seducat a ꝓ:
ceptis ꝛ mandatis dei: ꝛ a charitate que est in christo do
mino nostro. Omnibus modis et in oībus debem⁹ semp
Pudor seculi amouendus.
beneplacitū dei facere: ꝛ ab offensa eius abstinere. Dein:
de tollit tertiū impedimentū ad confitendū fidē christi
quod est pudor seculi. Nam ſm Greg. Sepe ex humana
verecūdia prepedimur vt rectitudinē quā seruamus in
mente nondū exprimere valeam⁹ in voce: ꝛ tanto dei fa
ciē ad iusticie defensionē negligemus: quanto humanas
facies cōtra iusticiā veremur. Et ſm eundē sunt q̄ dicūt
Nos nō erubescimus deū cōfiteri: sed ad ꝑfessionē fidei
non sufficit vox professionis xp̄iani: dum verentur a pro
ximis despici: dum idignant iniurias tolerare: dum eru:
Confitendus xp̄s sine erubescentia.
bescūt si iurgiū cōtigerit priorib⁹ satisfacere. Hoc ergo
impedimentū tertium tollit. Primo ex fructu. Scđo ex
pena: q2 xp̄s cōfitentes cōfitebitur ꝛ recognoscet: et eru:
bescētes erubescet. i. nō cognoscet eos de suis in secūdo
suo aduētu et iudicio cū venerit in maiestate sua: scꝫ hu
mana. i. in forma humana glorificata: et patris. i. maiesta
te diuina que sibi et patri est cōmunis/quā tn̄ habet a pa
tre suo ꝛ sctōꝝ angeloꝝ q̄ apparebūt cū eo. Hic et eru
bescet infideles: ignorabit fatuas virgines: obiurgabit
Iudicabit pater et spiritus sanctus vt filius.
misericordes. Unde patet q̄ nō solū iudicabit fili⁹ i for
ma deitatis: sed etiā pater ꝛ fili⁹ ꝛ sp̄us sanctus quorum
est vna maiestas in forma: tn̄ visibili sol⁹ filius appare:
bit: vt ex hoc solus fili⁹ hoīs iudicare dicatur. Indiuise
itaq̄ꝫ iudicāt pater ꝛ filius: necnō ꝛ sp̄us sctūs. Uerū q2
potentia sapientie cedit in discretiōe iudicij. vbi equitas
magis est examinanda ꝛ cōsiderandū quid cuiq̄ꝫ debea
tur ꝓ meritis: quis ꝛ potētia sit exercenda/nec bonitas
subtrahenda: ideo specialiter discrimen iudicij attribui
tur sapientie: q2 iudiciū est ꝓ sapientiā diuinā: sapientia
autē tota cōicatur filio: ꝛ ideo etiā solus filius dicitur iu
dicare. Tēpore ergo ꝑsecutionis nō erubescat xp̄ianus
fidelis ꝓ xp̄o affligi: ꝛ si opus fuerit morte affici/ac sub:
stātijs nudari ꝛ honoribus deijci. Tempore vero pacis
cum vitia maxime subrepunt: carnem refrenat ne lasci:
uiat ꝛ pro xp̄o non vereatur a proximis despici: iniurias
verboꝝ pati: prior ꝓximo satisfacere vt veraciter ꝓbet
sequi humilitatē capitis sui: ꝛ ipm̄ cōfitens mereatur ab
eo recognosci. Et ne ad abnegandū se et tollendū crucē
auditores terreant: ideo tristibus leta subiungit dicens.
[Filius eni hoīs]id est virginis qui ita se vocat propter
sui humilitatē: ꝑpter carnis veritatē: ꝑpter matris puri
tatem sine integritatē [venturus est] ad iudicādū orbem
[in glīa patris sui cū angelis suis]in forma gloriosa iu:
dicabit. Qui prius venit humilis venturus est ꝑ manife
stationē glīe ꝛ virtutis. [Et tūc reddet]sine tpis dilatio
ne [vnicuiq̄ꝫ]sine ꝑsonarū acceptiōe vbi nō ꝑsone sꝫ opa
cōsiderātur. vel sequit [ſm opa sua]sine diminutione iu:
stis quidē premiū scꝫ gloriā aīe ꝛ corporis: alijs aūt sup
pliciū. scꝫ penā vtriusq̄ꝫ. hic est locus merēdi ꝛ liberandi
aīam ibi mittēdi ꝛ recipiēdi ſm merita. Ambula hic dū
lucē habes ne ibi tenebre te cōprehendant. Suscipe hic
mortē vt ibi suscipias vitam imortalem. Noli timere: q2
tristibus leta succedūt. Times mortē: audi gloriā triū
phātis: vereris crucē/ausculta angeloꝝ ministeria. At:
tende et hic verbū Bern. qui dicit: vis scire que debeas
iesu christo. Debes ei vitam tuam: quia ipse vitam suam
posuit pro tua. Et quia rudes erant apostoli ne eum sic
venturum dubitarent/et fatigati expectatione defice:
rent: promittitur in presenti consolatio vt citius credant
de futuro. Unde bonus magister ne discipuli desperatio
ne frāgant/aut tedio/subiungit eos cōsolādo. [Amē di:
co vobis]vt securi de hoc sitis [sunt q̄dā de hic stātib⁹]
discipulis [qui nō gustabūt mortē]tēporalē que est quī:
dam gust⁹ respectu mortis eterne. vel gust⁹ dicitur q̄ꝫtū
ad bonos qui non permanent in morte [donec videant]

oculis corporalibus [filiū hoīs venientē in regno suo]
id est in ea claritate regni quā habebit cū ad iudicandū
veniet: vt qualis ē ventur⁹ postea/p̄senti quoq; tpe demō
stretur ⁊ appareat: hoc est donec videant similitudinem
glīe quā corpora electoꝝ q̄ eū nūc cōfitent̄ habebunt in
ecclīa triumphāte: vt p hoc speret̄ eterna futura in re. vn̄
ſm glo. in corpore mortali ostendit eis non immortalita
tem/sed claritatē future immortalitati similem: ⁊ ita sen:
sus est donec videāt regnū dei. i. imaginationē glorie re
gni dei. Cū xp̄o hic stātes sunt in statu gratie q̄ pro ipso
patienter passiones sustinent: ⁊ isti mortē culpe vel gehē:
ne nō gustant: sed cū ipso ad gloriā eternā trāseunt. Hāc
piā p̄missionē eis fecit/vt p visam gloriā future resurre:
ctionis ⁊ contemplationem gaudij manētis ad aduersa
transeuntis seculi fortius ferenda animaret. Visionem
aūt p̄missam distulit/vt eā vehementius desiderarēt: et
desideratā magis acceptarent ⁊ gratā haberēt. Oratio.



Domine iesu christe da mihi vt meipsum sic ab
negem q̄ in prosperitate ⁊ in omnibus q̄ tēpo:
raliter delectāt a malo declinē: ⁊ nihil nisi ho
norem tuum queram: neq; volūtati renūciās
tibi/et propter te omni creature obediam. Da etiā mihi
vt tollā crucem meā: afflictiones ⁊ penalitates p me vo:
luntarie assumendo: ⁊ ab alijs illatas patienter sustinen:
do/ac proximis in necessitatibus cōpatiendo: et in omni
aduersitate bonū facere non desistendo. Da etiā mihi vt
te sequar vestigia tua imitando/⁊ tue vite me cōforman:
do post te veniā ad supernā patriā pertingendo. Amen.

¶ De transfiguratione domini. Capitulū. iij.



Mat. xvij
Luce. ix. ⁊
Mar. ix.

Deinde quod iam supra
p̄misit soluit cū dicit̄. [Et post dies
sex] ſm matth. non numerando extre
mos vel [die octaua] ſm lucā nūeran
do diē primū quo promisit/⁊ vltimū
quo soluit [assumpsit iesus secū petrū
et iacobū/et iohannem/⁊ duxit illos
seorsum in mōtem valde excelsum] i. s. thabor. quarto mi:
liario a nazareth contra orientē vt ibidem oraret. Mat:
theus et marcus ponunt tm̄ dies medios: sed lucas etiā
extremos. Illi sex: q̄z post sextam mundi etatem aīe san:
ctorum in beata expectatione requiescent. Lucas octo:
q̄z in octaua resurrectionis corpora sanctorū in gloriam
immortalitatis resurgent. Hic ergo post sex etates quie:
scendum esse ab omni labore: ⁊ ibi octauo tempore resur:
gendū designat. Vn̄ ſm Hiero. ⁊ glo. hoc bene mysterio
conuenit: nam sicut xp̄s post sextam sabbati qua crucem
ascēdit: ⁊ post septimā sabbati qua in sepulchro quieuit
octaua die resurrexit. sic ⁊ nos post sex mundi etates qui
bus pro dn̄o patimur ⁊ laboramus: ⁊ post septimam qui
etis animarū que interim in alia vita geritur octaua eta

Trāsfigurationis dn̄ice tp̄s.

te resurgemus. Trāsfiguratio ergo fuit in octaua die: q̄z
facta est ad ostendendum discipulis suis gloriam resur:
rectionis future que erit in octaua mūdi etate: ⁊ propter
hoc figurata est hic per octauam diem. ¶ Assumpsit autē

Assūptionis trium causa.

secum tres tantū: vt in ore trium staret testimoniū. Item
in signū q̄ qui nunc fidem trinitatis firmiter seruabunt:
tunc in eterna visione gaudebunt. Istos autem tres scili
cet petrum/iacobū/⁊ iohannē specialiter assumpsit: quia
istos familiariter diligebat. Hoc aūt fecit ad designan:
dū q̄ quicūq; vult gloriā dei videre oportet q̄ fidē agno
scat: sicut petrus: q̄ vitia supplantet. sicut iacobus q̄ ad
bene operandū gratiā habeat. sicut iohannes q̄z oē meri
tum consistit in credendo verū: in declinando malum: in
faciendo bonum. Item ad commendationem omniū sta
tuum ecclesie. nam per petrū significantur coniugati vel
etiā prelati. per iacobum penitentes vel actiui. per iohan

Cur seorsum duxerit.

nem virgines theorici. Et pulchre ostensurus discipulis
resurrectionis gloriam seorsum eos duxit/vt intelliga:
mus q̄z si eiusdem resurrectionis participes esse cupim⁹
a turbis malignorum hominum et tumultibus seculi di
uisi esse debemus. Pulchre etiā eos in mōtem excelsum
duxit/⁊ nō vallē: vt discam⁹ gloriā nō in p̄fundo huius
seculi: sed in regno superne beatitudinis esse q̄rendam: et
q̄ ad illam gloriam future resurrectionis peruenire: et
in decore suo christum videre merebimur: si ima ⁊ terre:
na descendentes ac sublimia ⁊ celestia desiderātes men:
te in celestibus habitemus. Necesse est eni omnibus qui
deū contēplari desiderant: vt nō infimis voluptatib⁹ ia
ceant: sed semp ad celestia se erigant. Ascēdit aūt in mon
tē vt oraret. innuens oraturos in montē virtutū ascende
re/et sursum non in imis corda habere: ac continuis pre:
cibus insistere. Et bene mons iste dict⁹ est thabor quod
accessio lucis interpretatur: q̄z omne quod manifestat̄ in
lumine manifestat̄. Effect⁹ aūt orōnis ostēdit p̄pter qd̄
orauit. scʒ p̄pter gloriā future resurrectionis manifestā:
dā aplīs. Dū eni oraret trāsfigurat⁹ est coram eis. Non
dicit trāsfigurauit se: vt notet̄ actio fieri ex potētia trini:
tatis: sed in natura humanitatis. [Et dū dū oraret facta
est altera species vultus ei⁹] feruor eni ⁊ deuotio oratio:
nis dispositio est ad transfigurationem et extasim men:
tio. Vn̄ petrus dū oraret fact⁹ est in extasi mētis. Cōspi
ce dū ista/⁊ te p̄ntē exhibe: q̄z magnifica sunt valde. [Re
splenduit eni facies sicut sol] imo plusq̄ʒ sol: sed nihil hʒ
clari⁹ cui cōparet̄. [Vestimēta aūt ei⁹ facta sunt alba si:
cut nix: ⁊ sic perfusa lumine vt alba extra apparerent. ſm
Aug. Cādor vestiū p̄cedebat a faciei splēdore: et ista fu
it vera mutatio in facie/sed nō in veste. Nō substātiā ve:
re carnis amisit: nec corpis veritatē subtraxit ſʒ splēdorē
addidit. Vn̄ lucas dicit q̄ [facta est species vult⁹ ei⁹ al:
tera] nō alia. In carne ergo mortali imortalitatis ⁊ resur Trāsfiguratio dn̄i
rectionis sue vel nr̄e gloriā: nō in se/sed in seculi clarita: spē auget
te sicut voluit ondit: vt illi⁹ glīe quā p̄dicabat certiores nostram.
nos redderet. ¶ Ecce q̄ʒtū pign⁹ btitudinis nr̄e habem⁹
nō eī erat aliunde transfiguratio nisi secundi aduentus
p̄nūciatio: in quo ⁊ ipse xp̄s ⁊ sancti ei⁹ lucebunt sole cla
rius: vn̄ non assumpsit claritatis dotē: sed dotis similitu:
dinē. Nā vt leo papa ait. Illā ipsius deitatis ineffabilē
⁊ inaccessibilē visionē que in eternā vitam mūdis corde
seruatur/nullo mō adhuc mortali carne circūdati intue
ri poterāt ⁊ videre. Splēdor aūt faciei significat clarita
tem diuinitatis: fulgor vero vestium claritatem humani
tatis eius. Item claritas faciei representat futurā clari:
tatem capitis xp̄i: fulgor aūt vestiū designat futurā cla:
ritatē mēbroꝝ eius. s. sanctoꝝ qui superabunt̄ a claritate
xp̄i: sicut candor niuis superatur a fulgore solis. Candor
ergo significat gloriā future resurrectionis/p̄pter quod
angelus dn̄ice resurrectionis nūcius in veste cādida ap
paruit. Et ſm Bedā. Vestit⁹ dn̄i sanctorū illi⁹ chor⁹ ac
cipit̄: qui in terris despectus videbatur. ¶ Moraliter cir
ca trāsfigurationē dn̄s tria fecit: q̄z discipulos assumpsit
montē ascendit: orationē premisit: ad significandū q̄ ad
gloriā non peruenitur nisi per virtutis societatem: p vi:
te altitudinem: per orationis deuotionem. Felix ergo q̄
talē comitatū assumpsit. Petrū. s. qui interpretat̄ agno:
scens vt sit in eo cognitio: q̄ debet esse triplex: scʒ dei sui/
et proximi. Cognitio dei generat dilectionem ⁊ cauet de
sperationē: cognitio sui generat humilitatē/⁊ cauet pre:
sumptionē: cognitio p̄ximi generat cōpassionē/et cauet
crudelitatē. Et sicut suā fragilitatē: sic ⁊ mūdi vanitatē
agnoscat/⁊ agnitā contēnat. Iacobū qui interpretatur
luctator vel supplātator: vt sit in eo lucta ⁊ supplātatio:
q̄ etiā debet esse triplex: scʒ carnis: mūdi: ⁊ dyaboli: vt co
tra cōcupiscentias carnis ⁊ mūdi/ac instigationes dya:
boli fortiter luctetur/et eas deuictas sub planta proster:
nat: non enim coronabitur nisi qui legitime certauerit.
In signum hui⁹ iacob post luctus accepit benedictionē.
Iohannē qui interp̄etat̄ grā: vt in eo sit gratia: q̄ simili
ter debet esse triplex. s. incipiēs/proficiens/⁊ perueniens
Vn̄ apl's. Grā dei sum id qd̄ sum q̄ʒtū ad p̄mā: et gratia j. Cor. xv.
ei⁹ in me vacua nō fuit/q̄ʒtū ad secūdā: sed illis oīb⁹ abū
dātius laboraui: nō aūt ego solus: sed grā dei mecū q̄ʒtū
ad tertiā. Iohannes etiā priuilegio singularis amoris
dei dotat⁹ fuit: sic bonū diuinū sup oīa diligat et in oīb⁹
transitorijs nihil nisi amorē diuinū cōcupiscat. Item pe
trus alio nōie dictus simon q̄ interpretat̄ obediēs signi:
ficat obedientiā. Iohannes in quo grā significat mūdi:
ciā. Iacob⁹ qui luctator vel supplantans significat pau
pertatem voluntariā: ⁊ ista tria faciunt videre claritatē
diuinā sicut isti viderūt transfigurationē. Felix q̄ talem Montis
montē. i. eminentiā vite ascendit: in q̄ sunt tres grad⁹: scʒ ascensio.
abiectio sui: mortificatio carnis: ɔtēptus mūdane p̄spe:
ritatis: de qb⁹ supra p̄rimo capitulo. si q̄s vult post me
venire abneget semetipsum ⁊ tollat crucē suā ⁊ sequatur
me. Felix q̄ sic orōni insistit pie fideliter ⁊ p̄seuerāter do
nec appareat gloria in facie clerici: qui transfigurantur

in solē dum lucent per scientiā: ardent per charitatē: illumināt p exemplū ꝛ doctrinā in vestimētis layci: quibus sufficit albedo niuis p mūdiciā mētis/carnis/ꝛ operis.

Apparitio moysi et helye et ei⁹ cause.

[Et apparuerūt illis moyses] iā mortu⁹ ſm aīam in corpore assumpto vel sibi adoptato: sicut qn apparēt angeli in corporib⁹ assumptis [ꝛ helyas] adhuc viuus in aīa ꝛ corpore ꝓprio allat⁹ de paradiso. Apparuerūt cum xpo isti duo poti⁹ ꝙ alij. alter mortu⁹: alter adhuc viuus: in signū ꝙ viuentium ꝛ mortuoꝝ/ seu vite ꝛ mortis sit dñs. ꝛ ꝙ iusti tā mortui qui p moysen ꝙ viui: qui p helyā qui tpe iudicij. vel viui in carne reperiendi: vel a morte resuscitandi sunt: regnaturi sunt in gloria cū illo. Itē vt ostēdant ipm esse quē legis ꝛ ꝓphetarū scripta predixerunt ꝛ ꝓmiserūt: ꝛ vt hic appareat ꝙ lex ꝛ ꝓphete a doctrina xpi nō discordāt: ꝛ ꝙ finis legis ꝛ ꝓphetarum in suo sermone xps erat: ꝛ ei⁹ glīa propter quā venerant: ꝛ vt ipse ostenderet se esse supra legem quā moyses legislator dedit: ꝛ supra ꝓphetas. inter quos helyas predicator precipuus fuit: per moysen quidem significatur lex: p helyam ꝓphete: ꝛ p dñm euangeliū. Apparuit ergo dñs medius inter moysen ꝛ helyā tanꝙ ipse ꝛ euangelium haberent a lege ꝛ prophetis testimoniū. Itē vnus mortu⁹ ꝛ alter viuus apparuit: vt significent xpm moriturum ꝛ iterum victurū: vel vt nos mortui sim⁹ mundo: viui aūt deo. Itē vt ex oī parte xps testimoniū haberet de celo patrem in voce. de ethere nubes: de paradiso helyā: de terra apostolos: de inferno moysen. [Et loquentes cum eo] dicebant excessum eius quē cōpleturus erat in hierusalē. i. passionem in qua fuit excessus amoris/doloris/ꝛ humilitatis.

Joh. xv. Amor fuit supra mēsurā. ſm illud Joh. maiorē hac dilectionē ꝛc. Dolor supra cōsuetudinē. ſm illō

Treñ. j. Treñ. O vos oēs qui transitis ꝛc. humilitas supra virtutem. ſm illud

Treñ. iij. Treñ. Recordare paupertatis ꝛc. Loqui aūt ipsorū est talē grām redēptionis futurā per xpz testimonijs legis ꝛ prophetarū prefiguratā esse ostendere. Et notandū ꝙ nō loquebanꝭ de tali materia tanꝙ indicantes christo ꝙ nesciret: sed eum adorabant de aduentu eius in carne: et qꝛ mysterium passionis quod ipsi predixerant viderunt in christo cōplendū: ꝛ leti fortasse qꝛ videbant redēptionis sue totiusꝙ hūani generis diē appropinquare. Compatiebanꝭ nihilomin⁹ christo: qꝛ tam gloriosa facies debebat sic conspui: ꝛ sic inuidiose tradi/ꝛ iudicari/ꝛ crucifigi.

Gaudiū ex transfiguratione

Notandum etiā ꝙ gaudiū magnū factū est apostolis ꝛ prophetis: nō solum de transfiguratione christi: sed etiā (vt dicit effrem) de mutua visione: qꝛ vtriusꝙ testamenti principes congregati sunt cū deo abraam. Videbat enī moyses dux iudeoꝝ ꝑncipē christianoꝝ petrum considerabat helyas castus virginē iohannē: ꝛ vterꝙ in iacobo laudabat martyrij priuilegiū. [Petrus vero et qui cum illo erant grauati erāt somno] oppressi a gloria quia splendore incomprehensibilis deitatis premuntur sensus humani corporis. [Et euigilantes viderūt maiestatem eius ꝛ duos viros] scꝫ moysen ꝛ helyam quos cognouerunt predicte claritatis illustratione.

Moysi et helye ab apostolis cognitio.

Vñ querit ambro. quomodo apostoli cognouerunt moysen ꝛ helyā quos nunꝙ viderūt: ꝛ respondet ꝙ per maiestatē super eos venientē. in quo innuiꝭ ꝙ in futura glīa alter alterū quē nūꝙ vidit cognoscet. Scdm glo. hic helyas dicitur eximius ꝓphetarū: sed contra de dauid hoc diciꝭ in prologo super psalteriū: et de moyse in glo. super exodū. Et soluitur qꝛ moyses fuit eximius dñi familiaritate: signorum ostensione: legis promulgatione. Helyas eximius vite austeritate: arguendi auctoritate: vite diuturnitate. Dauid eximius ꝓphetie sublimitate: regia dignitate: et speciali ei facta ꝓmissione. [Tunc petr⁹] tanꝙ feruētior [dixit ad iesum: dñe bonum est nos hic esse] .s. in monte: ꝛ in contemplationis dulcedine. Celesti enī dulcedine gustata vilescunt infima. vñ Rabanus. Quo ampli⁹ quis degustat dulcedinē vite celestis/eo amplius omnia alia fastidit in infimis. [Si vis faciamus hic tria tabernacula] ad manendū scilicet hic cōtinue [tibi vnū: moysi vnū: et helye vnum]. Non loquebatur de tabernaculo pro se et socijs suis faciendo: quasi supponens se ꝛ socios suos tanꝙ discipulos cū magistro mansuros in suo tabernaculo.

Fruitio diuinitatis in petro.

Petrus optādo cōmendat christū/ et se in monte manere ex modico gustu participationis future glorie quā in xpo viderat/ vt per hoc discamus ꝙ nihil sit difficile pro christo pati/ nec tormenta/ nec crux/ nec mors. vt ad montē celestis glorie perueniamus. Si enī sensibilis visa xpi gloria/sic petrū in monte impressionib⁹ et intemperiebus subiecto illexit vt diceret bonum ibi manere: quid estimendum est de illa ineffabili ꝛ itelligibili gloria eterna in celo: vbi nulla intemperies: nulla peregrine impressionis molestia: vbi nullū malum: sed oē bonū obtinebitur. Vñ Beda. O quanta felicitas visioni deitatis inter angelos adesse perpetuo sit: tñ transformata xpi humanitas duorūꝙ sanctoꝝ societas ad punctum visa delectat: vt eis ne discedant petrus prestare velit obsequiū. Unde ꝛ remigi⁹. Uisa dñi maiestate ꝛ duorū seruorum: petrus a deo delectatus est vt cūcta tēporalia obliuioni traderet: ꝛ ibi in perpetuū vellet manere. Si aūt petrus sic ascensus est/ quanta erit suauitas ꝛ dulcedo videre regem in decore suo: ꝛ interesse choris sanctorum omniū ꝛ angelorū. Hec Remig. Sed errauit petrus [ꝛ nesciebat quid diceret] hoc petendo: tū qꝛ in via patriā requirebat ꝛ vmbram future glorie quam viderat verā estimabat gloriam oblitus regnum dei non esse sanctis promissum in terra: sed in celo: tum qꝛ in gloria tabernacula manu facta necessaria credebat: ignorans domū manu factā non esse necessariā in illo seculo futuro: tum qꝛ se et coapostolos adhuc carne mortali circūdatos esse non auertebat: et absꝙ gustu mortis immortalis vite statū subire volebat: tū etiam qꝛ suā ꝛ proximorū salutē non attendebat. Vñ Aug. Quid dicis sancte petre: mundus perit ꝛ tu secretū queris. Uides tot gētes in vnū conuenire ꝛ tu desertum diligis. Uides tenebras mundi/ ꝛ tu lumen abscondis. Nemo quippe accendit lucernā: ꝛ ponit eam sub modio ꝛc. Vñ ꝛ dama. Non est tibi (inquit) petre bonum ꝙ xps ibi moretur: qm̄ si ibi mansisset nequaꝙ tibi facta ꝓmissio consequeretur effectum. Neꝙ enim claues obtinuisses regni/ nec mortis tyrānis abolita esset. Et vt dicit Chry. qꝛ audiuit ꝙ oportet eum hierosolimam ire et multa pati: adhuc timet pro xpo: sed post increpationē non audet aperte dicere rursus ꝓpicius esto tibi: sed idē occulte per alia signa insinuat. Quia enim videbat multam quietem ꝛ solitudinem cogitauit conuenientem ibi esse stationē ex loci dispositiōe qꝺ significat dicēs. [Bonum est nos hic esse] vult etiā semper hic esse: ideo tabernaculorum meminit dicens. [Si vis faciamus hic tria tabernacula] Cogitauit enī ꝙ si hoc fieret non ascenderet hierosolimā: ꝛ si non ascenderet xps non moreretꝭ: ibi enī sciebat scribas insidiari ei. Hec Chry. Et licet petr⁹ vt homo stupefactus nesciret quid diceret: in hoc tamen suam deuotionem ostēdit: ꝛ in siti sibi ardoris monstrat iudiciū. Unde inebriat⁹ petrus erat qui de vna gutta vini celestis quam biberat quasi tres tabernas facere volebat: sicut ei ex passionis magnitudine vt timoris vel maioris aliꝗd prorumpit in aliqua verba sine ꝑmeditatione: ita similiter ex magnitudine deuotionis et delectationis experte dixit petrus illa verba ꝙ tñ nō erant rationabilia: qꝛ in solo aspectu humanitatis xpi nō cōsistit essentia beatitudinis: et ideo illud non debebat sufficere pro finali beatitudine. In monte thabor est grāde monasterium grandi silua circūdatū: tres habens ecclesias: iuxta qꝺ petrus ait: faciamus hic tria tabernacula. Tria tabernacula contēplatiuus moraliter facit qn legē et prophetias et euangelium practice legendo disponit. s. corde credendo: ore confitendo: ꝛ opere adimplēdo. ¶ Sciēdū aūt ꝙ ista transfiguratio significans gloriam sanctorum: primo describitur a maiestate dei: qꝛ tota trinitas ibi apparuit: pater in voce: filius in humana carne: spiritus sanctus in nube: per quod datur intelligi ꝙ glīa sanctoꝝ consistit in fruitione btē trinitatis. Sicut ei petrus ebrius ex dulcedine illius claritatis voluit facere tria tabernacula: ita habet homo tria tabernacula in aīa sua que nec moyses/ nec helyas/ sed solis beata trinitas delectabiliter inhabitat. ſm illud Johā. Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Hec autem sunt memoria/ intelligentia et voluntas. Nam filius habitat in tabernaculo intelligentie implendo ipsam dei plenissima et lucidissima cognitione: spiritus sanctus in tabernaculo voluntatis: implendo ipsam sapidissima ꝛ suauissima dilectione: pater in tabernaculo memorie implēdo ipsam cogniti ꝛ dilecti perpetua refectione ꝛ securissima intentione: quib⁹ actibus aīa in deū quasi totaliter transformaꝭ: ꝛ quodāmodo deiformis efficitur. Tunc veri si-

Petri error in optando.

Mat. v.

Trāsfiguratiōis describende forma.

Joh. xiiij.

Mat.xxv.

Trāsfigurationis socij.

Celicolarū ordīes

Contēplationis sex bona.

Glorificatio xpi.

Fili⁹ dei xp̄us.

catur sm quandā pregustationem illud quod dicitur ali bi. Intra i gaudiū dñi tui. Secūdo describit ista trāsfiguratio a societate cōsortij: qz ibi fuerunt moyses: ꝛ helyas. iacobus. petrus. et iohānes. In celesti igit gloria habem⁹ socios omnes veteris testamenti sanctos: beati veteris testamenti distinguntur in duos ordines scilz patriarchas qui intelliguntur p moysen: ꝛ prophetas q̄ p helyā. Sancti aūt noui testamēti distinguunt in tres. s. in martyres q̄ per iacobū: in ꝯfessores q̄ pleni sapientia dei intelligunt p petrū q̄ interpretat agnoscens: i ꝟgines q̄ p iohannē. Uel pōt dici q xp̄s voluit hr̄e testimoniū sui aduētus ab illis q̄ sunt in celo. s. a patre: ꝛ ab illis qui sunt in mundo. s. a petro: iacobo: ꝛ iohanne. et ab illis qui sunt in terrestri paradiso. s. ab helya: ꝛ ab illis q̄ sunt in inferno. s. a moyse. Uel per sex ꝑsonas signant sex bona que deus confert cōtemplantibus: qz in cōtemplatione pmo mēs illuminat qd̄ signat in petro qui interpretat agnoscens. Scd̄o caro supplātatur qd̄ signat i iacobo q̄ interpretat supplātator. Tertio grā augei ꝛ augmentat: qd̄ significat in iohāne q̄ interptat i q̄ ē grā. Quarto mūdus cōtēnit: qd̄ significat in moyse q̄ interpretatur assumptus ex aq̄s. Quinto cor amare inflāmatur: qd̄ significat i helya q̄ rapt⁹ fuit in curru igneo. Sexto dulcedo celestis ꝑgustat / qd̄ significatur in iesu. Uñ petr⁹ q̄ vnā guttā ꝑgustauerat dixit: dñe bonū est nobis h̄ esse nesciēs qd̄ diceret. Tertio describit ista trāsfiguratio a glorificatione subiecti cū dr̄ [resplēduit facies ei⁹ sicut sol: vestimēta aūt eius facta sūt alba sicut nix] p q̄ signatur beatitudo ꝛ gloria qb⁹ sanctorū corpa induent. Dñs igit petro nō respōdit / nā licet ex feruore deuotionis loquerent: tñ qz imprudēter iterrogauit: iō respōsionē dñi nō meruit: nōdū eñ vt in hac glīa cōsisteret tēpus erat. Qui aūt vult dño facere tabernaculū preparet penetralia cordis sui: ꝛ inueniet locū dño tabernaculum deo iacob: q̄ vero male materiale tabernaculum ex frondibus et tētorijs quesiuit / estimās in eterna illa gloria tpalia tabernacula necessaria: vbi nulla aduersitatis aura est timēda: vbi de⁹ oīpotēs tēplū est et dom⁹ ecclesie: ideo nubis lucidis accipit obūbraculū. vnde sequit [adhuc eo loquēte] ꝛ de tabernaculorū visibiliū cōstructiōe cogitāte [ecce nubes lucida obumbrauit eos] quia maiori luce ꝛ vera cognitione suffudit: vt intelligerent electis in eterna tabernacula recepti nō esse necessaria corporalia tabernacula: ꝛ eos nō esse ꝓtegendos tegmine domorū vbi nubis ꝛ spūs sancti gloria ꝓtegentur: ꝛ in abscondito faciei dñi abscōdent. Et intelligas q cū petr⁹ loqueret / interim anteqȝ v̄ba cōpleret discesserunt moyses ꝛ helyas: ꝛ mox nubes subsecuta est: q̄si interrūpuntur v̄ba ei⁹ p obūbrationē nubis. ¶ Querebat petr⁹ terrenū tabernaculū: et affuit celeste obūbraculū ꝛ ista nubes nō fuit causata ex istis caliginosis vaporib⁹: sed ex vehemētia lucis ꝓcessit: qz sicut fum⁹ est ab igne: ita ista nubes fuit a luce. Ad instruēdas aūt mentes aplor̄ū de cognitiōe diuinitatis vnigeniti filij dei post moysi et helye testimoniū [vox] patris [de nube] modo tonitru⁹ testimoniū ꝓhibuit [dicēs. Hic est fili⁹ me⁹] nō adoptiue: sed per naturā [dilect⁹] fili⁹ me⁹. s. naturalis et propri⁹ non aliunde creatus: vl̄ adoptiuus hoc est sm Ambro. non helyas filius: non moyses filius: sed hic est fili⁹ quē solū videtis. ¶ Recesserunt eñ illi vbi ceperat dñs desiġnari: vt ille solus demonstraret ne errarent apostoli. [In quo mihi bene cōplacui] i. in quo meū beneplacitū de redēptione mūdi cōplere cōstitui: vel sm Chrys⁹. in q̄ delector: in qz requiesco: quē accepto: qz oīa que sunt patris cū diligētia exequit: et est vna eadēq̄ voluntas ipsi⁹ ꝛ patris: quare et si crucifigi vult ne contradicas. [Ipsum audite] magis qȝ moysen vel helyam: qz xp̄s finis est legis ꝛ ꝓphetarū. [Ipsum audite] vt supremū ꝛ singularē magistrū q̄ docebit vos oīa necessaria ad salutem. [Ipm audite] qz veritas est. ipm querite quia vita est: ipm sequimini quia via ē. Ac si (vt ait Remig.) alijs verbis diceret: recedant vmbre legales ꝛ typi ꝓphetar̄: et solum chorufcū lumen euangelij sequimini. Felices ergo apl̄i q̄ nō solū dñi claritatē videre meruerūt: sed etiā vocē patris intonātem audierūt. Nec ab hac felicitate nos ex toto alieni erim⁹: si quem illi crediderunt et nos credim⁹: et quō illi vixerūt amando viuim⁹: ꝛ quem dilexerunt totis viscerib⁹ amam⁹. Sed qz hūana fragili

Cadere i facies et retrorsum j. Reg. iiij.

Uoci dñi ceyirtus.

Regenerationum cōgruētia

Uetādi ne cui dicerent cāc

tas in presentia maiestatis opprimit: qz pōdus diuinitatis ꝛ cōspectū maiestatis glīe ferre nō valet: ideo dū audirēt vocē terribilē de nube [ceciderūt i facies suas] nō sicut mali retrorsum. vñ Remig. In eo vero q sancti discipuli in faciē ceciderūt sanctitatis fuit indiciū: ipij eñ retrorsum cadunt. et hely. Hec Remi. Cadunt ergo iusti in faciem: modo propter timorem vt hic: modo propter humiliationē: vt magi ꝓcidentes adorauerūt eum mō ꝓpter gratiarū actionē: vt seniores ceciderūt in cōspectu throni in facies suas. [Et timuerunt valde] qz se errasse cognouerūt: qz nubes lucida apparuit: qz vocem quasi tonitrualē: scz patris cui⁹ maiestati timor debet audierūt. Ad hāc vocē vt dicit Effrem. fugerūt ꝓphete / ceciderūt apostoli ꝛ timuerūt. Tonitruū q̄dē terribile fuit. vñ de ipsa voce terra sub ipso cōtremuit. Sed qꝛ humana fragilitas grauabat benigne pi⁹ magister v̄bo pariter et actu cōsolatur ꝛ erigit. Nā clemēter [accessit iesus] qz p se surgere nō poterāt [ꝛ tetigit eos] familiariter ꝛ dulciter / vt tactu debilitata mēbra solidaret [dixitq̄ eis] vt metū et timorē fugaret. [Surgite] contra casum [ꝛ nolite timere] ꝯtra metū. Beati illi quos tāgit iesus. beati illi quos tāgit salus ꝛ vita. Illi ei surgūt: illi sine timore et securi fiunt. Rogemus ergo eū vt ꝛ nos tāgat: ꝛ a somno stuporis ꝛ insipiētie excitet: atq̄ ad se vidēdū nobis oculos aperiat. Dulcis amic⁹ est: qz pie cōsolat ꝛ potēter adiuuat. Ad tactū ergo et cōsolationem iesu miseratoris q̄ ꝓstratis dexterā ad beneficium auxilium porrigit: et iacentes erigit discipuli surgentes: nec moysen: nec helyā viderunt: sed solū iesum in figura cōsueta / qua cōuersari solebat inter eos. sm glo. Si moyses ꝛ helyas perseuerassent / vox patris videret incerta cui poti⁹ testimoniū dedisset: ꝛ iō recesserūt illi ne ad eos vox pr̄is fieri putaret: sed vt ad solū iesū ꝑtinere intelligeret. Allegorice ablata nube viderūt moysen ꝛ helyā euanuisse / ac solū iesum remansisse: qz postq̄ legis et prophetarū vmbra discessit: que quasi nube apostolos texerat viderūt eū: ꝛ scriptura illis reuelata fuit: ꝛ euāgeliū in quo vtrūq̄ reperit solum remāsit. ¶ Notādū aūt sm glo. q bene conuenit mysteriū secūde regenerationis q̄ scz erit in resurrectione vbi caro resuscita b it cum mysterio prime q̄ est in baptismate vbi aīa resuscitat. In baptismate eñ xp̄i operatio trinitatis ostensa est: fuit enim ibi filius incarnat⁹: apparuit in specie columbe spiritus sanct⁹: et pater fuit ibi in voce declarat⁹. Et similiter in trāsfiguratione q̄ est sacramentū secūde regeneratiōis: tota trinitas apparuit: pater in voce: fili⁹ i hoīe: spūs sāctus in nube. Nā gloriā illius quā modo in baptismate credentes ꝯfitemur in resurrectione / vidētes collaudabimus. Nec frustra spiritus sanctus hic in lucida nube illic in colūba apparuit: dona eñ sua per species declarare solet. Innocētiā autē in baptismate donat / q̄ p auē simplicitatis designat: datur⁹ est aūt claritatem et refrigeriū in resurrectione: ꝛ ideo in nube refrigeriū: ꝛ in fulgore nubis claritas resurgentiū corporū figurat. Qui eñ nūc simplici corde fidē quā ꝑcipit seruat / tunc luce aperte visionis qd̄ crediderat cōtēplabit: ipsaq̄ quā lustrabit in ꝑpetuū grā ꝓteget. [Et descendens iesus cū discipulis de monte precepit eis] precepto instructiōis: vt nemini dicerent visionē de gloria trāsfiguratiōis ante suam resurrectionem a mortuis. Primo sm Hiero. ne dictum esse incredibile ꝓpter rei magnitudinem videretur. Secundo sm thomam: ne homines audientes tā gloriosa de eo dici scandalizarentur postea videntes eū crucifigi. Tertio sm Remig. ne ꝓdicatio gloriose passionis fructum impediret: quia si maiestas illi⁹ fuisset diuulgata in populo: plurimi resistēdo principibus sacerdotum passionem ei⁹ impediuissent: ꝛ sic redemptio humani generis retardata fuisset. Quarto sm hylarium: quia tūc debebāt esse testes diuinitatis christi cū essent spiritu sctō repleti: ꝛ ad tante visionis testimoniū perhibendum confortati. Quīto sm Damascenū. quia alij discipuli adhuc imperfecti fuissent tristati q hanc visionē non vidissent: ꝛ iudas magis incitatus ad ꝓditionē saluatoris fuisset. Sexto quia resurrectio christi multum fuit dubitabilis: ideo reseruata fuit ista visio: illo diuulgando tempore quando maxime oportebat ipsi resurrectiōi testimoniū perhibere cui prestabat argumentum non modicum ipsa gloria transfigurationis: ipsa quoq̄

visio magis credibilis videbat̄ quando etiam visibili-ter per resurrectionem factam mōstrabat̄. Septimo vt daret̄ nobis exemplū ea q̄ ad laudē ⁊ gloriā nostrā spectant esse occultanda/q̄ȝdiu sumus in hac mortali vita ⁊ ad faciendū hoc qđ in Ecclesia.dicitur. Ne laudes hoīem ī vita sua:⁊ in eodē. Ante mortē ne laudes quēq̄ȝ Per hoc etiam ostendit ꝙ secreta ⁊ mysteria diuina nō sunt semꝑ:sed loco ⁊ tēpore debitis publicāda:⁊ dedit exemplum viris sanctis non facile publicandi reuelationes sibi factas. Sicut paulus annis.xiiij.tacuit raptū suum. Fuit autem transfiguratio dn̄i facta circa veris principiū. Unde euangelium de transfiguratione legit̄ in ecclesia sabbato quattuor temporū post primam in quadragesima dominicā. Festum vero transfigurationis domini celebratur sexto kalēdas augusti.quia tunc ab apostolis fuit transfiguratio predicata ⁊ publicata quam tacuerant vsq̄ȝ ad diem illam ꝓpter prohibitionem a dn̄o eis factam. In descensu montis thabor contra occidentem vbi est vna capella vbi dn̄s dixit apostolis ⌊nemini dixeritis visionem⌋ ⁊c.

Eccl.xj.

ij.Cor.xij

Trāsfigurationis tēpus.

Oratio.

IEsu redemptor perditorum/saluator redemptorum aīe lachrymose:et post te currētiū dulce solatiū:et suaue refrigerium:da mihi omne delectamentū extra te respuere ⁊ obliuisci:vt tuo sapore merear iocundari:⁊ veniat oro tēpus vt qđ nunc credo reuelatis oculis tādē aspiciā:quod nūc spero ⁊ a longe saluto apprehendā:qđ pro viribꝰ meis desidero vlnis anime amplectar ⁊ deosculer:⁊ in claritatis tue abysso totus abscōdar/vt in velamento alarū tuarū sit pax mihi per euum. Amen.

De sanatione lunatici. Capitulum.iiij.

Mat.xvij Mar.ix.⁊ Lu.ix.et xvij.

SEquēti autem die iesus rediens de monte vbi transfiguratus fuerat/venit ad discipulos quos inferiꝰ dimiserat ⁊ occurrit ei turba que circa ipsos erat. Similiter si p̄lati vellent ad subditos descendere ꝑ hūilitatem/cōpassionē:⁊ affabilitatem multa turba occurreret eis ꝑ penitētiā. Sed quia semꝑ stāt in alto per elationem:seu ambitionē:vl' curiositatem:iō pauci eis occurrūt.i.pauci ad eos accedūt/⁊ pauciores ab eis sanātur:nullum enī legitur dn̄m in monte sanasse. ⌊Et accessit ad eū⌋ quidem de turba petens misereri vnico filio lunatico ꝫm lune innouationē magis patiēti et spm̄ immundū habenti/quē eijcere nō potuerūt eiꝰ discipuli. Qui eū apprehendēs ad terrā allidebat:⁊ volutando per diuersa membra vexās dissipabat:sicq̄ȝ ad ostendendum vehementiā passiōis spumabat/ac dētibꝰ stridebat et languens arescebat:et vix descendebat dilanians eū. Qui etiā sepe eū vexando clamare faciebat:et nunc in ignem:nunc in aquā mittebat:ita vt dudum periisset/nisi ꝓuidentia eū cōseruasset. Et cū iubēte dn̄o adductus esset statim spiritus cōturbauit eū:videns enim se cito eijciēdū faciebat peiꝰ qđ poterat ī eum. Deinde increpante eū dn̄o:et precipiente vt exiret ab eo et ne ampliꝰ in eum introiret/quē etiā ab effectu malicie:siue surdum ⁊ mutū vocabat:q2 surdū ⁊ mutū eū fecerat statim discerpens eū exijt ab illo. Et factus est sicut mortuus: sed iesus tenēs manū eiꝰ eleuauit illum: et surrexit sanꝰ et reddidit illū p̄ri eiꝰ. ¶ Moraliter iste lunaticꝰ significat pctōrē quē dyabolꝰ Primo apprehendit ꝑ pcti delectationē. Secūdo clamare facit per pcti ardens desideriū. Tertio mutā facit ad pcti ⁊ diuini laudis ꝯfessionem. Quarto surdū ꝑ obdurationē ad verbi monitionē Quinto lunaticū per mentis instabilitatē:⁊ continuam in malū variationē. Sexto elidit et volutat ꝑ eius in diuersa peccata precipitationē. Septimo dissipat ꝑ diuersarū cogitationū varietatē. Octauo stridere facit dentibus ꝑ irā ⁊ indignationē/ac sumare per gastrimargiā ⁊ libidinē. Nono in ignē luxurie mittit vel etiā elationis: q2 ignis sursum tendit et alta petit/necnō in aquā voluptatū ⁊ cupiditatū submergit. Decimo aridū reddit ꝑ ociū seu ignauiā ⁊ indeuotionē. Undecimo vix discedit per pcti ꝯsuetudinē. Duodecimo dilaniat et dilacerat ꝑ naturalium vulnerationem. Dū aūt puer ad deum accedit cōturbat̄:q2 sepe post pctā ad deū cōuersi magis a demonio īpugnātur/vt vel per tediū virtutū ⁊ labores penitētie excutiat ⁊ ad vicia reducat:vel de sua expulsione se vindicet. Sic in p̄mitiua ecclesia multa grauia certamia illis apposuit/quos suo regno subtrahere voluit Nō autē puer vim patiēs:sed dyabolus vim inferens increpat̄:q2 qui peccantē vult sanare vitiū odiendo debet arguere ⁊ depellere:sed hominē amādo refouere et confortare. Exiens vero demō ab hoīe nunq̄ȝ reuertit̄ si hō cor suū claue hūilitatis ⁊ charitatis serauerit. Exiturus aūt decerpsit eū: q2 dū de corde expellit̄ acriores in eo tentationes generat. Et liberatus a demone velut mortuus videt̄/q̄ enī terrena desideria subegit/vitam ī se carnalis conuersationis extinguit:⁊ mundo mortuus apparet. Quē aūt hostis mortuo similē reddidit/hunc saluator pie dextere tactu leuauit:in quo ostenditur dei auxiliū:⁊ surrexit:in quo mōstrat̄ hoīs studiū. Primo eñ deus nos iuuat:deinde a nobis requiritur vt bonū operemur. ⌊Et cum in domū introisset discipuli secreto interrogabant iesum quare ipsi non potuerūt eijcere illum:⁊ dixit ꝓpter incredulitatem eorū⌋ Nō dicūtur discipuli increduli ꝓpter defectū fidei sicut iudei:sed propter remissionē feruoris:nā fidē remissam habebāt:non sicut granū sinapis:q2 nō cū debito feruore credebant/vt p̄cipue ipsi facere debebāt. Nihil eñ impossibile erit habenti feruentē fidē:⁊ per dilectionē operātē cui nūq̄ȝ sufficit qđ bn̄ gessit. Granū quippe sinapis est modicū/feruidū/amarū/⁊ veneni expulsiuū. In hoc ergo ꝙ hic ꝯparat fidē grano sinapis innuit ꝙ debent habere fidē modicā ꝑ humilitatē:feruidā per deuotionē:amarā per tribulationū ꝑpessionē:veneni erroris expulsiuā ꝑ sinceritatē.ꝫm Amb. Granū sinapis res est simplex:et si teritur vim suā fundit:sic fides simplex videtur:⁊ si atteratur aduersis gratiam sue v̄tutis effundit. Deinde reducit eos ad hūilitatem monēdo ne q̄s de operibꝰ gloriet̄: sed humiliet se deo/cui iure obsequiū debet̄ dicēs ⌊Cū feceritis oīa q̄ p̄cepta sunt vobis dicite⌋ nō tantū ore:ſʒ et corde/ne sit tantū vocalis hūilitas: ſʒ ⁊ realis ⌊serui inutiles sumꝰ:qđ debuimꝰ facere fecimus⌋ nec vos iactetis:quia bene seruistis:nihil enim fecistis qđ non debuistis.q.d. ⌊Dicite⌋ gratiā nō meruimus:sed d̄bitū ſuitiū soluendo penas vitauimus. Sed econtra suꝑbi cum nequaq̄ȝ omnia:sed modicū quid eorū que p̄cepta sunt faciunt:non solū mox de sua iusticia p̄sumunt: sed et infirmos quosq̄ȝ despiciūt:nō eñ sumus nostri:ſʒ serui:quia precio magno empti:⁊ ergo christo cuius precio empti sumus seruire tenemur/et nihil omittere qđ debemus: nec aliquid facere qđ nō debemꝰ.vn̄ Seneca. Sapiens nihil facit quod nō debet:nihil p̄termittit quod debet. Non dicuntur inutiles serui facientes iure debiti mandata dei:quin fructum recipiant vite beate:sed dicūtur inutiles:quia dominus bonorum nostrorū non indiget: vel. Quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis:vel quia q̄sq̄ȝ magis debet se estimare īꝑfectū/q̄ȝ ꝙ statū attigerit ꝑfectionis.vn̄ Beda.hec est igit̄ in hoībus sola fidei perfectio:si oībus q̄ p̄cepta sunt ī pletis imꝑfectos se esse nouerint:et q̄ȝdiu peregrinant̄ a dn̄o semꝑ sibi inesse mala que defleant:semꝑ meminerint deesse bona ad q̄ gr̄a eiꝰ iuuāte ꝑficiāt. Et iterū. Quia sine me nihil potestis facere:nō tēporū lōgitudine laborū merita pēsare debetis sed amore ⁊ famulatu spōtaneo nobis semꝑ studijs augere priora.hec Beda.et bn̄ dicit ⌊qđ debuimꝰ facere fecimus⌋ vn̄ Beda. Reuera debuimꝰ:q2 q̄ nō venit ministrari:sed ministrare:debitores sibi nos fecit/ ne nostris videlicet operibꝰ cōfidētes:sed de eiꝰ semꝑ examine pauētes cū ꝓpheta dicamus. Quid retribuemꝰ dn̄o ꝓ oībꝰ q̄ retribuit nobis:hec Beda. Attēde hic bn̄ ꝙ ſuꝰ inutilis reputat̄ q̄ hoc solū facit qđ facere tenet̄. Et tūcunq̄ȝ etiā ꝑfectionē attingas/semꝑ sentias ⁊ dicas. Dn̄e deus meus iesu christe nihil valeo:⁊ male tibi seruio. Debemꝰ ergo nūq̄ȝ a bono opere cessare:⁊ tn̄ totū meritū nostrū insufficiens respectu mercedis eterne reputare. Unde psal. Qui coronat te in misericordia et miserationibus Non ait in meritis et in operibus tuis:quia cuius misericordia preuenimur vt humiliter deo seruiamus: eius munere coronamur:vt sublimiter cū illo regnemus. Et ideo cum omnia fecerimus/reputemus nos parum/aut nihil fecisse dn̄o respectu mercedis quā expectamus ab eo.vn̄ dicebat beatꝰ frāciscꝰ:etiā post multos ⁊ magnos

Gastrimargia.i. gulositas.

Incredulitas discipulorum.

Rom.viij

Joh.j.

Ps.cxv.

Ps.cij.

labores fratres incipiamus seruire dn̄o: q2 vsq3 nūc pa-
rū profecimus. Et si preceptis impletis nos humiliare
debemꝰ/ q̄to magis cū de illis multa omiserimus. Si
eñ inutilis est q̄ oīa pfecit/ q̄d de illo dicendū q̄ ea face-
re despexit: vñ Amb. Nō te iactes si bene fuisti: quia fa-
cere dbuisti. Obsequitur sol/ obtēperat luna/ seruiūt an-
j. Cor. xv. geli. Uas gentiliū electꝰ a dn̄o: non sum (inquit) dignꝰ
vocari apl's: q2 psecutꝰ sum ecclesiam dei. Deinde alibi
j. Cor. iiij. nulliꝰ se ostendens cōsciū culpe subiecti: sed non in h̄ iu-
stificatꝰ sum. Et nos ergo nō a nobis laudes exigamus
ne pcipiamꝰ iudiciū dei: et preueniamus sententiā iudi-
cis: sed suo tp̄e suo iudicio reseruemus. hec Amb. Bonū
est itaq3 semper in timore stare: ⁊ nihil de se presumere:
Eccl's. ix. q2 q̄ntūcūq3 bene q̄s fuerit/ nescio tñ si odio/ vel amore
dignus sit. vnde Bern̄. In veritate didici nihil eque effi-
cax esse ad gratiā ꝓmerendā: retinendā: recuperādā: q̄3
si omni tempore corā deo inueniaris non altum sapere
sed timere. Beatus homo q̄ semp est pauidus. Si adest
gr̄a time ne nō digne operis ex ea. Si subtracta est gr̄a/
time/ q2 reliquit te virtꝰ tua ⁊ custodia. Si reuersa ē gr̄a
time ne forte contingat recidiuum pati: et contingant ti-
ij. Cor. vj bi deteriora. hec Bern̄. vñ ⁊ apostolus hortatur nos ne
Gratiam in uacuum gratiā dei recipiamꝰ. Ille eñ gratiā dei in-
recipe in uacuū recipit qui se in bonis operibus nō exercet. vnde
vacuum. si volumꝰ q̄ gr̄a dei in nobis nō remaneat vacua/ neces-
se est vt eā bonis operibus et virtuosis exercitijs nutria-
mus: ⁊ nos a vitijs custodiamus. Debemus etiā in p̄ce-
ptis dei ⁊ in oībꝰ operibus nr̄is attēdere/ non solū vt fa-
ciamus sed etiā vt ea s̄m voluntatem dei dirigamꝰ. Vñ
Fabri di- Basiliꝰ donit exēplū de fabro faciente securim/ vl' quod
ligentia dā aliud qui semp meminit eius q̄ iniūxit opꝰ ⁊ retinet ī
imitanda. corde suo cuiꝰ magnitudinis/ vel qualitatis vel forme
ille iniunxerit fieri securim: ⁊ in illud semp intēdens q̄d
sibi meminit a dn̄o operis iniunctū: ad hoc dirigit ma-
nuū ministerium vt forma operis cum eius qui iniūxit
animo et voluntate conueniat. Sic ⁊ nos omnē conatū
et omne studiū in actibus nostris habere debemꝰ vt s̄m
voluntatem dei qui opus iniunxit nostrum dirigamus
opus: ⁊ tunc poterimus implere illud apostoli: siue mā-
j. Cor. x. ducatis: siue bibitis: siue aliḋ quid facitis omnia ad glo-
riam dei facite. Et subdit dn̄s ostēdens quomō ꝓteruі-
tas dyaboli superet et dicit. [Hoc genꝰ demonioꝝ] i. spi-
ritu ⁊ carne simul s̄m cā3 radicatā: q̄le supradictum est
[in nullo] potestatis remedio. i. in nulla potestate: scil3
ministrorū [pōt exire] ita q̄ non habeat potestatem ī ho-
mine [nisi in orōne] q̄ curat pestes sp̄ūs [et ieiunio] q̄d
curat pestes corpis: q̄. s. oratio ⁊ ieiuniū sunt effectus fi-
dei feruentis/ ac per charitatem formate ⁊ operantis.
Vñ videt q̄ ex crapula ⁊ ebrietate morbum illum īcur-
risset. Hec etiā poterat esse alia causa ꝓpter quā discipu-
Demonio li non potuerunt eū eijcere. Demones enim non sunt eq̄-
rum pote- les in virtute naturali: et ideo vnus alio difficilius pōt
states di- expelli. Ad expulsionem aūt istiꝰ requirebat in expellen-
uerse. te subiectio carnis ad sp̄m q̄ fit p ieiuniū: ⁊ eleuatio spi-
ritus in deū q̄ fit p orationē: talia aūt nō erāt adhuc in
apostolis: q2 p tp̄e illo nō cōpetebat eis ieiunare ꝓpter
presentiā spōsi: nec erant adhuc in deū perfecte eleuati:
q2 fuerunt rudes ⁊ imperfecti vsq3 quo post passionem
receperūt pleniorē gr̄am sp̄ūs sancti. Vel [non eijcitur]
ministrorū potestate [nisi in oratiōe] inuīcta [et ieiunio]
⁊ hoc omiserunt apl'i: et sic fuit error clauis adhibende
ad demonē excludēdum: sicut adhuc multi errant eo q̄
clauibꝰ s̄m debitū ordinē potestatis non vtūtur: q̄ enim
minister vsurpet sibi potestatē diuinā ⁊ absolutā: h̄ di-
cit esse Hiero. de supercilio pharisеorum/ ⁊ de superbia
luciferi qui sine merito suam sedē voluit collocari in sū-
mo s̄m Chrys. dicit genus hoc non tantū lunaticorū s3
vniuersaliter omniū demonioꝝ nō eijcit nisi per oratio-
nem ⁊ ieiuniū: q2 semp dyabolꝰ peccatorē inhabitat ni-
si per penitentiā ad dominū conuertatur: et q̄to magis
differtur/ tanto difficilius expellit. Vbi Hiero. Dū aūt
docet apostolos quō nequissimus demō possit expelli/
omnes instituit ad vitam: vt. s. nouerimꝰ grauiora queq3
vel īmundorū spirituū: vel hominū tentamēta ieiunijs
et orationibꝰ eē supanda: irāq3 dn̄i cū in vltionē nr̄orum
scelerum fuerit accensa hoc remedio singulari posse pla-
cari. hec Hiero. Per ieiunium enim (vt dictū est) curā-
tur pestes corporis/ ⁊ per orationem pestes mētis: ⁊ sic
quelibet tētatio supatur cū eis. Vel per ieiunium intel-
ligit declinatio maloꝝ: ⁊ per orationē operatio bonoꝝ
Et sic accipit ieiunium hic generale ꝓ abstinētia: nō so-
lum ab escis: sed ab oībus temporalibus delectationi-
bus ⁊ vitijs. Vñ dicit Aug. q̄ perfectum et magnum ie-
iuniū est nō solum a cibo: sed ab omnibus iniquitatibꝰ
et illicitis voluptatibꝰ seculi abstinere. Vñ Ber. Si so-
la gula peccauit/ sola ieiunet et sufficit. Si vero peccaue-
runt cetera membra/ cur non ieiunent et ipsa. Ieiunet
ergo oculus a curiosis aspectibus et omni petulantia:
vt bñ hūiliatꝰ coherceat in penitētia q̄ male liber vaga-
bat in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriēs a fabulis
⁊ rumoribꝰ: ⁊ q̄cūq3 ociosa sunt/ ⁊ ad salutē minime pti-
nētia. Ieiunet lingua a detractione et murmuratione/
ab inutilibus varijs ⁊ scurrilibus v̄bis. Interdum q̄q3
ob grauitatē silētij ab ipsis que videri poterant necessa-
ria. Ieiunet manus ab ociosis signis ⁊ operibus oībus
quecūq3 nō sūt imperata. Sed multomagis anima ip̄a
ieiunet a vitijs ⁊ ꝓpria volūtate sua. Etēñ sine ieiunio
hoc/ cetera a dn̄o reprobantur sicut scriptum est. Quia
in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Non
solum autē ab illicitis: sed ab ipsis quoq3 licitis oportet
nos ieiunare/ si ea nobis q̄ priꝰ cōmisimꝰ illicita volumꝰ
cōdonari. hec Bern̄. Et s̄m Bedā sicut ieiunium gene-
rale est nō solū ab escis: sed a cūctis illecebris abstinere
carnalibꝰ: immo ab oībus vitioꝝ passiōibꝰ: sic ⁊ oratio
generalis nō solū in verbis est quibꝰ diuinā clementiam
inuocamꝰ/ verūetiā in oībꝰ q̄ in obsequiū nostri condito-
ris fidei deuotione gerimꝰ/ teste apostolo q̄ ait. Sine in-
termissione orate. hec Beda. Tūc quippe sine intermis- j. Thes. v.
sione oramus cum ea solum opera gerimus que nos pie-
tati cōmendent auctoris. Semper enim orat q̄ semper
bene facit/ ⁊ in bono perseuerat. Oratio.

Domine iesu christe q̄ nos humilitatem v̄bo ⁊
exēplo docuisti/ da mihi vt nūq3 alta sed sem-
per hūilia de meo corde sniam ore ꝓferam/ ⁊
ope ostendā. Eripe me ⁊ custodi a malignis
spiritibꝰ: ⁊ defende ab oībꝰ inimicis visibilibꝰ ⁊ inuisibi-
libꝰ: ⁊ presta mihi o saluator meꝰ ⁊ deꝰ meus/ vt ieiunijs
⁊ orationibus cōuenienter intentus cūctas immūdoꝝ
spirituū ⁊ prauorū hoīm tentationes valeam te iuuāte
superare/ ⁊ ab hostibus mētis ⁊ corporis merear te mi-
serante liberari et semper saluus esse. Amen.

De tributo pro domino et petro soluto: et de questione discipulorū sup maioritate eoꝝ. Cap. v.

Et quia ex his que domi- Luce. ix.
nus egerat ⁊ dixerat in hierusalem iu- Ma. xvij.
dei querebāt eum occidere: ideo ante ⁊. xviij. et
pascha nolebat in iudeā ambulare: q2 Mar. ix.
nōdū hora eiꝰ venerat: ⁊ vt ostēderet
q̄ aliq̄n psecutionē fugere licitum fi-
delibꝰ suis esset. Vñ Aug. Nō perdi-
derat potestatē/ sed nostrā ꝯsolabat fragilitatem. Futu-
rū eñ erat vt aliq̄s fidelis se absconderet: ⁊ ideo p̄cessit
in capite ne membro postea obijceretur ꝓ crimine [In
galilea] igit in terra vbi erat cōceptꝰ ⁊ nutritꝰ cōuersa-
bat cū discipulis suis. Et s̄m Chry. ne discipuli dicerēt
qua de causa continue hic conuersamur rursus de pas-
sione eis loquitur/ vt quasi assueti circa negociū mortis
xp̄i minus cum venerit scandalizent. Et cum morte sua
etiā predixit suā resurrectionē/ ne in passione eius incur-
rerent desperationē. vñ dixit ad eos [Ponite in cordi-
bus vestris sermōes istos] sc3 qui sequūtur de mea pas-
sione et resurrectione: q2 eorū recordatio ⁊ memoria vti-
lis est valde. Filiꝰ eñ hoīs tradendus est. s. a patre p cha- Traditio
ritatē nimiā: a seipso p obediētiā volūtariā: a dyabolo christi di-
p suggestionē iniquā: a iuda p cupiditatē maximā a iu- uersa.
deis p inuidiā dolosam: a pylato p pusillanimitatem in-
debitā [in manꝰ hoīm] i. diuersarū nationū quasi huma-
nitus sentiētium. s. iudeorū ⁊ gentium: ⁊ diuersorum sta-
tuum: q2 militū/ regū/ principū/ sacerdotū/ religiosorū/
⁊ populorū [⁊ occident eum] magna iniquitas q̄ hoīes
occidant hoīm saluatorem: ⁊ ne his auditis tristitia ab-
sorbeant subiungit [et tertia die resurget] vt tristibus le-
ta succedant [Et contristati sunt vehementer] q2 eiꝰ so-
cietas ita erat eis dulcis ⁊ grata/ q̄ non est mirū si cōtri-
stati sunt passione eius audita. vt enim ait Hiero. Pro-

dilectione magistri nihil de eo sinistrū ⁊ humile patiun
tur audire. Cōtristati sunt nō attendētes ad id quod di
xerat: ⁊ tertia die resurget: ⁊ neq; vox pr̄is audita/ neq;
resurrectio ꝑnunciata potuit eos cohibere a tristicia.
Prosꝑis tristis ad miscet dominus. vñ Hiero. Semꝑ ꝓsperis admiscet tristia/ vt cum repē
te venerint nō terreāt ap̄los: s; a ꝑmeditatis ferant̄ ani:
mis. Si eñ cōtristat q̄ occidend⁹ est debet letificare q̄
die tertia dr̄ resurrecturus. Si tristia semꝑ acciderent/
q̄s sustineret: si ꝓspera/ q̄s nō cōtēneret? Hec Hierony.
At illi ignorabāt v̄bū istud. s. de ei⁹ passione: ⁊ erat vela:
tum añ eos vt nō sentirent illō apte qō (s̄m Bedā) non
tā ingenij tarditate/ q̄ᷓ de pio saluatoris amore ꝯtinge:
bat: q̄r carnales ⁊ adhuc rudes ac mysterij crucis igna
ri spiritualia nō capiētes: quē verū deū cognoscebāt mo
riturū: credere nequibāt: nec intelligebāt quō ī vna ꝑso:
na mori ⁊ nō mori poterat. Galilea īterpretat̄ volubilis
et iō ꝑ h̄ q̄ dñs ibi ꝑdixit passionē suā discipulis/ signifi
cauit q̄ memores esse debem⁹ mortis xp̄i: ac etiā nr̄e q̄ᷓ:
diu sum⁹ in volubilitate ꝑsentis vite [Et cū venissent ca
pharnaū accesserūt q̄ didragma accipiebāt] exactores. s.
Tributi a xp̄o exactio. tributi ex ꝑte cesaris augusti [ad petrū] q̄r (s̄m Hiero.)
ꝑe signorū magnitudine nō audebāt aggredi dñm [et
dixerūt ei. Magister vester nō soluit digragma] . q. d. dic
ei vt soluat: nō faciebāt mentionē de ap̄lis: q̄r nō accipie
bant nisi a capitaneis. Capharnaū erat ciuitas ꝑncipa:
lis ī galilea: ⁊ iō ibi manebāt q̄ tributū colligebāt ex ꝑte
romanorū: qb⁹ iudea erat subiecta/ ⁊ q̄libet capitaneus
dom⁹ soluebat didragma. i. duplex dragma/ et in soluen
do dicebat. Ego ꝓfiteor me esse sub romano īperatore.
Et q̄r dñs nutrit⁹ erat in nazareth qō est oppidum gali
lee subiacens vrbi capharnaū: ideo ibi ab eo exigit̄ tri
butū. Capharnaū qō villa cōsolatiōis/ vel ager pingue
dinis interpretat̄/ ⁊ vbi tributū a xp̄o petit̄ significat il:
lum q̄ dat se delectationib⁹ ⁊ solatijs hui⁹ mūdi a quo
dyabol⁹ petit tributū sibi dari/ ⁊ vix euadet quin soluat
aliqō tributū pctī. ¶ Et notandū q̄ dragma dragme fe:
minini gñis est moneta hñs ymaginem regis/ ⁊ valebat
decē nūmos visuales/ de qua in Luca dr̄ que mulier ha:
Luce.xv. bens dragmas decē ⁊c. Itē est gen⁹ ponderis/ ⁊ sic acci
pitur ī medicina. Sed drama dramatis neutri gñis est
gen⁹ carminis vbi alij incipiūt ⁊ alij respondēt/ ⁊ sic dr̄
dulcia cantica dramatis. Itē est quarta pars stateris
Stater v̄o est idē q̄ cyclus q̄ h; viginti obolos: didrag:
ma media pars: et dragma quarta pars est: ⁊ ideo vnus
stater sufficiebat ad solutionem ꝓ duob⁹: quia taxatio
sensus erat didragma. i. denari⁹ q̄ ꝓ capite soluebat̄. vñ
vt sequit̄. stater de ore pisc; afferri iubet̄. Obol⁹ (vt dr̄)
valebat tm̄ q̄ᷓtū vn⁹ paruus turonēsis quorū duodecim
valent vnū turoneñ. grossum/ ⁊ sic quilibet capitane⁹ sol
uebat annuatim quasi decē turonēses paruos. Dñs aūt
hoc quod de petitionem tributi petro dictum erat intel:
ligens misit eum ad mare vel hamū mitteret ⁊ [piscē q̄
prim⁹ ascēderet] . i. quē caperet illū tolleret ⁊ staterē va
lentem duo didragma [que dimidiā vnciam faciūt] de
ore eius sumens pro dño ⁊ pro se solueret. Ex quo diui:
nitas ei⁹ patuit cū futura contingentia certitudinaliter
ꝑdixit. vñ Hiero. Quid ꝑmū mirer hic nescio an presen
tiam stateris in ore piscis: an magnitudinē virtutī si ad
v̄bū ei⁹ mox stater in ore piscis creat⁹ est. Sp̄ualiter pi:
scis est xp̄s: mare mūd⁹: hamus mors: stater inuentus ī
ore piscis: preciū redēptiōis nr̄e ꝑnūciate christi ore: et
sic solutū est tributū/ ⁊ nos liberati sumus. ¶ Moraliter
penitēti dr̄ [vade ad mare] . i. amaritudines pctī cōside:
ratione [⁊ mitte hamū] in cōtritionis compunctione/ et
aperto ore in confessione inuentū staterē da ī satisfactio
ne: ⁊ sic liberatur peccator a tributo dyaboli exactoris
Tributi a xp̄o solutio. Soluit aūt dñs tributū nō ex debito: q̄r s̄m vtrūq; natu
ram erat filius regis/ ⁊ per ꝯsequēs liber a tributo: quia
regū filij in oī regno sunt liberi: sed ex hūilitate tantū h̄
fecit subdendo se minori/ ⁊ soluēdo qō nō debebat: ⁊ ne
questores census scandalizaret: docens per hoc nos eē
humiles: et vitare ne scandala ꝑ nos fiant. Soluit etiā ⁊
pro petro dare tributū in signū qō petr⁹ fuit caput alio
rū: q̄r cēsus dabatur ꝓ capite seu capitaneo tantum. Di
dragma (vt dictū est) cōtinet duplex dragma/ ⁊ ꝑ vnum
pōt intelligi penalitas corporis. s. fames/ sitis/ ⁊ hmōi: ꝑ
aliud penalitas mentis. s. timor/ tristitia/ et huiusmodi.
Hoc autem duplex dragma debet reddere quilibet im:
peratori oīm ꝓ pctō primorū parentū: qō facit patien:
ter tolerādo penalitates ꝑdictas: l; aūt xp̄s nō haberet
peccatū/ tñ reddere voluit ꝓ salute oīm. Et q̄r carnem
assumpsit similem peccatrici: sed nō pctm̄: ipse quidē re:
demptor corp⁹ ⁊ animā in precio posuit/ ⁊ sic bina drag
mata soluit: eodēq; ꝑcio ecclesia libera facta fuit/ ⁊ per
petrū ecclesie prefecit: ideo etiā pro eo censum soluit. vbi
Hierony. Et pulchre idipsum datur precium: sed quia
diuisum est ꝓ petro quasi ꝓ peccatore precium reddeba
tur: dñs aūt noster pctm̄ non fecit. Ostēdit̄ aūt silitudo
carnis dū eodē et dñs ⁊ s̄uus ꝑcio liberant̄. Dominus
ergo tributa non debebat: sed qui carnis humilitatē as:
sumpserat omnē iusticiā īplere volebat. Ille ꝓpter exi:
miam charitatē ꝓ nobis crucē sustinuit/ ⁊ tributa red:
didit: nos autē infelices ꝓ illius honore tributa nō red:
dim⁹/ ⁊ quasi filij regis a vectigalib⁹ imunes sumus. hec
Hiero. Et nota q̄ dñs supra nō vitauit scandalum pha
riseorū q̄ñ de escis disputabat. Hic autem vitat scādalū Scādali vitatio a xp̄o.
eorū q̄ tributū colligebant: q̄r illi sapiētes/ isti simplices
erant: illi ex certa malicia/ isti ex ignorātia offendebant
Scādalū ergo qō orit̄ ex malicia est cōtēnēdū: sed qō
orit̄ ex ignorātia est vitādū: salua tñ triplici veritate: sc;
iusticie/ vite/ doctrine: ⁊ tale erat scandalū istud quod h̄
vitauit: q̄r illi qui hic colligebant tributū erant gētiles
legem ⁊ ꝓphetas ignorātes/ ⁊ propter hoc ignorabant
q̄ xp̄s esset imunis a tributo: tū q̄r fili⁹ dei s̄m naturam
diuinā: tū q̄r fili⁹ dauid s̄m humanā/ ⁊ talia scire illi nō
tenebant̄. Dare autē tributū nō fuit cōtra veritatem iu:
stitie vite vel doctrine: iō ꝓpter scandalū vitandum vo:
luit xp̄s hoc dare. Scādalū q̄ppe est dictū vel factū mi:
nus rectū prebēs occasionē ruine: scādalū eñ grece obi
cē sonat latine. Vñ sicut obex ī via de se habet dare am
bulāti occasionē ruine corporalis: sic dictū vel factū mi
nus rectū h; dare occasionē ruine sp̄ualis. Si ḡ obijcit̄
de pharriseis q̄ scādalizati sūt ex v̄bo dñi (vt supra ē di:
ctum) et tñ illud verbū nō erat minus rectū: dicendū q̄
obex dupliciter accipitur: aut ex natura rei q̄ obijcit̄: vt
q̄s lapidē magnū vel lignū ꝓijciat in via: aut ex vitio am
bulantis in ea: vt si q̄s modicū lapillū aut florē ꝓijciat
in ipsa via: p̄io mō dicit̄ scādalū actiuū/ ⁊ hoc est mor:
tale pctm̄: scd̄o modo passiuū/ ⁊ pōt esse veniale pctm̄
vel etiam op⁹ meritorium. Unde bonum opus de se nō
prestat occasionem ruine: sed ex vitio accipientis illud
non recte. Igitur (vt ait Gregorius) considerandū est:
q̄r inq̄ᷓtum sine peccato possum⁹ vitare ꝓximorū scāda
lum/ debemus. Si autē de veritate scādalū sumit̄ vtili⁹
nasci scādalū permittit̄ q̄ᷓ veritas relinquat̄. Cōsiderā:
dū hic q̄r dñs cui⁹ sunt oīa tante pauptatis fuerit: vt vñ
tributū solueret nō haberet: l; eñ loculum haberet/ ⁊ iu
das pecuniā in eo portaret: ea tñ q̄ sibi ad visus pauperū
data erant in visus suos seu alios conuertere nephas re:
putauit: nobisq; exemplū vtile in hoc tribuit et reliquit
Ergo si viuens de patrimonio xp̄i inutiliter expendit/
res pauperū tenet̄ ad restitutionē et satisfaciendū. Sed
quō ea restituet cū nō habet alia nisi de pr̄imōio xp̄i nō
apparet nisi ꝓprijs manib⁹ hoc elaboret/ vel necessita:
tem suam ita restringat ⁊ coartet vt de residuo pauperi
bus restituat q̄ dilapidauit/ vel saltem deuotorum subsi
dium ad hoc faciendū imploret. Q̄r vero in redditione
tributi et equalitate precij petrus fuerat dño cōpat⁹ esti
mātes discipuli petrū eis ꝑferri/ et oībus esse prelatum:
q̄r a capitaneis colligebat̄ tributū cogitabāt q̄s eorum
esset maior. Apostoli ex multis presumebāt petrū a xp̄o
ꝑferri: vt q̄ñ ei claues regni celorū daturū: ⁊ ecclesiā su:
pra petrā fidei a qua ipse nomē acceperat edificaturum
se promisit/ et q̄ñ ipsum cum iacobo et iohāne assumpsit
vbi transfiguratus fuit: et ꝓpter tributū qō ꝓ se et pro
ip̄o soluit ⁊ eum sibi quasi parificauit/ ⁊ ex his maior oī
bus videbat̄: et iō ad q̄rēdū mouebant̄. Ista autē que:
stio multotiens fuit inter discipulos xp̄i vētilata. Prio Maioritas inter disciplos.
enim de ea cogitauerunt vt dicit hic Lucas. Secundo
de cogitata disputauerunt in via dum irent capharnaū
incipientes conquerere inter se quis eorum maior esset.
vt dicit Marcus. Tertio disputatam magistro determi
nandam ꝓposuerūt vt dicit Mattheus. ⁊ nihilominus
de ip̄a ꝯtēderūt vt infra ī cena dñi dicit Lucas. Cū eñ
venissent capharnaū ⁊ dñs ꝓ se et petro equale tributū
solueret: ceteri apostoli priorem cogitationē augebant

et ex preteritis: ⁊ ex isto[intrauit cogitatio in eos]vt lu-
cas dicit[quis eorum esset maior]Dñs autē videns in men-
te discipulorū sup hoc cogitationē exortā / priusq̄ aug-
mentum susciperet radicitus eā euellere volēs q̄siuit de
cōquisitione: quā (vt marc⁹ refert) habuerunt in via. Et
tūc[in illa hora]vidētes se deprehensos ab ipso de con
tētione maioritatis[accesserūt ad eū]vt Matth. dicit re
spondentes ⁊[dicētes. Quis putas maior est in regno ce
lorum]. i. in collegio iustorum: vel merito in ecclesia mi-
litante: vel premio in ecclesia triūphante. Et volens do-
minus desideriū glorie humilitate sanare ait illis.[Si
q̄s vult prim⁹ esse]merito vel premio[erit]⁊ sit [omniū
nouissim⁹ ⁊ oīm minister]hūilitate et obsequio vt nouis
simus sit corde ⁊ minister actione. vñ Ambro. Quicūq̄
vult fratrē puenire regnādo pri⁹ eū preueniat obsequē-
Lex xpianorum. do / vincat eū obsequijs vt possit vincere sāctitate. Si et
te nō lesit frater obsequiū merer̄ vt diligas. Quod si for
sitan lesit magis obsequiū mereatur vt vincas. Hec enim
nostre christianitatis summa est vt amātib⁹ vicissitudi-
nē: ledentib⁹ patientiā repēdam⁹. Qui ergo fuerit patiē
tior ad iniuriā: potētior cōstituer̄ in regno. hec Ambro.
Cōtentio q̄lis fuit. Fm glo. Contētio ista potuit esse ex humilitate: volebat
eñ vnus aliū preuenire in honore. vñ glo. Causa conten
tionis nobis incognita est: sed non est credibile quin se-
inuicem honore preuenire certarent. Non asserit glo. q̄
ita fuerit: sed q̄ ita esse potuerit. Fm vero Chry. Conten-
tio ista fuit elationis. Unde dicit q̄ passi sūt aliquid hu-
manū discipuli de principatu cōtendētes: et licet fuerit
contentio de principatu: nō tñ ibi fuit peccatū fm ipm:
quia nō de pricipatib⁹ terrenis contēdebant: sed de spi-
ritualibus in celo. vñ Matth.[Quis putas maior est i re
gno celorum?]Hoc infirmitatis erat. vt dicit Chryso.
Nos aūt ad infirmitatē eorū nondū puenimus: non eñ
querim⁹[quis maior est i regno celorū]sed quis maior:
Facta in moralib⁹ plusq̄ verba mouēt. quis copiosior: quis potētior in regno terre. Et q̄ i mo
ralib⁹ magis mouēt facta q̄ verba: volēs dñs supbiam
eorū retūdere ⁊ eos de humilitate docere / pposuit eis
humilitatis exemplum sensibile: ⁊ aduocans paruulum
etate ⁊ malicia: quē tradūt quidā fuisse marcialē q̄ post-
ea a beato petro missus i galliā pdicauit lemouicensib⁹
fidē catholicā: quorū prim⁹ eps ⁊ apostol⁹ fuit qui i ver
tice humilitatis et puritate simplicitatis pre omnibus
excellere videbar̄[statuit eū]pro exemplo[in medio eo-
rum]vt ab omnibus videretur: ⁊ attēte consideraretur
cui quilibet se cōmensuraret ⁊ imitādo cōformaret. Et
merito paruulū aduocat: vt qui maiores videri volunt
eius exemplo instruanr̄ / ⁊ eū in humilitate ⁊ innocentia
imitentur. Et amplexans eum: q̄d signat solos hūiles
Canti. ij. dignos esse suo amplexu ⁊ dilectione q̄ vere possunt glo
riari ⁊ dicere: leua ei⁹ sub capite meo ⁊ dextera illi⁹ āple-
xabitur me. Et magis discipulos a supbia ad humilita
tem reuocet sub assertione contestatur eius penā: nisi ab
elatione et inordinato appetitu honoris retrocedant.
[Amen inquit dico vobis: nisi conuersi fueritis]a vestra
elatione ⁊ maioritatis ambitione [⁊ efficiamini]gratia
⁊ p virtutē[sicut paruuli]sunt natura et per etatē: sc̄z mi
tes et innocentes / simplices ⁊ humiles: ac parui vestra
reputatione nō solum maiores[in regno celorū]nō eri-
tis: verūetiā illud[nō intrabitis]q̄ nec in ecclesiā p me
Paruulū eē oportet ritū: nec in gloriā per premiū: vtrobiq̄ eñ xps est ostiū:
et q̄ ostiū humile et mansuetū est oportet intrantē hūi-
lem ⁊ mansuetū eē. O q̄ terribile est vbum istud. Et q̄s
est hodie sicut puulus? Certe rara auis est i terris. Ra-
Supbia e celo deiecta in ipm nō recipir̄ ri sunt illi hodie: et iō multū possum⁹ formidare. Si eñ
dyabol⁹ pper supbiam de celo eiect⁹ est / multomagis
supbus illuc non intrabit: q̄ turpi⁹ eijcir̄ q̄ nō admittir̄
hospes. Et q̄ demones inde eiecti sunt per supbiam: iō
oportet homines illuc venire per aliā viā cōtrariam: sc̄z
per humilitatem. Per paruulū ergo vult intelligi hūi-
lem eo modo loquendi quo dicitur sauli cum esses puu-
j. Reg. xv. lus in oculis tuis. Unde dicens sicut paruuli nō vult q̄
efficiamur paruuli sensibus: sed malicia: nō etate / sz con
ditione: vt videlicet formā virtutis quā natura duce pu
er obseruat nos p noīe xpi iuuāte rationis industria se-
quamur: q̄ (vt ait Ambro.) nō virt⁹ est non posse pecca-
re: sed nolle. vñ hiero. Nō pcipir̄ aplis vt etatem habeāt
paruulorū / sed innocētiā: ⁊ quod illi p annos possident
hi possideāt p industriā: vt malicia nō sapiētia paruuli

sint. Ac si dicat / sicut iste paruulus cui⁹ vobis exemplum
tribuo nō perseuerat in iracūdia: nō lesus meminit: non
videns pulchram mulierem delectar̄: non aliud cogitat
⁊ aliud loquir̄: sic et vos nisi talem habueritis innocētiā
et animi puritatē regnū celorum non poteritis intrare.
vñ et Leo papa. Amat xps infantiā humilitatis magi-
strā innocentie regulā. Nō ad lubrica infantia ⁊ ad im-
perfecta nobis primordia reuertēdum est: sed aliud q̄d
etiā graues annos deceat: inde sumendū est velox pmo
tionū transitus: citius ad pacē recursus. Nulla memo-
ria offensionis: nulla cupiditas dignitatis. Amor socie
dilectionis equalitas naturalis. vnde etiam Hylarius
Paruuli patrē sequūtur: matrem amant: proximo ma-
la velle nesciūt: curam opum negligūt: nō insolescūt: nō
odiūt: nō mētiunr̄: dictisq̄ credūt: ⁊ q̄d audiūt verū ha-
bent. Et hec omniū affectionū assumpta nobis et cōsue
tudo ⁊ voluntas celorū iter pmium prestat. Reuertēdū
igitur est ad simplicitatem infantiū: quia in ea colloca-
ti speciem dominicam circūferemus. hec Hylari⁹. ¶ Et
notādū q̄ puericia vsq̄ ad quattuordecimū annum du- Pueritie cōditiōes xiiij.
rat: per quod intelligunr̄ quattuordecim proprietates
que debent esse in homine qui statuendus est iuxta xpm
Prima est q̄ puer paucis est contentus: et in hoc est so-
brietas. Secūda q̄ puer sedet in puluere: et hec est humi
litas. Tertia est q̄ non sentit motus carnis: ⁊ i hoc ē ca-
stitas. Quarta est q̄ libēter dat de pane suo: ⁊ i hoc est li
beralitas. Quinta est q̄ parentibus statim obedit: ⁊ hec
est vera obediētia. Sexta est q̄ pueri mutuo se diligunt:
et in hoc est mutua charitas. Septima est q̄ nō cōfidit i
se: sed in parētib⁹ / ad quos oēs clamores reportat: et in
hoc est cōfidentia in deo ⁊ constantia. Octaua est q̄ nō
est sollicitus de aliquo: et in hoc est vera spes i deo. No
na est q̄ verax ē: ⁊ in hoc est veritas que omnē falsitatē
⁊ mendaciū excludit. Decima est q̄ cito placatur ⁊ pro
minimo: ⁊ in hoc est benignitas. Undecima est q̄ per so-
natos homines expauescit: ⁊ in hoc est verecundia ⁊ re-
uerentia. Duodecima est q̄ non pudet puerū etiā mendi
care panē: ⁊ in hoc est recognitio pprie pauptatis ⁊ fra-
gilitatis. Tertiadecima est q̄ simplex ē: ⁊ in hoc est sim-
plicitas ⁊ innocētia. Quartadecima est q̄ hylaris est: ⁊
in hoc ē hylaritatis gratia. Isti sunt anni ⁊ pprietates
pueri spūalis: quos q̄ haberet christus eū apphēderet /
et iuxta se statueret. Deinde dñs postq̄ exclusit q̄ nō su
perbi ⁊ honorū appetitores: sed parui ⁊ humiles intra-
bunt in regnū celorū: cōcludit respōsionē ad premissam
apostolorū questionem dicens[Quicūq̄ ergo humilia
uerit se sicut paruul⁹ iste: hic maior est]. [erit[i regno ce
lorum]Ac si dicat vis esse maior in regno celorum / sis h̄
minim⁹ per humilitatē: quia quanto hic humiliaberis ⁊
minor fueris: tanto ibi exaltaberis ⁊ maior eris. Argu-
mus ḡ sic si simpliciter ad simpliciter: ⁊ magis ad ma-
gis: si ergo paruus p humilitatem est magn⁹ i regno ce-
lorū: ⁊ paruulus erit maior: igir̄ si hic mīor es alijs i hu
militate eris in regno celorum maior in dignitate illis
quos excedis in humilitate. Qui eñ hic fuerit humilior
erit maior p gratiā: q̄ humilitas est recta dispositio ad
gratiā suscipiendā: deus eñ supbis resistit: humilib⁹ au Jaco. iiij.
tē dat gratiā: ⁊ talis erit maior in celo per gloriā. ¶ Mo
raliter paruulus in medio statuir̄ cū vere humilis in sta
tu dignitatis ponitur: q̄ tunc sic lucerna super cande-
labrū ponir̄: alijs i exemplum: ⁊ paruulus honorat⁹ pl⁹
reputat se indignū. Et nisi alij a supbia conuersi fuerint
et efficianr̄ sicut paruuli imitantes eius humilitatem: ⁊
nō aspirātes ad dignitatē nō intrabūt in regnū celorū.
Nam angusta est porta: ⁊ ideo inuidi et grossi per super
biam transire nō possunt p ipam: sed tantum humiles ⁊
graciles spiritum istatum non habentes. Et ad refrena
tionē zeli ⁊ supbie in apostolis q̄ honorari cupiebant in
ducit eos nō ad querēdū honorē / sz ad exhibēdū: nō q̄-
buscūq̄ sz paruulis ⁊ hūilib⁹ ⁊ abiectis eos honorādo /
⁊ obsequia charitatis eis exhibendo dicēdo[Et q̄ susce-
perit vnū paruulū talē]humilē sc̄z ⁊ fidelē mee innocen
tie imitatorē[i noīe meo]. i. pper amorē meū ⁊ nomen
q̄ xpianus est: ⁊ meo nomine insignit⁹: vel ad mei nomi
nis inuocationē ipm ad hospitiū recipiendo / ⁊ necessa-
ria ministrando: ⁊ per hoc intelligunt oīa alia benefi-
cia que propter deū impendunr̄ primo[me suscipit]in- Suscipir̄ a quo de⁹
habitante in illo: ⁊ illū q̄ me misit. s. patrē meū: q̄ ego i

patre ꝛ pater in me est. Nā de⁹ ab eo ꝟe suscipit̃ q̄ ei ꝯfor
matur. vnde Ambro. Qui em̄ imitatorē xp̄i recipit chri
stum recipit me recipit. Hec Ambro. Qui inq̄ȝ talem su:
suscipit affectu ad cōpatiēdū: affatu ad cōsolandū: effe:
ctu ad seruiēdū: patientia ad sufferēdū me suscipit. Ma
gno ergo honore suscipiēdi sunt pauperes ꝛ humiles si
quidem in ipsis deus suscipit̃. vnde Theophilus. vide
q̄ȝtum humilitas: patris nāq̄ȝ et filij inhabitationē me:
retur et etiam spiritus sancti. Quasi dicat dominus ꝭm
Chry. Nō solum si tales efficiamini mercedem magnā
accipietis: sed ꝛ si alios tales propter me honoraueritis
ista mihi humilitas ꝛ simplicitas valde est honorabilis
Uel ꝭm Hiero. Ne cum delatum fuerit apostolis se pu:
tent honoratos: adiecit non illos sui merito / sȝ magistri
honore suscipiendos: q2 principali⁹ illi fit cuius gratia
et honore fit. Et q2 dixerat dn̄s. [Qui susceperit vnum
paruulū talem in nomine meo me suscepit] significans
q̄ humiles suscipiendi essent / intellexit iohānes q̄ eos
nō in nomine eius recipiant q̄ nō sincere ambulāt. vnde
dixit ei [Magister vidim⁹ quendā in noīe tuo] .i. in inuo:
catione nominis tui [eijcientem demonia ꝛ prohibuim⁹
eum / ne scilicet hec in nomine tuo ageret: q2 te non sequi
tur nobiscum .i. sicut nos: scȝ mente ꝛ corpore: ꝛ non obse
quit̃ in vita: nec relinquit omnia. q.d. Hic in nomīe tuo
recipi non debet [Jesus autem respōdit. Nolite ꝓhibe:
re illū] .q.d. Non debetis bona vel signa facientem ꝓhi:
bere: q2 mecū est [nemo] em̄ [faciens virtutē in noīe meo
cito] ꝛ de facili [loquitur mala de me] existens ingrat⁹
mihi de tantis beneficijs [qui em̄ nō est aduersum nos]
prorsus ꝛ manifeste [pro nobis est] quodāmodo ex par:
te scȝ inq̄ȝtum aduersus nos non est ꝛ cōtrarius doctri:
ne nostre nō docet: q̄uis tn̄ ex nobis non sit. Nā lȝ signa
faciētes quādoq̄ȝ despiciant̃: deus tamē cui⁹ innocatio
hec facit honorat̃. ꝭm Theophi. Discipuli prohibuerūt
eū: nō quidē inuidētes / sed operationē miraculorū diiu
dicantes: nō em̄ cum eis miraculorum potestatem acce
perat: neq̄ȝ em̄ dn̄s eum miserat sicut illos: neq̄ȝ iesum in
omnibus sequebatur. Sed (vt dicit Cyrillus) oporte:
bat magis pensare nō hunc ip̄m esse miraculorū aucto:
Miraculorū auctor. rē: sed gratiā q̄ est in eo qui i virtute christi miracula ꝑ:
ficit. Multe sunt differentie donorū christi: sed q2 tradi:
derat saluator potestatem apostolis vt spirit⁹ imūdos
eijcerent: putauerunt nulli aliorū sed sibi solis licere cō
cessam gerere dignitatem: et ideo accedunt sciscitantes
si liceat ꝛ alijs: hoc agere. hec Cyril. Sed voluit dn̄s il:
lū qui se non sequebatur ab operatione miraculorū nō
prohiberi: vt discipulos seruaret in humilitate ne glo:
riarentur: ne sup̄biendo gauderent: in miraculoꝝ opera
tione: nec sue virtuti ascriberent: sed christi dum viderēt
eum qui christum non sequebat̃ eijcere demonia: vt q̄s
humiliare conatus est exēplo pueri / eos etiam humiliet
exemplo illius q̄ christū nō sequebat̃: et q̄uis nō esset tā
te perfectionis vt in omnibus christū sequeretur vt apo
stoli: sicut nec modo om̄es fideles sequūtur christū per
religiōis ingressum / tamē in christum credebat: ꝛ id̄ di:
citur esse cum eis ꝛ nō cōtra: q2 nomē christi nō blaspe:
mabat vt iudei quos dixit contra se esse. ꝭm Ambro. Nō
reprehendit̃ iohānes: q2 hoc ex amore faciebat: nā preci
pua deuotione diligens deum ꝛ a deo dilectus putauit
eum excludendum esse a beneficio eiectionis demonū et
huiusmodi: qui non vtebatur officio discipulatus ꝛ ob:
sequio sequendi christū: sed docet̃ infirmorum eē firmo
rūq̄ȝ distantiā: q2 dn̄s ꝛ si remuneret fortiores / nō tamē
excludit infirmos: ꝛ neminē a bono q̄d ex parte habȝ eē
arcēdū: sed ad hoc poti⁹ q̄d nōdū hȝ esse ꝓuocādū ꝛ in
uitādū. hec Ambro. Tales etiā ob salutē admittēdi cē:
sentur aliorū: et nō tā ꝓpter illos q̄ȝ ꝓpter aliorum vti:
litatem est gaudēdū: q2 lȝ sibi quādoq̄ȝ noceant: multis
tamē in ecclesia prosunt. vnde Beda. Hac doct⁹ senten
tia dicit apostolus. Sȝ siue occasione siue veritate xp̄us
Philip. j. annūcietur / ꝛ in hoc gaudeo: sed et gaudebo. Itaq̄ȝ i he
reticis et in malis catholicis nō sacramenta cōia (in q̄:
bus nobiscū sunt / aduersum nos nō sunt / ꝛ dominū nō
sequūtur nobiscū) detestari ꝛ ꝓhibere debemus. hec Be
da. Et nō solū talis eiectio demonū facit ad declaratio
Bn̄ficia dei ꝑ q̄s dentur. nem virtutis xp̄i: sed etiā q2 beneficia diuina nō solū dā:
tur ꝑ maiores: sed etiā aliq̄n ꝑ miores ꝛ impfectos vt in
hoc etiā declaret̃ virt⁹ nois xp̄i q̄ ꝑ magnos et paruos
indifferenter potest operari. vn̄ Theo. Mirare aūt chri
sti virtutē qualiter indignos ꝛ nō discipulos ei⁹ gratia
opat̃. Sic ꝛ per sacerdotes sanctificant̃ hoīes q̄uis sa:
cerdotes sancti nō fuerint. hec Theo. Si ergo a malis
fiat op⁹ bonū de genere nō ꝓhibendi sunt hoc facere: li:
cet em̄ opus tale nō sit meritoriū sine charitate / tn̄ est di
spositiuū ad emēdationē vite. Per istum qui nō erat de
societate apostolorū signatur laic⁹ bon⁹ qui non hȝ pre:
dicandi officiū: tn̄ bonis verbis et exemplis agit ad ex:
pulsionē demonis de cordib⁹ proximorū / q̄uis non se:
quat̃ christū per statū religionis ꝛ clericatū. Ecce quā:
ta inuitatio ad humilitatē: ad quā inuitat tanq̄ȝ ad ꝟtu:
tem christianissimā: sed tamen ad eam venire differim⁹
vsq̄ȝ ad horā supremā superbientes q̄ȝdiu valem⁹: licet
per superbiam demones efficiamur. Oratio.

Domine iesu christe da mihi vt vadā ad mare
recogitādo peccata in amaritudine aīe: ꝛ mit
tā hamū in cordis contritione: et aperto ore ī
cōfessione staterā soluā in satisfactione: ꝛ sic li
berer a tributo dyaboli et eius exactione. Da etiā mihi
vt cōuersus ab elatione efficiar sicut paruul⁹ ꝛ humilis
in oculis meis: sicq̄ȝ per artam viā ꝛ angustā portā me:
rear intrare ī regnū beatitudīs. Paruulos quoq̄ȝ ꝛ hu
miles ꝓpter nomē tuū suscipiā charitatis obsequia ex:
hibendo: vt te in eis suscipiens a te suscipiar in celo.

¶ De pusillis ꝛ paruulis nō scādalizādis ex
teri⁹: et nō cōtēnēdis interius. Caplm. vj.

Postq̄ȝ ergo dominus re: Matth. xviij.
uocauit apostolos ab elatione ꝛ alter Mar. ix.
catione ex susceptione honoris / quem
humiliantes seipsos recipiunt / ꝛ ꝯse:
quenter reuocat eos ex pena: quā qui
cūq̄ȝ ex zelo contenderint / aut minori
bus scādalū posuerit incurrūt. Nam
(ꝭm Chry.) sicut q̄ hos honorant ꝓpter deū mercedem
habebunt: ita vtiq̄ȝ q̄ dehonorant .i. scādalizant vltimā
vindictā sustinebūt: scādalizat autē q̄ suo dicto vel fctō
min⁹ recto occasionē cuiq̄ȝ dat ruine in peccatū: ac ꝟbo
vel exēplo ꝓpellit ad malū. Et primo monet vitare scā:
dalū actiuum siue alienū: et postea passiuū siue ꝓprium
Est ergo sensus. Uos apostoli nolite altercare de ꝑma
tu honoris: q2 ex hoc pusillos ꝛ paruulos non etate sed
fide ac nuper conuersos ꝛ in xp̄o natos scandalizabitis
ꝛ perdetis. vnde dicunt̃ pusilli: q̄ a superba altitudine se
humiliantes patientia ꝛ humilitate sponte sua pusilli fi
unt ꝛ paruuli: qui adhuc sunt in fide infirmi ꝛ de leui ad
illicita per mala exēpla possunt prouocari. Tales autē
scandalizandi non sunt: minores enim cito scandalizan:
tur: maiores ꝟo non faciliter scandala .i. offendicula re:
cipiunt. Recte ergo qui scandalizari pōt pusillus dicit̃
et paruulus est q2 nullus scandalizatur / aut ex dicto
vel facto alteri⁹ in peccatum ruit: nisi inq̄ȝtum pusillus
ꝛ parue virtutis fuerit. Nā magnus et ꝑfecte virtutis
.i. robustus in fide et charitate: quicq̄d viderit vel audie
rit: aut passus fuerit nō declinat de facili a fide et verita:
te: nec ex dicto vel facto malo alteri⁹ in peccatum ruit:
q2 (vt in ꝓuerbijs dicit̃) non cōtristabit iustū quicq̄d ei
acciderit. Dicit ergo [Qui aūt scādalizauerit vnum de Pro. xij.
pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspen dat̃
mola asinaria in collo eius ꝛ demergat̃ in ꝓfundum ma
ris] Mola asinaria dr̃ quā trahunt: et voluūt asini vl' eq̄
cum rota in molendinis: et per hanc intelligit̃ quicūq̄ȝ
grauis et ponderosus lapis. q.d. Multo vtilius ꝛ meli⁹
est innoxiū ꝛ penitentē ēt noxiū grauissima pena vitā fi:
nire tpalē: q̄ȝ scādalizādo ꝛ ꝑdēdo fratrē mortē mereri
eternā. Et eligibili⁹ est tēporaliter affligi q̄ȝ eternaliter Expedit malis temporaliter puniri.
cruciari. vbi Hiero. ꝭm ritū prouincie loquitur: quo ma
iorum criminum ista apud veteres iudeos pena fuit: vt
in profundo ligato saxo demergerentur: expedit autem
ei: quia multo melius est ꝓ culpa breuē recipere penam
q̄ȝ eterni seruari cruciatibus: nō enim iudicat deus bis
in idipsum. hec Hiero. Hoc etiā de onere peccati potest
accipi: q2 [expedit ei] scilicet peccatori [vt suspendatur
mola asinaria in collo eius: ꝛ demergatur in profundū
maris] mola asinaria est onus penitētie: mare est amari
tudo cōtritionis. Peccatori ergo magis expedit cū mo
la asinaria: id est graui penitētia demergi ī ꝓfundū ma:

ris id est amare ꝛ cordialis cōpunctionis/ ꝙ reseruare
eterne dānationi. Hoc quicūqꝫ diligenter voluerit ad-
uertere nō videbit ei onꝰ penitētie graue: sed valde leue:
Et subiūgit [Ve mundo] i. mūdanis hoībus [a scanda
lis] id est propter scādala que faciunt alijs. Quia si tam
graue est scandalizare pusillos ꝙ ei qui scandalizat vnū
pusillū magis expedit mola asinaria in ꝓfundū maris
demergi quod non est paruum ve longe maiꝰ ve scꝫ eter
nū īminet ipsi mundo. i. mūdi amatoribꝰ et peccatoribꝰ
[ab scandalis] i. pro scandalis que nō cauent: nec pro-
ximos scandalizare timent: ac tanta ꝛ tam magna infe-
runt scandala: nedū paruis: sed et magnis: prelatorum
aūt ꝛ religiosorū scandalū periculosiꝰ est et grauius: qꝛ
eorū factū magis trahit̄ i exemplum. ¶ Sed quia possit
ab eo queri si ita malū est alios scādalizare: quare per-
mittis scandala euenire? Respōdit [Necesse est ei] i. ex
pediens ꝛ vtile ad alioꝝ probationē [vt veniāt scādala]
.i. bone ꝛ deo placētis ꝯuersationis impedimēta. Et io
j. Cor. xj. dicit apostolus. Oportet hereses esse/ vt qui probati sūt
manifestati fiāt in vobis. vn̄ hiero. Sicut necesse ē ignē
calere: niuē vero frigere: ita etiā necesse est vt iniquitas
mūdi erroribus pleni scandala pariat: perfectorum ve-
ro charitas pietatis operibus luceat. hec Hierony. Nō
Necessitas duplex. est necessitas absoluta: sed tantū ex suppositione. s. sup-
posita tanta vt appareat mūdi iniquitate. Nulla enī ne
Necessitas ex vbo christi. cessitas cogit humana corda esse iniqua: que tamē quia
iniqua sunt necessario mouēt scādala. vn̄ ſm Chry. Nō
destruit libertatē arbitrij/ neqꝫ necessitati aliquarum re
rum supponit: sed quod omnino futurū est ꝓdicit: neqꝫ
enī quia predixit ꝓpter hoc fit: sed quia omnino futurū
erat ꝓpter hoc predixit. Scandala quidem sunt ꝓhibi-
tiones recte vie et [necesse est vt veniant] i. oīno venient
Sed qꝛ iterū posset argui si necesse est vt veniāt scanda-
la/ ergo qui faciunt scandala non sunt puniendi: respon-
det ꝙ immo dicēs [Verūtamē ve] scꝫ eterne dānatiōis
[homini illi per quē] causaliter/ ꝛ cuius vitio [scandalū
venit] si tamē sine peccato euitare pōt: qui qđ necesse est
vt in mūdo fiat vitio suo facit vt per se facit. Si enī (vt
ait Chry.) necessitas esset nō dixisset ve homini. vn̄ eos
miseros dicit qui ex electione perniciosi sunt. vn̄ Theo.
Querunt aliqui si necesse est vt veniāt scandala: cur dn̄s
arguit scandalorū auctores. Quicquid enī parit necessi-
tas veniale est. Sed attende ꝙ necessitas ista ex libero
arbitrio sortit̄ originē: vidēs enī dn̄s qualiter hoīes in
nitūtur malo/ nec proponunt aliquid boni dixit ꝙ ꝙtū
est ex consequentia eorū que videntur necesse est cōtin-
gere scandala. Sicut si medicus videns quēꝙ male die
ta vtentē dicat necesse est hunc egrotare. Et ideo indu-
centi scandala ve dicit: et penam ei comminatur. vbi et
Hiero. Cū necesse sit in isto mundo fieri scandala: vnus-
quisqꝫ suo vitio scandalis patet. Simulqꝫ per generalē
sententiā percutit̄ iudas: q ꝓditioni animū preparaue-
rat. Hec hiero. Et si aliquādo vtiliter scandalum quis
faciat/ nō tamen iudicabit̄ a deo ſm vtilitatem que inde
prouenit: sed ſm exitum quem scandalizans intendit.
Bona fuit crucifixio christi: nō tamē bene fecerunt qui
Iudicat intētionē deꝰ nō euētum. eum crucifixerūt. Semper iudicat deus opus ex nequi-
tia peccantiū/ non ex euentu commodorum inde proue-
nientiū que ipse solus facit et vtiliter disponit: vt autem
dicit. Chry. Per scandalizantis penā brauiū saluantis
addisce. Nisi enī vnius aīe salus sibi nimiū cure esset/ nō
comminaretur scandalizantibus tātam penam. Et me-
rito [ve illi per quē scandalum venit] quia viam ad ve
alijs prestruit. Sicut enim qui intoxicaret fontem cau-
sa esset mortis omniū potantium ꝛ morientiū de eo: sic
est de scandalo. De huiusmodi sic dicit Gregoriꝰ. Quā
tumcūqꝫ exemplū male cōuersationis (etiam si illi nō se
quātur) quis prebuerit: se pro tantis rationem nouerit
redditurum. vnde et Chryſ. Si vir aut mulier se orna-
uerit: ꝛ vultus spectantiū ad se ꝓuocauerit/ et si nullum
inde proueniat dānū: iudiciū tamen patietur ī eternū
quia venenum obtulit: et si non fuit qui biberet: pulchri
tudo enim venenum animabus infundit. Magnum er-
go peccatum est scandalum: et ideo summopere est cauē
dum. vnde aug. Magis peccant qui animas ad peccan
Exempli mali deuitatio. dum inflāmant et deo subtrahunt/ ꝙ qui carnē xp̄i cru-
cifixerunt. vnde et Ysidorus. Deteriores sunt qui siue
doctrinis siue exemplis vitam moresqꝫ corrumpūt/ his

qui substantias aliorū prediaqꝫ diripiunt. ¶ Deinde qꝛ
Scādalū passiuū vitandum. egit de scādalo actiuo quod facimus/ prohibens ne scā
dalizemus credentes: nunc agit de scandalo passiuo qđ
patimur: monens vt caueamus scandalizantes: qꝛ sepe
nihil vel parū distat in vitio scandalizare et fallere: vel
scandalizari et falli. Cauēdum est igit̄ ne quis scandali-
zetur ab alio vel a seipso. Aliꝰ autem potest prebere ma-
teriam scandali tripliciter: aut per adiutoriū qđ signat̄
per manum: aut per seruitiū qđ per pedē: aut per consi-
lium quod per oculum. Scdm vero ꝙ aliqs prebet sibi
materiam scandali potest esse vel per actionē propriam
que per manū: vel per effectū qui per pedē: vel ꝑ cogni-
tionē que per oculū designatur. Ad fugiendū ergo pec-
catum scandali inducit metaphoram membrorum ꝛ ar
guit. Intantū graue est peccatum scandalizantium ꝙ si
nobis sint coniuncti vt preoptata et carissima membra
corpi: sicqꝫ sint nobis necessarij vt manus et pes: vel vt
oculꝰ: ꝙ ipsi qui sic scandalizant et offendiculū vite po-
nunt omnino nobis relinquendi et fugiendi sunt. Dicit
ergo. [Si autem manus tua] id est adiutor tuꝰ ꝙtūcūqꝫ
tibi vtilis q tibi operose vt manus ministrat: ac ꝓ te ope
ratur ꝛ adiutorium impendit: et qui te sicut dextera tua
defendit [vel pes tuus] i. discursor tuꝰ qui in vsus tuos
discurrit: ꝛ te in labore vł sollicitudīe supportat: ꝛ vt pes
infirma tua portat [scandalizet te] i. ledit te in causa ani
me [abscinde eum] quo ad effectum. s. affectum ipsum rū
pendo [et proijce abs te] quo ad effectum: scꝫ societatem
eiꝰ deuitando: ꝛ intelligit̄ si castigare non potes. Et sub
dit rationē dicens. [Bonū] i. melius [est tibi ad vitam
ingredi debilem] id est sine ꝑnicioso adiutore vel socio
[vel claudum] i. sine ꝑnicioso sustentatore vel amico et
adiutorio/ ac supportatione istorū priuatū [ꝙ duas ma
nus vel duos pedes habētem] i. duo adiutoria vł duas
supportationes scꝫ tuiipsius: ꝛ amici scandalizātis [mit
ti in ignem eternum. Et si oculus tuus] i. cōsulator vel
prouisor et gubernator ad perspiciēdū acutus qui te vt
oculus ducit vel dilectus sicut oculus [scandalizat te]
id est in errorē vult ducere [erue eū] separando a volun
tate [et proijce absqꝫ te] separando a societate. [Bonū]
id est vtile [est tibi cū vno oculo] i. s. simplici veritate/ vt
nō nisi tuā ipsius prouidentiā ac ꝯsiliū et gubernationē
habeas [ad vitā intrare: ꝙ duos oculos habentem] id ē
duplicem prouisionem vel duplex consilium: scꝫ tuiipsiꝰ
et mali amici [mitti in gehennā ignis] ſm Augustinum
Oculus amicus dilectus. per oculum intelligimus dilectum amicum consiliariū.
quia oculus iter demonstrat: quod vero dexter est intel-
ligitur consiliarius in rebus diuinis: sinister autem ocu
lus est consiliarius in terrenis vt sit iste sensus. Quicqđ
illud est quod ita diligis vt pro dextro oculo habeas: si
scandalizat te: id est impedimento est tibi ad veram bea
titudinē/ eijce etiā ꝛ proijce absqꝫ te: qꝛ occasiones pec-
candi sunt fugiende. De sinistro autē scandalizante sup-
fluum erit dicere: quandoquidē nec dextro parcendum
est. Dextera autem manus accipitur dilectus adiutor ī
diuinis operibꝰ: qui huic vite ꝛ corpori sunt necessaria.
Similiter suo modo est de pede: ꝛ subdit dominꝰ de ipo
igne predicto [Ubi vermis] i. remorsus et cauteriū cō-
scientie [eorū nō morit̄] nec quiescit merore rodens: et
mordēs aīam ꝙ non sit operata bonū: vnusquisqꝫ ei sui
ipsius accusator fiet: rememorans que ī vita gessit. Ubi
ambro. Que pena grauior ꝙ interius vulnus conscien-
tie? Nonne hoc magis fugiendum est ꝙ mors/ ꝙ dispē
dium/ ꝙ exilium/ ꝛ ignis gehenne exterius corpus vrēs
non extinguit̄: nec deficit: est enim ignis afflictiuus non
consumptiuus: et ideo materia eius semper durabit: nec
habet contrariū a quo corrūpi possit. vn̄ Beda. Sicut
autem vermis est dolor interiꝰ accusans: sic ignis pena
extrinsecus seuiens. Et est sensus premissorū in summa
Societas amicoꝝ vel necessariorū quātūcunqꝫ videat̄
vtilis esse/ tamen prescindenda est et remouēda si sit oc-
casio ruine anime tue. Melius est enim sine huiusmodi
amicis vel necessarijs esse in paradiso/ ꝙ habere tales ꝛ
postmodū esse in iferno. Nihil ei est quod contra salutē
anime debeamus diligere. Unde Cassiod. Iusticia nō
patrem/ non matrem nouit: personam non accipit: solū
deum considerat/ ꝛ attendit. Rumpe ergo omnem affe-
ctum carnalem et separa eū a te si maior ꝛ potētior es:
si minor separare ab eo: ꝛ inquantum potes deuita socie

tatem eius quē caſtigare nequis:nihil eñ tā nociuum vt
Cōſāgui nei ꝛ ami ci ſaluti poſt hñdi.
pernicioſa ſocietas. Et ideo inemendabiles ꝗ̃tumlibet
amici nobis vitandi ſunt/ne ſic cũ perditis in hac vita
partē habere volumus ſimul in futura cũ illis peream⁹
vnde Hiero. Meli⁹ eſt vt propinquitate emolimentis
carnalib⁹ careas/ꝗ̃ dũ vis tuos lucrificare cognatos ꝛ
neceſſarios cauſas habeas ruinarũ. Itaqꝫ nō frater/nō
vxor/non filij/nō amici/nō omīs affect⁹ qui nos exclu:
dere poteſt a regno celorũ amori dñi preponat. Nouit
vnuſquiſqꝫ credentiũ quid ſibi noceat:vel in quo ſollici
tetur animus/ac ſepe tētetur:melius eſt vitā ſolitariam
ducere/ꝗ̃ ob vite preſentis neceſſaria eternā vitā perde
re: melius eſt ſolũ ſaluũ fieri:ꝗ̃ perire cum plurib⁹.hec
hiero. Et nota ſm Aug.ꝙ etiam hoc ipo ſeparant a qui
bus ſeparant ꝙ eis mala ſuadentib⁹:hoc eſt ſcandalizā
tibus/nō conſentitur. Sed queritur quid dimittendum
eſt pro ſcādalo:ꝛ dicendũ ꝙ illud de quo queritur aut
eſt malũ in ſe:ſiue mortale:ſiue veniale:ꝛ de tali nō ē du:
bium quin dimitti debet:aut eſt indifferens:ꝛ hoc ſimi:
liter debet dimitti:aut eſt bonũ/ꝛ tunc aut eſt bonũ pre:
cepti/ꝛ hoc homo nō dꝫ dimittere: qꝛ p vitādo peccato
alteri⁹ null⁹ debet peccare/aut bonũ ſupererogationis:
et hoc ꝗ̃uis poſſet dimittere pro ſcandalo alterius/non
tamen totaliter: ſed aliquādo ad tempus intermittere:
qꝛ eſt de vite perfectione ꝛ veritate:ꝛ ſi non neceſſitate.
vñ veritas vite:iuſticie:ꝛ doctrine:nō ſimpliciter eſt pro
pter ſcandala dimittenda.vñ eſt verſus. Juſticie vite do:
ctrine ſcādala cedũt. De hoc vide plura ī capitulo prece
Hũilitatꝭ excellētie.
denti. Et notandum ꝙ multas hũilitatis excellētias le
gim⁹ in hoc loco:habet eñ hũilitas excellentiā. Primo
in ſanctorũ collegio: qꝛ eſt exemplar populi ſancto. Vñ ſi
[aduocās puulũ ſtatuit in medio eorũ] Scđo in officio
qꝛ ē oſtiaria paradiſi vñ [niſi ↄuerſi fueritis:ꝛ efficiami
ni ſicut paruuli/nō intrabitis in regnũ celorũ.] Tertio
in premio:qꝛ eſt de maiorib⁹ regni. Vñ [quicũqꝫ hũilia:
uerit ſe ſicut paruulus iſte/hic maior eſt ī regno celoꝝ]
Quarto in primatu ſeu faſtigio: qꝛ eſt vicaria xp̄i vnde
[qui ſuſceperit vnũ paruulũ talē in nomīe meo ſuſcipit]
Quinto in iudicio: qꝛ eſt precipua vltrix opprobrij.vn:
de [qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis expedit ei]
ꝛc. Sexto in hoc exilio:qꝛ eius miniſtri comites ꝛ adiu:
tores ſunt angeli beati.vñ ſequit. [Videte ne cōtēnatis
vnum ex his puſillis:qꝛ angeli eoꝝ]ꝛc. Poſtꝗ̃ ergo do
cuit vitare ſcandalũ:cōſequēter docet vitare contēptũ
qui eſt quaſi radix ipſius ſcandali:ꝗ̃uis enim pro vitan
do ſcādalo dñs oēs carnales affect⁹ ꝓceperit reſpuere/
nō tñ vſqꝫquaqꝫ vt deſpiciam⁹ illos de quoꝝ ſalute poſ:
ſumus ſpem hr̄e:de qua ſolliciti debem⁹ eē.vñ dat ſpālē
cām nō cōtēnendi puſillos ꝛ puulos: ſed honorādi ꝛ ſa:
lutē eorũ querendi:qꝛ ipſi ſunt deo multũ chari:qđ oſtē
dit ex duob⁹.dicit ergo [videte ne cōtēnatis vnũ ex his
puſillis]ac ſi dicat ſm Hiero. Qꝫtum in vobis eſt noli:
te cōtēnere:ſed poſt veſtrā ſalutem etiam illorũ q̄rite ſa:
nitatē. Si aũt pſeuerātes in peccatis videritis : melius
eſt vos ſaluos fieri/ꝗ̃ perire cum multis. Et prio oſten
dit hoc ex honorabili angeloꝝ cuſtodia dicēs [Dico eñ
vobis qꝛ angeli eoꝝ].i.eis aſſignati ī celis [ſemp vidēt
faciē patris mei q̄ in celis eſt].i.viſione manifeſtatiōis
dei perfruuntur. Facies enim dei ſm Aug.manifeſtatio
eius intelligenda eſt:ꝛ ideo poſſunt renunciare iniurias
illatas eis quos cuſtodiunt. Et eſt rō a maiori:qꝛ puuli
nō contēnũtur a maiorib⁹.ſ.deo patre celeſti ꝛ angelis
beatis:ergo nec a minorib⁹.ſ.hoīb⁹ miſeris debēt contē
ni/ac ſi dicat:vos illos nō debetis contēnere:ſed hono:
rare quos de⁹ pateſt celeſtis ſic honorat ꝛ dignificat ꝙ
ad ipſorũ miniſteriũ ꝛ cuſtodiam angelos beatos depu
tat:nō eſt eñ ſpernēdũ ab hoīe qđ apud deũ tāte eſt cu:
re:ſi ergo cōtēnitis angeli nũciabunt et pater meus vlci
ſcet de vobis.vñ Hiero. Magna dignitas aīarũ vt vna:
Angeli cu ſtodes ho minũ.
queqꝫ habeat ab ortu natiuitatis ī cuſtodiā ſui āgelum
delegatũ:ſic itaqꝫ angeli exiſtētes circa miniſterium no
ſtrum:quia ibi ſũt vbi operant:vidēt deũ ī celo facie ad
faciē:ꝗ̃uis eñ mittant tñ vidēt prēm:qꝛ ſemp deo inhe
rent p aptā viſionē:ꝛ qꝛ vbiqꝫ deus preſens eſt:ideo ꝛ in
terra eũ cernũt. Miſſi ꝗ aũ dñm ſũt:qꝛ quocũqꝫ veniunt
intra ipm q̄ vbiqꝫ eſt currũt:ꝛ cũ ad nos veniũt ſic exte:
ri⁹ implēt miniſteriũ/vt tñ nũqꝫ interi⁹ deſint p ↄtēpla:
tionē: lꝫ eñ mittant in miniſteriũ p ſalute hoīm:tamen
nō recedũt a cōtēplatione diuina:ſed aſtant deo p cōtē:
plationē iugē ꝛ cōtinuā. Et hñ dixit [q̄ eſt in celis] qꝛ lꝫ
de⁹ ſit vbiqꝫ per eſſentiā/pſentiā/ꝛ potētiā:tñ ſpecialiter
dicit eſſe in celis vbi adeſt beatis p apertā viſionē:non
ergo debēt cōtēni:ſed honorari quos deus ſic honorat
qꝛ cōtempt⁹ ipſorum aſcēdit ad cōtēptũ dei cuius yma
ginē hñt. In eis quoqꝫ cōtēptis contēnunt angeli eorũ
miniſtri ꝛ cuſtodes. Deinde ſubiungitur alia rō ſumpta
ex redemptione xp̄i. Vñ chry. Ne dicas ille faber eſt:il:
le ſartor:ille agricola:ab angelis qui eis miſſi ſunt vene
rabiles ſũt:ſed qđ maius eſt rōne redēptiōis dominice.
Scđo ergo puſilli nō ſunt cōtēnēdi:ſed honorādi:quos
ſic deus dilexit ꝙ pro eis(qui in adā oēs peccauerant ꝛ
perierāt)ſaluādis/miſit filiũ ſuũ ī ſimilitudinē carnis
pctī.vñ ait [Venit eñ]ꝛ de celo deſcendit [filius hoīs]
ſaluator hoīm [ſaluare qđ perierat].ſ.gen⁹ hũanum:nō
tñ magnos: ſed etiā puſillos: ac ſi dicat/vos nō debetꝭ
cōtēnere ꝛ perturbādo pdere quos ego veni ſaluare:qꝛ
Ex rom. xiiij.
ego pro hoīb⁹ hō fieri dignat⁹ ſum. Vñ et apl̄s. Noli cō
triſtare ꝛ perdere fratrē tuũ p quo xp̄s mortu⁹ eſt. Nō
ſunt ergo cōtēnēdi puſilli/q̄ tāti ſunt apud filiũ dei qui
pro eis ven it mori:nec debet ſeruus cōtēnere quos dñs
tm̄ dilexit:ſed exēplo ei⁹ oēm curā vt ſaluemur adhibe:
re/pro quibus ſaluādis dñs venit. Et hec rō ſeu cogita:
tio ſm Chry. Maior eſt priore:graue eſt contēnere quē
de⁹ honorat angelo cuſtode:ſed grauius ꝓpter cuius ſalu
tem dei fili⁹ voluit in mũdũ venire. De pdicto angeloꝝ
miniſterio ſic dicit bern. Fidelis paranymph⁹ q̄ mutuo
amoris ↄſcius:ſed nō inuid⁹ nō ſuā querit ſed dñi gl'iaꝫ
Diſcurrit medi⁹ inter dilectũ et dilectā vota offerēs/re
ferens dona:excitat iſtam:placat illũ. Interdũ ꝗꝫ lꝫ ra:
ro repſentat eos pariter ſibi:ſiue hāc rapiēs: ſiue illum
adducēs. Siquidem domeſticus eſt et notus in palatio
nec veretur repulſam: et quotidie videt faciē patris.vñ
Anſel. Milia miltũ ad cōplēda patris myſteria alacri
diſcurſu iugiter meāt iter celũ ꝛ terrā/quaſi apes nego
cioſe inter alucaria:ꝛ flores ſuauiter diſponētes:pplus
accinctus neſciēs labē:vel inobediētie morā.hec anſel.
Vides ꝗ̃ fideliter angeli noſtri nobis ſeruiũt:et ꝗ̃ ſol:
liciti circa nos ſunt.vñ magnā eis reuerētiam debem⁹/
et quotidie eos laudare/ac eis grarũ actiones referre:
nihilqꝫ illicitũ vel turpe in eorũ preſentia q̄ nobiſcũ ſũt
cogitare:vl' loqui aut operari. Ad hec nos monet bern.
Pſ. xc.
dicēs. Angelis ſuis mādauit de te:vt cuſtodiā te in om
nibus vijs tuis. Quantā tibi debet hoc vbũ reuerentiā
inferre:afferre deuotionē:ↄferre fiduciā:reuerentiā pro
pſentia:deuotionē p beniuolētia:fiduciam p cuſtodia.
Caute ambula/tibi aſſunt angeli ſicut eis mādatũ eſt:ī
oībus vijs tuis. In quouis diuerſorio:et in quouis an:
gulo angelo tuo reuerentiam habeto/ne audeas illo pre
ſente quod vidēte me nō auderes. Quid retribues dño
p oībus q̄ retribuit tibi:ſiquidē ei ſoli honor et gloria.
Quare ei ſoli:qꝛ ipſe mādauit:ꝛ omne datũ optimũ nō
niſi ab illo eſt:verũtamē ꝛ ſi ille mādauit:ipſis quoqꝫ q̄
ei ex tāta charitate obediũt:ꝛ nobis ſubueniũt in tāta
neceſſitate ingratos eſſe nō licet. Simus ergo deuoti:ſi:
mus grati tātis cuſtodib⁹: reclamem⁹ eos ꝗ̃tum poſ
ſumus/ꝗ̃tum debemus.hec Ber. Si ideo cum omni at:
tentione ꝛ deuotione diſtincte ꝛ alacriter officium diui:
nũ exoluas:et in oībus.ſ.cogitādo ꝛ verba proferēdo vi
dendo/ꝛ audiēdo/ſtando/ꝛ ſedendo/ſupplicando/ꝛ ve
niam ſumendo:necnō in alijs ſingulis ad interiorem et
exteriorē hominē in hoc officio ſpectantibus ſic reuerē
ter et humiliter te habeas quaſi deum:ac beatam virgi:
nem ꝛ omēs angelos ꝛ ſanctos corporalibus oculis co:
rā te videas:recogitans ꝙ ſine dubio pſentes ſunt ange
li ſancti:in quorum conſpectu pſallis deo ibi ꝛ vbiqꝫ pre
ſenti. Vnde qualiter deus in oratiōe poſſit intentionem
Senſuũ ī orādo col lectio.
ſuam recolligere docet baſilius dicēs. Quomodo non
obtinebit quis vt in oratione ſenſus eius non vagetur/
ſi certus ſit aſſiſtere ante oculos domini. Recogitet er
go homo ſe ſtare:ſeu pronũ iacere ante cōſpectũ dei:et
ſecũ loqui:ꝛ iuuabit a vagatiōe mētis.vñ Hier. Recor
Hieremi. xviij.
dare ꝙ ſteterim ī cōſpectu tuo vt loquerer pro eis bonũ
immo recordare tu met ſtare ante conſpectum dei. Hec
baſili⁹. Et qꝛ hoīes beatis ſpiritib⁹ ſociādi ſunt/iccirco
hic nota ꝙ q̄cũqꝫ ī eccleſia eſt(ꝛ maxime ī religiōe)deo
fideliter/ hũiliter ꝛ deuote miniſtret:ꝛ qui ꝓpter deum

infirmis ꝛ peregrinis seu pauperibus ꝛ sibi inuicē chari
tate fraterna subueniūt: in primo' gradu cōsistunt ange:
licis spiritib⁹ coequati. Qui vero oratione et deuotione
familiarius deo intēdunt: et ꝓximis suā doctrinā/consi
liū/auxiliūq₃ īpēdunt. In scdo gradu archāgelicis spi:
ritib⁹ inserunt. Et qui se exercent in patiētia/obediētia/
et volūtaria pauptate/et humilitate/ oēsq₃ ꝟtutes forti:
ter peragūt/tertiū gradū cū virtutib⁹ conscendūt. Qui
aūt vitijs ꝛ cōcupiscentijs reluctantes dyabolū cū cun
ctis suggestionib⁹ cōtemnunt. In quarto gradu cū po:
testatib⁹ triūphū glorie obtinebūt. Qui vero in ecclesia
aiarū curas ꝛ ꝑlaturas sibi cōmissas bn̄ regunt et mini:
strāt/aiarū lucris die noctuq₃ inuigilātes/ et talēta sibi
credita summo conamine duplicātes. Hi cū principati
bus in quinto gradu gloriā regni ꝓ labore suo posside:
bunt. Qui aūt diuine maiestati reuerenter cū omi humi:
li subiectiōe se inclinant/ꝛ ꝓ ei⁹ gloria oēm hoiem reue:
rentur et diligunt: et siquidē seipsos / q₂ ad imaginē dei
facti sunt: deo etiā quātū possunt se ꝯformāt: carnē suam
spiritui subijciētes/ꝛ incentiuū mortificātes/aio suo do
minātes/ꝛ ad celestia transferētes: hi cū dñationibus in
sexto gradu exultabunt. Qui vero sedule meditationi et
cōtemplationi inseruiūt ac cordis mūdiciā/ꝛ mētis trā
quillitatē amplectēdo qetissimū in se deo exhibēt habi:
taculum: q̄ merito paradisus dei appellari dicunt. iuxta
Pro. viij. illud. Delitie mee sunt esse cum filijs hoim. de qb⁹ etiam
Et leui. ipse dicit. Ambulabo ī eis: et habitabo cum eis. In septi
xxvj. mo gradu thronis sociātur. Qui aūt sciētia ꝛ cognitione
ceteris eminent: q̄ singulari beatitudine deū facie ad fa:
ciē mēte illustrata cōspiciūt. ꝛ ea q̄ ex ipo fonte oīs sapi:
entie hauriūt: ꝑ doctrinā et illuminationē aliorū in ipm
refundūt. In octauo ascēsiōis gradu cū cherubicis spi:
ritib⁹ locabunt. Et q̄ deū toto corde ꝛ mente diligunt: et
igni eterno q̄ de⁹ est se totos īmergunt: eiq₃ simillimi fa:
cti iā nō suo: sed diuino amore sicut dilecti ab ipo sunt di
ligūt oīa in deo: ꝛ tā īimicos q̄₃ amicos diligūt propter
deū: quos quidē ab amore nihil pōt disiūgere/seu īpedi:
re: q₂ quo magis inimici in eos insurgūt/ eo validius in
amore vnitiuo cōualescūt: nihil etiā cōsolationis et con:
modi tpal' reqrūt. nisi qđ ad laudē ꝛ gloriā dei spectat:
amore etiā tā feruēti accēsi et inebriati ad deū per mille
mortes trāsire exēplo aploꝝ ꝛ sctōꝝ nō formidāt. Qib⁹
enī penis et tribulatiōib⁹ spretis ꝓpter feruorem dilecti
onis in carne mortali/ꝛ vita ꝑsenti oēm tolerāt gauden:
ter molestiā. Feliciter quidē in semetipsis ardētes et ali
os accēdētes/ita vt si possent oēs hoies in deifico amo:
re inflāmarent / et ꝑfectos facerent vt cū ipsis arderent:
hi etiā aliorū vitia ꝛ pctā tāq₃ propria lugēt: nec que sua
sunt querunt: sed soli⁹ dei patri faciē desiderabilē hianti
semꝑ aio suꝑ oīa diligunt et exquirūt. Isti merito in no:
no gradu cū seraphin cōputabūtur. Inter quos ꝛ deum
nulli intersunt spirit⁹: q̄ ipm vicini⁹ contemplent/et ipsi
īmediatius appropinquare videantur. Oratio.

Domine iesu xp̄e magister ꝛ rector bone: oīa in
teriora et exteriora mea guberna propiti⁹ et re
ge: ne vnq₃ alijs de me vel mihi de alijs scanda
lū ꝓueniat: sed omnē occasionem scandali tua
gratia a me abscidat penit⁹ ꝛ excludat. Da etiam mihi vt
nullum de pusillis seu paruulis ꝑsumā cōtemnere: sed po
tius oēs studeā honorare: quos tu sic honorare dignat⁹
es q̄ ad eorū ministeriū et custodiā angelos beatos de:
putasti: et tu ipse pro eis saluandis de celo in mundū ve:
nire/et mori voluisti. Amen.

De tribus parabolis: scilicet ouis: ac drag- me: et filij prodigi. Capitulum. vij.

Deinde ne quis scandali:
Luce. xv. zet et contēnat pusillos: ꝛ ad ostendē
dū quāti sint pusilli apđ patrē subdit
tres parabolas ꝑ ordinē: s₃ ꝓm Lucā
duplex fuit occasio siue cā harꝝ trium
parabolarū: sc₃ appropiquatio publi
canorū et peccatorū: ac murmuratio
scribarū ꝛ phariseorū [Erāt enī appropinquātes] ad ie
sum saluatorē [publicani ꝛ pctōres] qui salute īdigebāt
[vt audirēt illū] q₂ rōnabiliter pctā reprehēdebat: quia
nō cū austeritate: sed benigne eōs āmonebat/ꝛ spem ve:
nie ꝓmittebat: libēter debēt oēs ad xp̄m accedere et ap:
propīquare: q₂ oīa remedia in eo poterūt inuenire: De q
b⁹ sic dicit Amb. Omnis aīa accedat ad xp̄m: q₂ omnia
christ⁹ est nobis. Si vulnere' carere desideras: medicus Xp̄s ab
est. Si febribus estuas fons est: si grauaris iniquitate iu oibus est
sticia est. Si auxilio indiges virt⁹ est: si mortem times vi adeūdus.
ta est: si celū desideras via est: si tenebras fugis lux est: si
cibum queris alimētū est. [Et murmurabāt pharisei] si
mulata sanctitate ab alijs diuisi et scribe/legis noticia/
doctores populi [dicētes: q₂ hic pctōres recipit/ꝛ man:
ducat cum illis] quasi dicant hic creditur bon⁹ ꝛ sanct⁹
et tn̄ ad suā ꝯuersationē ꝛ gratiam recipit peccatores: ꝛ
qđ amplius est manducat cū illis tāq₃ amic⁹. Si cogno
uissent scribe et pharisei q̄ venit in hunc mundum pecca
tores saluos facere/nequāq₃ murmurassent: nam eos re:
cipiebat/vt conuersando cum eis a peccatis cōuerteret/
et illuminaret/ac saluaret. Christus ergo peccatores pe
nitētes recipiendos esse ostendit/et suꝑ hoc tres parabo
las adducit. Tria enim sunt que hominē ad miserendū
consueuerunt inducere: scilicet simplicitas /propinqui:
tas/et necessitas. Ista tria similiter deū inducunt ad mi Misera:
serendum. Primo nostra simplicitas: et ad hoc pertinet tionē idu:
prima parabola de oue errante. Homo ei est simplex re: centia.
spectu hostis tā astuti. i. dyaboli. vnde clamat ps. Erra: ps. cxviij.
ui sicut ouis que perijt: require seruū tuum ꝛc. Secundo
nostra propinquitas quā nobiscū contraxit: et ad hoc ꝑ
tinet secūda parabola de dragma amissa in qua est yma
go regis/ꝛ suprascriptio nois: sic ꝛ homo est ad imaginē
dei formatus/ꝛ habet suprascriptionem xp̄i: q₂ a xp̄o di:
citur christian⁹. ꝛ ideo debet nostri misereri. iuxta illud
apli. Nemo carnē suam odio habet ꝛc. Tertio nostra ne Ephe. v.
cessitas ꝛ pauptas: ꝛ ad hoc pertinet tertia parabola de
filio ꝓdigo reuertēte q̄ dixit. Quāti mercēnarij ī domo Luce. xv.
patris mei sunt q̄ habent panem: ego aūt hic fame pereo
Qn̄ enī homo cognoscit suā miseriā et infirmitatē tunc
de⁹ sibi exhibet suā pietatē. Un̄ dicitur ibidē q̄ pater vi
dēs eū mīa motus est suꝑ eū. Respōdendo ergo scribis
et phariseis murmurantib⁹ subdit dñs primo parabolā
vnius ouis ex centū errantis: quā quesitam ꝛ tandē inuē
tā: q₂ ꝓpter infirmitatē ambulare nō potest: pastor bon⁹
in humeris suis ad gregē reliquū reportat: ꝛ veniēs do:
mū cōuocat amicos et vicinos ad ꝯgratulandū sibi suꝑ
inuētione ouis que perierat. Sententia itaq₃ huius pri:
me parabole (ꝓm Luc.) talis est in summa. Si q̄s ouem
perditā postea inuentā libenter recipit/non debet mira:
ri vel indignari si peccatores recipio ad penitentiā qui
prius amissi erant per culpam: vel referendo ad pusillos
(de quib⁹ dictū est supra) Talis est hui⁹ parabole sentē:
tia: sicut nō est voluntas pastoris vt pereat vna de ouib⁹
suis: sic nō est volūtas patris celestis vt pereat vnus nec
etiā multi de pusillis: nec etiā de alijs: et ergo pusill⁹ non
est cōtemnēdus. si aūt perit nō voluntate ei⁹ perit: q₂ nec
volūtate approbationis/vel ꝯsilij/vel precepti eius pec
cat: eo tn̄ auctore dānatur: q₂ omnis pena ab ipo est. In
hac tn̄ parabola ꝓm sensum mysticum tāguntur septem
in speciali. Quorū primū est hois ꝛ angeloꝝ creatio. ibi
[quis ex vobis homo q̄ habet centū oues] Secūdū ho:
minis creati preuaricatio. ibi [et si perdiderit vnā ex il:
lis] Tertiū filij dei ad querendū ouē perditā sc₃ hoiem
incarnatio. ibi [nōne dimittit. xcix. in deserto] Quartum
ipsi⁹ per xp̄i passionem inuentio. ibi [et cū inuenerit eam
imponit in humeros suos gaudens] Quintū in celū ei⁹
ascensio. ibi [et veniens domū] Sextum angelorum ad
congratulandū inuitatio. ibi [conuocat amicos dicens
eis: congratulamini mihi] Septimum sensus mystici ex
pressio. ibi [dico vobis q̄ ita gaudiū erit in celo. ꝛc. vnde
ꝓm Grego. Quia centenarius perfectus est numerus: ip:
se deus centū oues habuit/cū angelorū et hominū natu Centena:
rā creauit et possedit: sed vna ouis tunc errauit ꝛ perijt rius nu:
cū homo peccādo pascua vite reliquit. Et intelligit per merus.
vnā ouē homo: et sub homine vno vniuersitas omnium
hominū a principio vsq₃ ad finē mūdi sentiēda est: quia
vnus creat⁹ est homo vnde oēs prodirent: et [illegible] ho:
minis errore omē hoim gen⁹ oberrauit [non[illegible]utē
nouē] .i. nouē ordines angelorū (idē enim sig[illegible] nu:
merus simplex et cōpositus) [dimisit] ratiōe humanita:
tis assumpte [in deserto] siue in montibus et excelsis. i. in
celo/quod et dyabol⁹ et homo deseruit quādo peccauit Celū de:
Celū quippe dicitur desertum. id est derelictū: tū q₂ fuit sertum.

derelictum ab angelo qui in eo fuerat creatꝰ: tum qꝛ fuit derelictum ab homine qui ipsum fuerat habiturus. Itē quia instar deserti in eo sunt dulces cantus auium. i. angelorum: ibiqꝫ sunt rose martyrum/ac viole confessorum et lilia virginū. Et vt perfecta summa ouiū reintegraretur in celo/hominē perditum querebat in terra. Et inueniens ouem humeris suis iposuit/⁊ ad gregem reportauit. Cū ergo pius pastor ouem ꝑditā reperisset non puniuit/nō verberauit/nō vrgēdo ad gregē duxit: sed supponens humiliter humeris et portans clementer gregi annumerauit. Nūc vero humeris reportans ouē imposuit qñ naturā humanā suscipiens peccata nostra ipse portauit: qꝛ ꝓ hoīe redimēdo humanam naturā suscepit: et in brachijs suis in cruce extēsis peccata hoīs. i. penā pctōrum nrōrum portauit. Et ſm Amb.

Humeri christi. Humeri xp̄i crucis brachia sunt: illic mea peccata deposui/i illa patibuli nobilis cruce quieui.

Leticia christi. ¶ Et attendendū q̄ christus gaudens imposuit ouem humeris suis: qꝛ lꝫ magnus fuerit dolor passionis ⁊ mortis quo genus humanū reqsiuit ⁊ humeris iposuit: hunc tamē laborē ⁊ dolorem letāter sustinuit vt perditā ouē recuperaret. Inuēta aūt oue ad domum venit: qꝛ reparato hoīe ad celeste regnū redijt: ad qḋ cū oue reuersus est cū celū ascēdit/⁊ captiuam captiuitatē secū duxit: ⁊ conuocat amicos ⁊ vicinos. s. angelorū choros qui amici eius sunt: qꝛ voluntatē eius cōtinuo custodiunt ⁊ vicini: qꝛ claritate visionis eius assidue perfruuntur [dicens illis. Cōgratulamini mihi] et simul mecum [qꝛ inueni ouem meam que perierat] ſm Greg. non dicit Congratulamini inuente oui: sed mihi: qꝛ videlicet gaudium eius est vita nostra: ⁊ cū nos ad celum reducimur solennitatē letitie illiꝰ implemus. Vel ideo congratulandum est sibi: qꝛ non frustra laborauit: nec frustra mortuꝰ ex quo ouem perditam inuenit: oui vero non est congratulandum: qꝛ nullis suis meritis inuenta est: ⁊ subiungit

Gaudium angelorū. concludendo. [Dico vobis q̄ ita gaudiū erit in celo sup vno peccatore penitentiā agēte/q̄ꝫ super. xcix. iustis qui non indigent penitentia] non dicit penitentiam cogitante q̄ est penitentia procrastinorum: nec dicit penitentiam docente verbosoꝝ predicatorū: nec dicit penitentiā ostēdente q̄ est penitētia hypocritarum ⁊ simulatorū: sed dicit penitentiā agēte q̄ est penitētia deuotorū. Non est ergo gaudendum solum de redemptione generis humani: sed quacunqꝫ hora cōuertitur vnus peccator/fit gaudiū angelis dei eo q̄ numerus eorum suppleatur ex conuersione pctōrum. vñ Aug. Qui ꝑ penitentiā pctm̄ diluit angelice felicitatis in eternū consors erit: hinc est q̄ sup cōuersione peccatoris velut de suo consorte angeli in celo gaudere dicuntur. Nam vt dicit Origenes. Nos angelis in celis occasionē gaudij prebemus cum super terrā ambulantes conuersationem in celis habemꝰ. ſm Amb. Angeli qm̄ rationabiles sunt non immerito hoīm redēptione letanť: q̄ꝫ q̄ꝫ hoc quoqꝫ ꝓficiat ad incentiua probitatis si vnusquisqꝫ cōuersionē suā gratā fore credat cetibus angelorum: quoꝝ aut affectare patrociniū: aut vereri dꝫ offensam: ⁊ tu igiť angelis esto occasio leticie: gaudeant de ritu tuo. vñ Beda. Quem ergo dn̄s inuenit qñ hoīem restaurauit/⁊ sup eā inuentā maius gaudiū est in celo q̄ꝫ super. xcix. qꝛ maior materia diuine laudis est in restauratione hoīm/q̄ꝫ in creatione angelorū. Mirabiliter enī angelos creauit: sed mirabilius homines restaurauit. Hec beda. Quis ergo pastor multo plus diligat oues. xcix. q̄ꝫ solam centesimā tacitis tñ alijs: de restau-

Gaudium pastoris et christi. rata multis modis se gaudere ostendit. Sic quoqꝫ saluator de reparatiōe hominis magis gaudet hoc est magis ⁊ pluribꝰ argumētis ostendit se gaudere q̄ꝫ de angelorū stabilitate: vsitatissimum etenī est vt q̄ꝫuis eum plus non diligamus: maiorē tñ leticiā de illo faciamus quē de maiori periculo liberari videmꝰ. Sicut ergo pastor gaudet speciali gaudio de inuentione vniꝰ ouis: nō qꝛ magis illam solā q̄ꝫ oēs alias diligat: sed qꝛ in ea habet specialē rōnē gaudēdi quā in alijs nō habebat: sic deꝰ de reuersione peccatoris habet specialē rationē gaudij quā non habet de ceteris iniusticia ꝑmanētibus: ceteris tamen paribꝰ ꝑmanētes in iusticia sunt deo magis dilecti. Per hominē cētū oues habentē significať presidēs monasterio vel ecclesie hñs subditos in quocūqꝫ numero: qꝛ sepe in scriptura poniť numerꝰ determinatus ꝓ indeterminato ⁊ si perdiderit vnam ꝑ apostasiam vel occisionem aliam nōne dimittit alias in deserto. i. in obseruatione claustrali vel ecclesiastica que desertum diciť eo q̄ asperitas ibi videtur ⁊ a multis deseriť: ⁊ vadit ad illam que perierat vt ad bonū reducat: ⁊ gaudet de illius reductione plꝰ q̄ꝫ sup alijs nō errantibꝰ: non qꝛ plus diligat eā ceteris: sed qꝛ specialē rationē gaudēdi habet de reductione eiꝰ quā nō habet de alijs: tñ nō errantes semꝑ sunt plus diligendi ceteris paribꝰ. Et nota ſm Dionysiū q̄ dn̄s numerū

Numerꝰ electorū. electoꝝ determinauit in decē: nouē quidē ordinibꝰ angelorū ꝓpter trinitatē: in nouenario enī numero trinarius fit tertio repetitus: ⁊ vno ordine hoīm ꝓpter vnitatē vt vnitas in trinitate ab angelis ⁊ hoībus laudaretur/coleretur/adoraretur. Voluit autem numerū electorū constare ex angelis ⁊ hoībus: qꝛ voluit a creatura spirituali et corporali laudari. Hec Dyonisiꝰ. Ad idem subdit pa-

Dragma ꝑdita. rabolā vniꝰ dragme ex. x. perdite ꝓ qua mulier accendit lucernā ⁊ euertit domū ac querit diligenter donec inueniat/⁊ sup inuenta cū amicis ⁊ vicinis gaudet. Dragma hoc loco est nūmus certe quātitatis valens. x. denarios vsuales: habens in se regis imaginē ⁊ superscriptionem quē nos debemꝰ offerre scꝫ nosmetipsos in quibꝰ est imago regis. vñ ſm Dionysiū. Homo microcosmꝰ. i. minor mundus diciť. Habet enī ex terra carnē: ex aqua sanguinem: ex aere flatū: ex igne calorē. In cuius substātia spirituali imago ⁊ similitudo dei exprimitur: imago in forma accipitur: similitudo in qualitate considerať. Diuinitas enī consistit in trinitate/cuius imaginē tenet aīa que habet memoriā/intellectū/⁊ voluntatē. In deo cōsistūt oēs virtutes/cuius similitudinē tenet aīa que capax est omniū virtutū. hec Dionysiꝰ. Igiť dragma scꝫ homo ad imaginē dei factus: ꝓ cuius reqsitione sollicitať diuina sapiētia ac spōsa eiꝰ scꝫ mater nostra eccl'ia/ꝓ cuius q̄ꝫ inuētione letať tota celestis curia q̄ꝫuis pusillus non est cōtēnendus: qꝛ nō vult pater celestis vt pereat vnus de pusillis. Sentētia aūt huiꝰ parabole (ſm Lucā) talis est in summa. Si mulier cū tanta diligētia dragmā perditā querit/⁊ de inuēta gaudet: ⁊ ad gratulandum amicas et vicinas cōuocat: multo fortius deꝰ hoīem perditum debet cum magna diligentia q̄rere ⁊ de eius inuētione gaudere: et sicut nullus debet murmurare cōtra mulierē querentem dragmā perditā/sic nullꝰ debet murmurare contra dn̄m querētem pctōres: siue eos alloquēdo/siue cum eis comedendo. Ubi tñ ſm sensum mysticū notanť sex in speciali. Primo angeloꝝ ⁊ hominum creatio. ibi [que mulier habēs dragmas decē]. Scd̄o hoīs creati preuaricatio ibi [⁊ si perdiderit vnam]. Tertio filij dei ad q̄rēdā dragmā ꝑditā icarnatio. ibi [nōne accēdit lucernā]. Quarto ipsiꝰ per xp̄i passionē inuentio. ibi [⁊ querit diligenter donec inueniat]. Quinto angelorū ad congratulandū inuitatio. ibi [et cū inuenerit conuocat ⁊c̄.] Sexto inuitationis ratio. ibi [quia inueni dragmā quā perdideram] vñ ſm Greg. Qui significať per pastorē ipe etiā significatur per mulierē: ipe enī deus: ipse ⁊ dei sapientia: dicitur autē mulier: qꝛ cū dolore nos parit. Angelorum vero et hominū natura ad recognoscēdū se dn̄s cōdidit

Dragme decem. et ad similitudinē suā creauit. Decem ergo dragmas habuit: qꝛ. ix. sunt ordines angelorū: sed vt cōplereť electorū numerus homo decimꝰ est creatꝰ. Et qꝛ imago exprimitur in dragma mulier dragmā perdidit: quādo homo qui cōditus ad ymaginē dei fuerat: peccando a similitudine sui cōditoris recessit. Quotidie adhuc ista dragma perditur vel in puluere diuitiarū: vel in luto luxurie: vel in diuerticulo erroris cuiuscunqꝫ. Accendit autē mulier lucernā: qꝛ dei sapientia apparens in carne lumen deitatis accendit in testa nostre mortalitatis ad querendum hoīem perditū/⁊ reducendū eū ad beatitudinē. Ista vero lucerna accensa refulsit miraculis: inflāmauit dictis: illuminauit exemplis: collocatus eī erat homo in obscuris et vmbra mortis. vñ istā oportuit accendere lucernā [Et euertit domū] ꝯsciētie: qꝛ mox vt eiꝰ diuinitas ꝑ carnem claruit/oīs se nostra cōsciētia ꝯcussit. [Et querit diligēter] diligēter enī queriť qḋ itime diligiť: si vero ostēdit xp̄s dilectionē suā ad nos vt animā suam pro nostra

Questio dragme. redēptione poneret. Unde subdiť [donec īueniat] qꝛ nō destitit querere donec inueniret: quesiuit enim vsqꝫ ad cōtumelias: vsqꝫ ad minas: vsqꝫ ad flagella: vsqꝫ ad mortem: vsqꝫ etiam ad inferna. Nec mirum si eam inuenit quam vbiqꝫ etiam vsqꝫ ad inferna cum diuinitatis lucer

na ardenti quesiuit. Euersa ergo domo inuenitur drag:
ma: qꝛ cū perturbat hominis cōscientia reparat in hoīe
silitudo creatoris: tunc enim consueta relinquunt vitia
vt reluceat ymago conditoris [ꝛ cū inuenerit conuocat
amicas et vicinas] .s. supernas virtutes q̄ amice sunt vt
exequentes voluntatem ipsius et vicine: qꝛ ei per gratiā
continue visionis appropinquant: quas ad cōgaudendū
inuitat/ꝛ gaudij participes facit: qꝛ cōgaudēt de pecca:
toribus ad eum conuersis/cū deus de seipso habeat gau
dium ꝛ angeli gaudeant in eo. Gaudent tñ etiam de con:
uersione penitentiū/qñ illud qđ predestinauit impletur:
nec illud gaudiū est deo nouū aut tēporale: sed eternum:
angeli vero quibus effectus predestinationis innotescit
Gaudij xpi cause. de nostra conuersione temporaliter gaudent. Christus
etiā gaudet sup cōuersiōe pctōris ꝓpter duo. Primo qꝛ
Pati rursus paratus xp̄s. per penitentiā ira sua placatur. Secūdo qꝛ precium san:
guinis sui in eo non frustratur. Est autē tm̄ gaudiū xp̄o
de conuersione peccatoris/ꝙ si non sufficeret sua passio
rursus pati ꝛ mori esset paratus. vñ beat⁹ Dyonisius in
epistola quadam scribit/ꝙ cū quidam ifidelis hoīem fi:
delem a fide auertisset/carpus quidam vir magne sancti
tatis adeo moleste hoc ferebat vt vtrumq̄ igne combu:
ri deū rogaret: cui circa noctis medium apparuit xp̄s in
aere cū multitudine angelorū: in terra vero apparuit for
nax cum serpentibus accensus/ad quam trahebantur il
li duo homines. Carpo ergo petente ardenti desiderio vt
mitterentur in fornacem/ꝛ moleste ferente dilationē: ec:
ce xp̄s miseratus descendebat a solio in terram/ et exten
sis manibus homines illos eripuit: eleuataq̄ manu di:
xit carpo: iterū percutis me lancea: paratus sum rursum
pati ꝛ mori pro hominibus saluandis. Et subiungit do:
minus cōcludendo [ita dico vobis gaudiū erit angelis
dei] qui sunt vicini ꝛ amici xp̄i [super vno peccatore pe:
Angelorū gaudium. nitentiam agente] nam anima vitiorum laqueis capta ꝛ
stricta/cum se corrigit/ꝛ priora peccata relinquit: tam ce
licolas q̄ christicolas hylares facit. vnde Ber. Deniq̄
gaudent in conuersione ꝛ penitentia peccatoꝝ salutē ho
minum sitiētes: qꝛ lachryme penitentiū sunt vinum eoꝝ
hoc certe vinum letificat cor hominis. hoc constat et an:
gelos bibere cū leticia. Hec Bern̄. Et si angelis tantum
gaudiū est ꝓ peccatore qui propria peccata dānat: q̄tū
est eis gaudium ꝓ iusto qui alioꝝ peccata plāgit. Consi
dera hic quanta debet esse penitentia vt ꝑ eā accendaris
nec torpeas: et totam domum .i. mentem et conscientiam
euertas vt dragmā vsq̄ ad nouissimum puluerem inqui
ras diligenter: non pigre morari donec inuenias. ¶ Mo:
raliter mulier potest dici presidens: tum propter fecun:
ditatem: tum propter pariendi difficultatem: huius mu:
lieris dragme sunt anime dei ymagine insignite: quarum
si vnam perdiderit debet accendere lucernam .s. orando
meditando/sancte viuendo: ꝛ vertere domum cōscientie
peccatoris feruore predicationis/terrore cōminationis:
et querere diligenter donec inueniat: quod fit quādo ad
Filius prodigus. penitentiā reducit. Tertiam quoq̄ de eodē ꝛ expressius
addit parabolā .s. de filio prodigo. q̄ facultatib⁹ consum
ptis ꝛ perditis ad patrem reuersus susceptus est ab eo ꝛ
honoratus: qꝛ homo nō solum est ouis cara pastori: non
solum dragma preciosa mulieri: sed viscerose charitatis
filius charissimus patri. Deus enim pater hominem ad
ymaginē ꝛ similitudinē suam creauit: vt post angelos ex:
pressiore similitudine pre ceteris creaturis fili⁹ dei dica
tur. Ideo nullus quātumcūq̄ pusillus est contēnendus
cum sit summi regis filius: presertim ille cui dedit fidem
ꝛ gratiam per quam est fili⁹ adoptionis. Et si post susce
ptam fidem et gratiam que ipsum ex dono dei continge:
bat vixerit luxuriose per culpam gratiam perdendo: vel
spiritualiter fornicatus fuerit fidem deserēdo: adhuc nō
est contemnendus. adhuc a xp̄i ꝛ ecclesie gremio non est
eijciendus: quia si penituerit et humiliter redierit adest
deus pater miserator ꝛ misericors/qui nō letatur in per
ditione filiorum/ꝛ occurrit penitenti/ꝛ dat osculum pie:
tatis ꝛ amoris. In cuius receptione gaudet tota celestis
curia: qui enim mortuus fuerat in infidelitate et culpa/
viuit fide ꝛ gratia: ꝛ qui perierat errore inuētus est xp̄o
pastore oīm requirente. Per hanc ergo parabolā datur
intelligi benigna pctōrum a deo receptio. ex quo ꝓm Lu
cam vult habere ꝙ nullus debet indignari si benigne re:
cipit peccatores. In hac autē parabola sex tanguntur.

Primo status nature ꝛ vtriusq̄ filij communis ꝓpaga
tio ibi [hō quidā habuit duos filios]. Secundo lapsus
culpe et adolescentioris a patre recessio ibi [dixit adole:
scentior patri]. Tertio locus penitentie et eiusdem post
modum reuersio ibi [in se autem reuersus]. Quarto mu:
nus gratie et reuertentis a patre benigna susceptio ibi
[cū aūt adhuc longe esset]. Quinto stimulus inuidie ꝛ de
eius iocunda susceptione senioris indignatio ibi [erat au
tem filius eius senior]. Sexto virt⁹ doctrine/et indigna
tionis eius rationabilis sedatio ibi [pater ergo illius].
Pōt autem hec parabola exponi de populo iudaico et
gentili. Vel de innocente seu iusto tepido/ et de peccato
re penitente deuoto. Iudaico inq̄ vel iusto conquerente
de dño dante maiorē gratiam deuotionis feruorem gen
tili vel penitenti q̄ sibi [homo] ergo iste de quo hic dicit
christus est: qui habuit duos filios .i. duos populos .s. iu:
daicum et gentilem qui sunt filij dei q̄tum ad eius yma:
ginem: vel eius filij sunt omnes christiani ꝑ eius baptis:
mum regenerati: quorum tamē aliqui sunt iusti/ꝛ aliqui
peccatores. [Et dixit adolescentior] .i. gentilis populus
vnde et populus iudaicus vocatur in exodo filius dei
primogenitus. Vel [adolescentior] id est peccator qui iu
uenis est moribus: ꝛ petijt a patre portionem sue substā:
tie vt recederet a dei patris lege: ꝛ ageret ꝓ libito volun
tatis sue/ac regeret se propria voluntate [et diuisit illis
substantiā] qꝛ dona sua omnib⁹ largitur: licet diuersimo
de: et dimittit quemlibet agere ꝓm arbitrij libertatem.
[Adolescentior vero filius profectus est in regionem lō:
ginquā] non localiter a deo patre celesti qui vbiq̄ est re:
cedens: sed per multiplicationem peccati se a patre ꝛ pa:
tria celesti elongans [et ibi] scꝫ in regione peccati [dissi:
pauit substantiam suam] per peccatum bona gratie per:
dendo / et bona nature peiorando [viuendo luxuriose]
luxuria interiori que est fornicatio spiritualis/et maxi:
me ydolatria: et luxuria exteriori que est fornicatio spiri
tualis et manifesta. Peccator ergo a patre suo celesti re:
cedit quando mortaliter peccat: et tunc in regione longi
qua est: qꝛ longe est a peccatoribus salus: ꝛ talis luxurio
se consumit suam substantiam/qñ sensus suos ꝛ vires cō
uertit ad maliciam [et postq̄ cōsummasset] id est cōsum
psisset [omnia] ornamēta nature tam naturalia q̄ gratui
ta [facta est fames valida in regione illa] qꝛ in regione
pctī fit magnus defectus pabuli diuini: ꝛ fames bonorū
operum atq̄ virtutum [et ipse cepit agere] scꝫ spirituali:
bus bonis ꝛ virtutibus eorum fonte relicto: nā existens
in mortali peccato fit egens oī spirituali bono [ꝛ abijt]
scꝫ profectu erroris/et de malo in peius ruendo [et adhe
sit vni ciuium regionis illius] scilicet dyabolo qui est ci
uis in regione vmbre mortis [et misit illū in villam suā]
id est in cupiditatem mundanam/vel in peccatorum so:
cietatem in qua dñatur sicut in propria villa [vt pasceret
porcos] id est vitia que fetida sunt et immunda [et cupie
bat implere ventrem] anime .s. affectum [de siliquis] .i. ci
bo porcorū qui est carnalitas [ꝛ nemo illi dabat] scilicet
ad satietatē: qꝛ venter impiorū est insatiabilis: demones *Mali insaturabiles.*
enim ad hoc student/ne vnq̄ saturitas malorū ꝓueniat
[In se aūt reuersus] .i. ad propriam conscientiā ꝑ ratio:
nis dictamen a qua recesserat sequēdo sensualitatem: hō
enī in peccando extra se egreditur: qꝛ limites recte ratio
nis trāsgreditur: ꝛ ideo penitēdo ad se reuertitur. Debet
autem penitens (ꝓm Grego.) recognoscere vbi fuit: qꝛ in *Penitēti cognoscēda.*
peccato/ꝛ ideo debet dolere vbi erit: qꝛ in iudicio/ꝛ ideo
debet timere: vbi est/qꝛ in miseria: ꝛ ideo debet gemere:
vbi non est/quia in gloria: ꝛ ideo debet suspirare. [In se
ergo reuersus dixit] penitendo de peccatis et dolendo.
[Quanti mercennarij] id est deo seruientes pro merce:
de eterna [in domo patris mei] id est in ecclesia seu con:
gregatione iustorū [abundant panibus] spiritualib⁹ scꝫ
verbi diuini ꝛ eucharistie sacramenti: ac pluribus virtu:
tibus et donis [ego autem hic fame pereo] id est penuria
omnis boni quo priuatum me sentio. [surgam] de luto
culpe per infidelitatis vel peccati derelictionem: quia
iacebat [et ibo] per conatum bene operandi/ et meliora:
tionem vite: quia longe aberat. ꝛ [ad patrem meū] a quo
recesseram: quia sub principe porcorum erat [et dicam
ei] recognoscendo culpam/ꝛ petendo veniam [pater] scꝫ
ex natura quam dedisti mihi [peccaui] scilicet male vi: *Peccare in celum.*
uendo [in celum] .i. coram celesti curia: scilicet angelis

micum ita dispositus. Qđ aūt est maius et primum dei
amiciciā:ꝛ si pecca ueris venia potieris. Et iterū. Non
memoriā malorū habeam⁹ in eos q̄ ledunt:nā nobis ꝓ:
sūt maxime:nisi nosipsos vindicauerimus. Rapuit ille:
gratias egisti tu pro iniustitia/ꝛ glorificasti deum:infi:
nitas fructificasti mercedes. Si autem oraueris pro eo:
deo factus es silis. Uides qualiter maxime lucramur
ab aliorū persecutione:nihil ita deū letificat vt non red
dere malū ꝓ malo:immo reddere cōtraria iniunctū est
nobis bñficia ꝛ orones. Nō est q̄d difficili⁹ q̄ꝫ memoria
malorū. Hec igit̄ sciētes humiliemur ꝛ debitorib⁹ nr̄is
etiā gr̄as agam⁹:fiūt eñ nobis si philosophari volum⁹
maxime non solum indulgentie/ verūetiā mercedis oc:
casio. Pauca siquidē damus plurima recepturi. Quid
igit̄ expetis cū violentia cū deceret:ꝛ si ille vellet dare ei
cōcedere vt a deo totū accipias. Nūc aūt oīa facis et li
tigas vt nihil tibi dimittatur tuorū. Qđcūq̄ ergo debi
tores habes et pecuniarū ꝛ laborum/ oēs dimittes libe
ros deū expete remuneratorē. Cūcta igit̄ ꝛ pecunias et
pctā debitorib⁹ nr̄is donem⁹/vt nobis retributio opta:
ta ꝓueniat. Qđq̄ neglexerimus per aliā explere virtu:
tem:hoc de obliuione admisse in nos malicie adipiscen:
tes eternis potiamur bonis. hec Chry. Attende et hic se
necā qui dicit. Si magnanim⁹ fueris nūq̄ iudicabis ti: Iniuria
bi contumeliā fieri. De inimico dices. Non nocuit mihi nō fit ma:
sed animū nocēdi habuit:ꝛ cū illū in potestate tua vide gnanimo.
ris: vindictam putabis vindicare potuisse. Scito enim ☞
honestū ꝛ magnū vindicte eē gen⁹ ignoscere. Et iterum
Iniuriarū remediū est obliuio. Hec seneca. Et nota h̄ Remissio:
ꝙ ꝯm numerū grad⁹ apl̄ici duodenum sunt duodecim nū modi
modi remissionū. Primus est baptismus. vñ i euāgelio duodecim
Nisi quis renatus fuerit ꝛc̄. Secūdus est charitas. vn: Joh.iij.
de etiā in euāgelio. Remittunt̄ ei pctā multa ꝛc̄. Terti⁹ Luce. vij.
est elemosyna et charitatis opa. Uñ ꝓpheta. Sicut aq̄ Eccl.iij.
extinguit ignē. Quartus est fletus et lachryme: dicente iiij. re.xxj.
dño:qꝛ fleuit in cōspectu meo nō inducā mala in diebus Ps̄.xxxj
suis. Quintus est cōfessio ꝛ penitētia. vñ ps̄. Dixi confi j.Cor.v.
tebor ꝛc̄. Sextus est afflictio corpis. vñ apl̄us. Traditū
hmōi hoīem in interitū carnis vt spūs saluus sit. Septi
mus est emēdatio morū vel abrenūciatio vitiorū. vñ in
euāgelio. Ecce sanus factus es/iā ampli⁹ noli peccare. Joh.v.
Octau⁹ est itercessio sctōꝝ. vñ iacob⁹. Infirmat̄ aliq̄s Jaco.v.
inducat ꝑsbyteros ꝛc̄. Nonus est misericordie et fidei
meritū. vnde in euāgelio. Beati mi̇̄sicordes qm̄ ꝛc̄. De: Mat.v.
cimus est cōuersio ꝛ salus ꝓximorū. vñ iacob⁹. Qui cō: Jaco.v.
uerti fecerit peccatorē ꝛc̄. Undecimus est mutua remis:
sio ꝛ indulgentia. vñ in euāgelio. Dimittite et dimitte:
mini:ꝛ in hoc loco ꝑsenti. Duodecimus est passio marty Luc.vj.
rij ꝓ fide ecclesie. vñ latroni penitēti ac patiēti dicitur
a dño. Amen dico tibi:hodie mecū eris in paradiso. Ex Luc.xxiij
hoc loco ꝛ plurib⁹ alijs euāgelij locis salubria habem⁹ Remedia
remedia cōtra malū desperationis: et ideo non despet cōtra de:
aliq̄s cū multos habeam⁹ port⁹ salutis. Si enim despe speratio:
rasti ꝓpter pctī magnitudinē:habes petrum qui nega: nem.
uit fidem quod est maximum peccatum: ꝛ tamen deus

respexit eū. Si desperasti ꝓpter pctī multitudinem ha-
bes mariā magdalenā que septem habebat demonia .i.
vniuersa peccata/⁊ tñ de ea dictū est: dimissa sunt ei pec-
Luce. vij. cata multa. Si desperasti ꝓpt̄ pctī turpitudinē/habes
mulierē in adulterio deprehensam cui dictum est: vade
et ampliꝰ noli peccare. Si desperasti ꝓpter pctī infami
Joh. viij am: habes mattheū publice in theoloneo sedentē: et ta-
men dñs dixit ei: seq̄re me. Si desperasti ꝓpter peccati
diuturnitatem: habes latronē q̄ ꝑseuerauit in malo vsq̄
Mat. ix. ad mortē: ⁊ tñ dictū est ei a dño: hodie mecū eris in pa-
radiso. Si desperasti ꝓpter pctī crudelitatē: habes pau
Lu. xxiij lū apl'm lapidātē stephanū de quo dictū est: vas electio
nis mihi est iste. Si desperasti ꝓpter pctī recidiuationē
Actuū. ix. seu peccati iterationē ⁊ magnitudinē: habes hic aucto-
ritatē expressam de dimittēdo fratri septuagiessepties.
vñ Ber. Sino ꝓpter māsuetudinē que in te predicatur
currimꝰ post te dñe iesu: audiētes ꝙ non spernas paupe
rē: peccatorē nō horreas. Non horruisti cōfitentē latro
nē: nō lachrymātē peccatricē: nō chananeā supplicātē:
nō deprehensam in adulterio: nō sedentē in theoloneo:
nō supplicātē publicanū: nō negātē discipulū: nō ꝑsecu-
torē discipulorū: non ipos crucifixores tuos. Tam vali
dus deniq̄ es ad iustificādū/q̄ multis ad ignoscēdum
Currit spōsa/currūt adolescentule: sed que amat arden
Liberi ar tius currit velociꝰ ⁊ ꝑuenit citiꝰ. vñ ⁊ Chry. Liberi q̄p
bitrij bo- pe nos arbitrij creauit deus/vt volūtate nr̄a cū adiuto
num. rio dei qđ volumꝰ faciamꝰ. Si publicanꝰ es/potes fieri
euangelista: si blasphemꝰ es/potes fieri apl's: si latro es
potes paradisi colonus effici: si magus es/ potes deum
adorare. Nec est vlla malicia que penitētia nō soluatur.
Et iō tāq̄ precipua malignitatū elegit xp̄s/⁊ nēo vsq̄ ī
finē semetipm despiciat. Noli mihi dicere perij: noli mi-
hi dicere peccaui. Et q̄dē medicū habes satis fortiorē
te/⁊ potentiorē q̄ infirmitas tua est. Medicū habes vo
luntatē tuū si volueris emendantē/⁊ potentem/⁊ cupiē-
tē. Cū ei nō subsisteres fecit te: et q̄ꝛ peruersus es effectꝰ
multo magis emendare te poterit. Sed forsitan dices.
Quō poterit pctōr fil'is eē sanctis? Noli req̄rere q̄ arte:
noli scrutari rationē/sed crede clementie et benignitati
diuine. Sed dicis: grādia sunt peccata mea: ⁊ imēsa sce-
lera mea. Et q̄s est sine peccato? Sȝ ego inq̄s pessime et
Luc. vij. sup oēm hoiem. Sufficit tibi ad placandū deū peccare
desinere ⁊ bñfacere. Dic tu prior inq̄t iniquitates tuas
vt iustificerꝭ. Recognosce q̄ꝛ tu peccasti: ⁊ si agnoueris
initiū correctionis factum est tibi. Suspira/mestꝰ esto/
effūde lachrymas. Nec eñ aliud quid effudit meretrix
illa: sed lachrymis penitētiā sociauit/et ipsa comite ꝑue
nit ad fontē. hec Chry. Vñ et Greg. A spei ergo certitu-
dine nulla nos malorū nostrorum qualitas/nulla q̄āti
tas frangat. Idcirco eñ omīpotens deꝰ electos suos in
q̄busdā lapsibꝰ cadere ꝑmittit: vt alijs in culpa iacenti-
bus si toto ad eū corde ꝯsurgant spē venie reddat: et eis
ꝑ lamenta penitentie viā pietatis aperiat. Nā q̄ multos
in suis iniquitatibꝰ iā sanatos aspicimꝰ: quid aliđ q̄ su-
perne misericordie pignꝰ tenemꝰ? Et iterū. Quid itaq̄
in hac re debemꝰ aspicere nisi imensam misericordiā cō
ditoris nostri: qui nobis velut in signo ad exemplū peni
tentie posuit eos quos ꝑ penitentiā viuere post lapsum
fecit. Item nihil in his aliđ video nisi āte oculos nr̄os
posita spei ⁊ penitētie exēpla. Oīpotēs deꝰ vbiq̄ oculis
quos imitari debemus obijcit: vbiq̄ exēpla sue miseri-
cordie opponit. vñ ⁊ Augu. Quecunq̄ necessitas cogit
pctōrē ad ipenitentiā/nec criminis q̄ntitas/nec tēporis
breuitas/nec vite enormitas/nec hore extremitas exclu
dit a venia si perfecta fuerit voluntatis mutatio: sed in
amplissimos sinus mr̄ charitatis filios ꝓdigos suscipit
reuertētes. Et iterū. Pater tradidit filiū suū quo redi-
meret seruos: misit spiritū sanctū quo suos adoptaret ī
filios: filiū dedit in ꝑciū redemptiōis/ spiritū sanctū in
priuilegiū adoptionis: se totū seruat in hereditatē ado-
Magnitu ptatis. Nemo ḡ de dei pietate diffidat: q̄ꝛ maior est dei
do mie misericordia q̄ nostra miseria: et q̄squis ad eū toto cor-
dei. de clamauerit exaudiet illū: q̄ꝛ misericors est. Tardius
siquidē ei videt̄ peccatori veniā dare q̄ ipsi peccatori
accipe. Sic ei festinat reū absoluere a tormēto conscien
tie sue quasi plus cruciet eū cōpassio miseri q̄ ipsum mi
serū compassio sui. vñ etiā Chry. Crede mihi: talis ē er-
ga hominē pietas dei ꝙ nunq̄ spernit penitentiam si ei
sincere ⁊ simpliciter offeratur: etiam si ad summū quis
venerit malorum/⁊ inde velit reuerti ad veritatis viam
suscipit libenter et amplectitur/⁊ facit oīa quatenus ad
priorē reuocet statū. Vñ sup illo verbo cayn. Maior est Gen. iiij.
iniquitas mea q̄ vt veniam merear. dicit Aug. Mentirꝭ
inquit cayn mentiris: maior est dei pietas/q̄ omnis ini
quitas. Ecce expresse apparet ꝙ desperauit: et ideo di-
cit Aug. ꝙ ipse plus turbauit deum in desperatione q̄ ī
fratricidio: sicut iudas in desperatione q̄ in proditione
vñ Ber. O res confusa/o res mōstruosa peccator despe
rans de dei misericordia: cū cūcta pctā originalia/mor-
talia/venialia ab origine mūdi ꝯmissa diuine misericor
die cōparata sunt quasi vna gutta ad pelagꝰ totiꝰ marꝭ
Et breuiter dicēdo ẜm Aug. et Greg. Si vnꝰ hō omniū
hoim pctā perpetrasset/⁊ velut cayn et iudas desperas-
set: preterea deus illi veniā denegare iurasset: si miser il-
le cōtritus veniā rogasset: deꝰ primꝰ illi veniā non dene-
gasset. Et testāte Aug. ⁊ Hiero. peccata preterita nō no Peccata,
cent si nō placent. Multū etiā sperare debemꝰ in merito nō nocent
xp̄i sine quo nō possumus saluari. In merito eñ xp̄i ra- si nō pla-
dicata sunt oīa merita nr̄a/siue satisfactoria pene/siue cent.
meritoria vite eterne: q̄ꝛ nec ab offensa creatoris sumus
digni absoluti/nec imensitatem premij quod deꝰ est di-
gni sumꝰ assequi: nisi ꝑ meritū hoīs dei. Et precipue in Passiōis
merito passionis xp̄i est sperandū: q̄ꝛ hec est miseris spe meritum.
ciale solatiū. vñ Ber. Passio tua dñe vltimū refugiū: sin
gulare remediū deficiēte sapiētia: nō suffragāte iustitia:
nō sufficiēte sanctitate: succūbētibꝰ meritꝭ illa succurrit
Nō solū aūt a desperatione/sed etiā a vana spe est cauē- Despatio
dū: q̄ꝛ vtrobiq̄ magnū ē ꝑiculū. vñ Aug. Ex vtroq̄ ho- spes vana.
mines periclitant̄ ⁊ sperando ⁊ desperādo. Quid igitur
agit deꝰ cū periclitantibus vtroq̄ morbo? Illis q̄ spe
periclitant̄ hoc dicit. Ne tardes cōuerti ad dñm/neq̄
differas de die in diem: subito eñ veniet ira illiꝰ/et ī tpe
vindicte disperdet te. Illis qui desperatione periclitan
tur q̄d dicit? In quacunq̄ die iniquus cōuersus fuerit/
oēs iniq̄tates eius obliuiscar. Propter illos ḡ q̄ despe
ratione periclitant̄/proposuit eis indulgentie portū: ꝓ-
pter illos vero q̄ spe periclitant̄ ⁊ dilationibꝰ illudunt̄:
fecit diem mortis incertum. Nā veniet vltimus dies ne Mortis
scis. Ingratus es: q̄ꝛ hodiernū habes in quo corrigarꝭ incertitu
et crastinū expectas/forte nō addet̄. Et iterū. Ne despe dinis cā.
rando augeamꝰ peccatū datus est nobis penitentie por
tus. Rursus ne sperando augeamꝰ peccatum datꝰ est no
bis dies mortis incertꝰ. Et iterū. Latro agnouit: petrꝰ
negauit: in petro demōstrat̄ quēq̄ iustū nō de se debere
presumere in latrone nō impiū cōuersum desperare de-
bere. Timeat ergo bonꝰ ne pereat ꝑ superbiā: ⁊ malꝰ ne
desperet ꝓpter multā maliciā. hec Aug. Vñ et Grego.
Habete fratres mei fiduciā de misericordia cōditoris
nostri: ⁊ ad misericordē iudicē dū adhuc expectat cum
lachrymis venite. Cōsiderātes nāq̄ ꝙ iustū sit/peccata
vestra nolite negligere: cōsiderantes vero ꝙ pius sit no
lite desperare. Et iterū. Sic aūt nos misericordia eius
refoueat vt nllo mō negligētes reddat: sic peccata ꝑtur
bent/vt mens in desperationē nō proruat. Nā etsi presu-
mētes metuimꝰ ⁊ metuētes speramꝰ eternū regnū citiꝰ
adepturi sumus. Vñ etiā Chry. Ne audeamus qui sta-
mus: sed dicamus nobisipsis. Qui estimat se stare vide-
at ne cadat: neq̄ desperemus si cecidimus/sed dicamꝰ
nobis. Nūq̄d qui cadit non resurget? Item multi in ip-
sum celi verticem ascenderūt: ⁊ a scena ⁊ scurrilitate ad Hier. viij.
angelicam translati sunt vrbanitatem: et tantā ostende
runt virtutē vt demones abegerint/⁊ multa signa oꝑati
fuerint. Et horū quidē plene sunt scripture/et plena vi
ta patrum exemplis nobis. Et iterum. Nullus eorꝫ qui
in malicia sunt diffidat: nemo in virtutibus existēs dor
mitet/neq̄ hic confidat: multotiens enim meretrix per-
transibit: neq̄ ille desperet: possibile enim est ei et priōs
pertransire. hec Chry.

Oratio.

Ve mihi misero q̄ꝛ cū ad pctā que feci inspi-
cio: ⁊ supplicia itelligo q̄ ꝓ his pati debeo/nō
paruū timorē habeo. Quid ḡ remanebo qua-
si despatꝰ sine ꝯsilio/sine adiutorio? Ad te fō-
tem pietatis ⁊ mie iesu xp̄e, curro ⁊ festino: in quo iā tot
⁊ tātos pctōres ablutos video ⁊ agnosco: tuāq̄ ieffabi
lē miam exoro vt mihi sic concedas in ꝑsenti mecum et
cū ministris tuis cōputationē facere: ac conseruis meis

peccata sua dimittere ⁊ mea emendare: vt in futuro quā
do personaliter rōnem ponere volueris cum suis tuis/
dimittas mihi que tibi debeo ⁊ proximis. Amen.

¶ De causa dimittendi vxorem: et de paruulis domino oblatis. Capitulum.x.

[Mat. xix. et mar. x.] Post hec venit dominꝰ ie
sus de galilea | in fines iudee transior
danem | Dis quippe prouincia iudeo
rum gn̄aliter dicebat iudea ad distin
ctionē aliarū gētiū: veruntamen meri
diana eiꝰ plaga in qua habitabant tri
bus iuda / ⁊ tribus beniamin speciali
ter dicebatur iudea ad distinctionē aliarū regionū que
in ipsa continebāt ꝓuincia. s. samaria / galilea / decapo
lis / ⁊ relique alie site in ea. Narrant ergo ea que in hac
ꝓuincia. s. iudea fecit ⁊ docuit ac passus est dn̄s: et prio
que transiordanem ad orientem vbi habitabant due tri
bus scʒ manasse: deinde q̄ circa iordanē quādo venit hie
rico / ⁊ bethaniā / ⁊ hierusalē | Et secute sūt eum | de gali
lea | turbe multe | ex quo patet deuotio ppl̄i ad eū: quia
multe sequebant cā sue predicatiōis audiēde: aliqui cā
curationis impetrāde. vbi Chry. Et secute sunt eū tur
be multe quasi testimonia salutaris doctrine eius: quasi
oues pastorem in manu ipsius genite ⁊ nutrite perduce
bant eum: quasi paruuli filij patrē eiꝰ peregre ꝓficiscen
tem. Ipse aūt tāq̄ pater ꝓficiscētes bona pignora cha
ritatis filijs suis relicit ꝓ exulijs remedia sanitatū. Hec
Chry. Unde sequit | ⁊ curauit eos ibi | scʒ in iudea: ⁊ nō
ante in galilea: vt gētes in eam misericordiā seu veniam
que iudee parabāt admitteret: ⁊ in signū q̄ ex iudea gē
[Cur trās iordanē sanauit dn̄s.] tibus salus esset. ſm Origeā. Sanauit dn̄s turbas trās
iordanem vbi baptismus dabat: q2 oēs a sp̄ualibꝰ infir
mitatibus in baptismo saluant. Et sic patet q̄ euangeli
sta in vno verbo multa miracula sanitatū includit: quia
propter multitudinē miraculorū nō poterant omnia in
particulari describi. Deinde subdit narratio de triplici
religiosorū pfectione: scʒ cōtinētie / obediētie / ⁊ pauper
tatis: et prio de cōtinētia cū dicit | Et accesserūt ad eū |
scʒ iesum | pharisei | qui in ppl̄o iudeorū pre alijs videbā
tur religiosi | tentātes eū | scʒ capere in verbis. Notāda
est mentiū distantia in turbis et phariseis: he cōueniunt
vt doceant et sui infirmi sanent: hi accedūt vt saluatorē
et doctorē veritatis tentando capiant et decipiant: has
deuotio pietatis illos stimulus adduxit liuoris | Et di
cētes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacūq̄
[Questio phariseoꝝ captiosa.] ex causa | i. ex leui causa. Hanc autē questionē ꝓponūt
xp̄o ad capiendū eū: q2 responsio ad vtrāq̄ partē calū
niabilis videbat. Quia si diceret vxorē pro libito volū
tatis dimittendā ⁊ aliā ducendā / pudicitie predicator
⁊ assertor / videret laxare frena carnali cōcupiscentie et
sibiipsi ꝯtrarie. Si aūt diceret q̄ nō: videret cōtra moy
sen dicere qui libellum pmisit repudij. Sed ipse respon
sionem temperat vt decipulā eorū transeat: et respondit
sola fornicationis causa vxorem esse dimittendam libel
lum vero repudij ob duritiam et maliciā cordis eorū a
[Permissio repudij.] moyse fuisse pmissum. i. nulla lege punitū. Permisit aūt
hoc nō sicut bonū et licitū: sed ꝓpter maius malū euitā
dū: q2 maluit permittere diuortiū q̄ ob odiū vxorem vl'
desideriū secūdarū nuptiarū fieri homicidiū. Ista aūt
pmissio nō absoluebat eos a peccato: scʒ tm̄ a pena lega
li: q2 nō fuit imperiū dei: sed hominis dissimulatio i tol
lerando minus malum ne maius fieret. Deus enim non
est sibi cōtrarius vt aliud ante iusserit: ⁊ aliud nūc impe
ret. Moyses quidē nec precipiēdo / nec concedēdo / nec
indulgendo hoc mādauit: sed dispensando / sustinēdo / ⁊
pmittendo cōsilio sp̄us sancti ne peiora fierent hoc tole
rauit. Sic apl̄i pmiserunt secūdas nuptias ꝓpter incō
tinētiā hoim ⁊ malas eorū volūtates. Iuxta enim pma
riā institutionē nō fuit nisi vnica vnici: sed ꝓpter incon
tinentiā hoiʒ transeunt modo ad secūdas nuptias. Et si
cū de duobꝰ malis minꝰ tolerat / huiꝰ pmissio dr̄ dispen
satio q̄si diuersorū pensatio: qn̄ duo mala q̄si eq̄ librant
[Permissio triplex] vt videat qđ eorū peius sit et preponderat. Est aūt tri
plex pmissio: scʒ cōcessionis: vt cū abbas cōcedit mona
cho ꝓpter infirmitatem vesci carnibꝰ: illicitis quidē ꝓ
pter votū: sed nūc licitis ꝓpter cōcessionē abbatis ⁊ cau
sam necessariā. Indulgentie: vt pmissio scđarū nuptiaꝝ
Unde apostolus. Uxor viro defuncto nubat cui vult in [j. Cor. vij]
dn̄o: hoc aūt ſm indulgentiā dico: q2 si culpa est venia
lis est. Sustinentie: vt permissio libelli repudij qđ susti
nuit moyses non deꝰ: q2 deꝰ hoc crimē puniuit tēpora
liter vel eternaliter quod moyses non puniuit tpaliter.
Est eñ pmissio sustinentie qn̄ deꝰ pmittit nos peccare
q̄ nō ꝯcedit illud fieri: nec dispēsat sed sustinet. i. ꝑ patiē
tiam expectat. Solā ergo fornicationē ponit dn̄s causā
dissidij: iubens ceteras molestias ꝓ fide cōiugij et casti
tate sustineri. Et intellige dissidium q̄tum ad cohabita
tionem ⁊ debiti redditionem: non tn̄ q̄tum ad vinculū
matrimōij quod nō soluit nisi per mortē: ⁊ ergo nec vir
nec mulier potest cōtrahere altero viuēte. vn̄ Rabanus
Una ergo solūmodo carnalis ē causa. i. fornicatio. vna
sp̄ualis hoc est timor dei vt vxor dimittatur: nulla autē
causa est vt viuente ea que relicta est alia ducatur. Spri
tualiter per vxorem q̄ nō dimittitur nisi ꝓpter fornica
tionē intelligit animā cuiꝰ vir est xp̄s q̄ nunq̄ aīam nisi
ꝓpter fornicationē pcti dimittit: ꝑ quā xp̄s a nobis re
cedit. ¶ Moraliter q̄ dimittit vxorē suā sp̄ualem: scʒ ec
clesiā ⁊ ducit scʒ pinguiorē mechat: nō eñ q̄rit sp̄ualem
fructū sed tēporalē lucrū. Proposito ergo qđ est neces
sitatis i ꝟtute ꝯtinētie / ꝯsequēter ponit illud qđ est sup
erogationis ⁊ cōsilij scʒ cōtinētia ab omi actu venereo.
Discipuli eñ hoc audiētes q̄ vinculū matrimonij est in
dissolubile: ⁊ moti ex verbis eius dixerunt ei. | Si ita est
causa homini cū vxore | q̄ nō possit eā nisi modo p̄dicto
dimittere | nō expedit nubere | ac si dicant. Meliꝰ est sim
pliciter cōtinere ꝓpter onus et graue pondus vxorum:
⁊ multa incōmoda q̄ possunt inde venire. vn̄ Chry. Me
lius est cōtra cōcupiscentiā preliari ⁊ ꝯtra seipm: q̄ cō
tra mulierē malā. vn̄ ⁊ Hiero. Graue pōdꝰ vxor est si ex
cepta causa fornicationis nō licet eam dimittere. Quid [Cōiugatorum ꝓuincia durissima.]
eñ si temulēta fuerit: si iracūda: si gulosa: si vaga: si mor
bosa: si iurgatrix: si maledicta: timēda erit huiusmodi: ⁊
erit volumus nolumus sustinēda. Nū eñ liberi essemus
volūtarie nos seruituti subiecimꝰ. Et dixit dn̄s respon
dendo discipulis | Nō oēs capiūt verbum istud | cōtinē
tie scʒ vt impleant et se contineant: q2 nō oēs capere vo
lūt: nec oēs acceptū habent: audiet eñ luxuriosus et di
splicet ei | sed q̄bus dictū ē | a deo ex speciali munere: q2
status altus est ad quē non valemus nisi ex gratia ascē
dere. Unde dicit sapiens q̄ nemo potest esse ꝯtinēs nisi [Cōtinentia a deo ē]
deus det: ac si dicat. Nō casu sed fortuna virgines fiūt:
sed qui a deo petunt ⁊ laborant vt accipiant. vn̄ Hiero.
Nēo putet putet sub hoc ꝟbo vel fatū vel fortunā intro
duci q̄ hi sunt virgines q̄bꝰ a deo datū sit: aut quos q̄dē
ad hoc casus adduxerit: sed his datū ē q̄ petierūt: qui
voluerunt: qui vt acciperēt laborauerūt. Omni eñ petē [Lu. xj.]
ti dabit: ⁊ q̄rens inueniet: ⁊ pulsanti aperiet. vn̄ ⁊ Chry.
Nō dixit nō oēs possunt sed nō oēs capiunt. i. oēs cape
re possunt nō tamē capere volunt. Si eñ quidā i pugna
cadunt / nos cadentiū negligētie iputare debemꝰ nō dif
ficultati virtutis. Nō aūt dicit quibꝰ datū est nō hoc si
gnificat / qm̄ q̄busdā dat quibusdam non dat: sed illud
ostēdit / q2 nisi auxiliū gratie acceperimꝰ nihil ex nobis
valemꝰ. Eñ autē volētibꝰ gratia nō negat in euāgelio
dn̄s dicit. Petite ⁊ dabit vobis: q̄rite et inuenietis: pul [Luce. xj.]
sate ⁊ aperietur vobis. Debet autē volūtas precedere: ⁊
sic sequitur gratia. Nam gratia sine volūtate nihil ope
ratur / nec voluntas sine gratia. Nam ⁊ terra non germi
nat nisi pluuiā susceperit: nec pluuia fructificat sine ter
ra. Hec chry. Et ne omnem ꝯtinentiā putarent laudabi
lem et meritoriā / ꝯsequenter distinguit eā triplicē. Pri
ma ē ꝯtracta a natura. Scđa a casu siue violentia. Ter
tia a volūtate ⁊ grā | Sūt eñ eunuchi | i. ꝯtinentes: ⁊ est
grecū vocabulū ſm Isid. | q̄ sic nati sunt | sine instrumē
tis siue frigide nature: qui proprie dicunt castrati quasi
caste nati | Et sunt eunuchi qui | facti sunt ab hoibꝰ qui
bus secātur genitalia: qui ꝓprie dicunt spadones a spa
ta genere ferri quo eunuchizātur. Et iste due nō sūt lau
dabiles / ⁊ nec meritorie: q2 necessitate
fiūt nō volūtate: nisi inq̄tū p volūtatē acceptant. Scđʒ
hiero. inter hos secūdos cōputant ⁊ hi q̄ specie religio
nis simulāt castitatē. s. hypocrite ⁊ appetentes vanam
gloriā ab hoibꝰ ex quocūq̄ suo ope. | Et sunt eunuchi |
i. cōtinētes | qui seipsos castrauerūt | non per mēbrorū
abscissionem: sed per concupiscentie repressionē: ⁊ se ca

ſtitati ſeu caſte viuere volūtarie deuouerant⌊ propter re
gnū celoꝝ⌋ qui ꝓprie dicunꝶ eunuchi. i. bene viuentes:
ab eu qđ eſt bonū/ ꝛ nuchos qđ eſt victoria q̄ſi boni vi:
ctores: ꝛ hi merenꝶ: ꝛ rōne volūtatis qꝛ ſpontanea: ꝛ rō:
ne actionis qꝛ bona: ꝛ rōne intētiōis qꝛ recta: iſta enim
tria ꝑficiunt meritum. Hec ergo tertia ꝯtinentia que eſt
ꝑ voluntatē reprimentē cōcupiſcentiā ab actu venereo
victorioſa dꝛ ꝛ laudabilis ꝛ tota eſt meritoria. vn̄ chry.
Illa eſt glorioſa cōtinentia: nō quā trāſgredi nō poteſt
neceſſitas debilitatis corporis: ſꝫ quā cōplectitur volū:
tas ſancti ꝓpoſiti. Et iterū. Cū autē dicit q̄ ſe caſtraue:
runt nō mēbroꝝ dicit abſciſſionē: ſed malarum cogita:
tionū interēptionē. Eteni ꝯcupiſcētia hꝫ fontes ꝑcipue
a ꝓpoſito incōtinēdi ꝛ mēte negligēte. Et ſi ipſa ſobria
fuerit naturaliū motuū/ nullū eſt nocumētum. Nec ita
abſciſio mēbri ꝯprimit tētationes ꝛ trāqllitatē facit vt
cogitatiōis frenū. Sed qꝛ talis ſtatꝰ altus eſt: nec poſſūt
oēs ad ħ attingere: ſed ſolū ꝑfecti: ideo infert dn̄s hor:
tando milites ſuos dicens ⌊Qui pōt capere⌋ et implere
⌊capiat⌋ cum adiutorio dei vt ſit caſtus vel intelligat q̄
dico: vel qui poteſt pugnare cōtra carnē pugnet/ ac ſu:
peret ꝛ triumphet. Et eſt vox hortātis ad cōtinētie bra
uiū nō iubētis. q. d. Unuſquiſq; conſideret an virginita:
tis ꝛ pudicitie ꝓcepta implere queat. Tantū bonū non
eſt neceſſitatis/ ſed ſupererogatiōis: nec eſt hoc ꝓceptū
ſed ꝯſiliū: cuilibet offerꝶ nemini imponiꝶ: qui poteſt con

Obedientie perfectio.

tinere contineat. Habito itaq; de ꝑfectione ꝯtinentie ſi
ue caſtitatis: cōſequenter agitur de ꝑfectione obediētie
ſiue humilitatis: ꝛ hoc cōmendatione paruuloꝝ per q̊s
deſignātur hūiles ꝛ obediētes: qꝛ ſicut paruuli non pro
pria volūtate ſed alteriꝰ ducunꝶ: ita hūiles ꝛ obedientes
alteriꝰ volūtate ꝛ īperio mouenꝶ. Un̄ dicit Beda. ꝙ hec
lectio hūilitatis magiſterio plena micat: q̄ videlicet in:
nocētes ac ſimplices ad dn̄i gratiā ꝑtīgere poſſe demō:
ſtrat. Dū ergo dn̄s ieſus de caſtitate diſſereret ⌊tūc obla
ti ſunt ei paruuli⌋ ex deuotione offerentiū ⌊vt manꝰ eis

Manuum impoſitio.

īponeret ꝛ oraret⌋. i. vt manu ꝛ voce bn̄diceret. Cōſuetu
do ei fuit apud veteres vt paruulos benedicendos offer
rent ſenioribus: ꝛ impoſitio manuū ortū habuit ab anti
quis patribus qui volentes benedicere paruulis impo:
nebant eis manꝰ. Uidētes igiꝶ iudei xp̄m moribꝰ ſenē/
vita ſanctū/ doctrina ſapientiſſimum/ ꝛ de caſtitate lo:
quentē: et habētes eū ſicut ꝓphetā: obtulerunt ei infan:
tes vt eis manus imponēs ꝛ orās benediceret/ manu ꝑ
tactū: et voce ꝑ orationē. In quo daꝶ intelligi ꝙ paruu:
lis ſufficit per fidē alioꝝ ad xp̄m afferri ⌊Diſcipuli vo⌋
labori magiſtri cōpatiētes: ꝛ ꝓpter eiꝰ dignitatē ꝓhibe
bant ꝛ ⌊increpabant⌋ offerentes: nō ꝙ nollent infantibꝰ a
ſaluatore/ ꝛ manu/ ꝛ voce benedici: ſed quia timebāt eū
poſt tam longos ſermones importunitate offerentium
grauari ꝛ offendi. Chriſtus aūt ꝛ ſi fatigabaꝶ corꝑe/ nō
tn̄ aīmo: qꝛ ei placebat ꝛ ꝑualuit ac vicit fortis eius affe
ctus quo hominū ſalutē cupiebat/ vt nullus a ꝯſecutio:
ne ſue ſalutis ꝓhibereꝶ. Sic fatigatꝰ ex itinere non cu:
rās famē aut cibos: ad cōuerſionē ſamaritanoꝝ quoꝝ
ſalutē fameſcebat ſe cōuertit. vbi Orige. Hec ergo debe
mus attēdere ne eſtimatione ſapiētie excellētioris et ꝑ:
fectus ſpūalioris cōtēnamꝰ quaſi magni puſillos eccle:
ꝓhibentes pueros venire ad ieſū. Hec Orige. Paruuli
etiā poſſunt dici pauperes et generis infimi: ꝑ diſcipu
los aūt īpediētes ne xp̄o offeranꝶ poſſunt accipi eccl'ie
rectores vel religioſi: qui ꝓpter paupertatē: vel generis
infinitatē repellūt tales a ꝓmotiōe vel receptiōe/ q̄uis
ſint apti ꝛ digni/ ꝓpter qđ impediētes arguunꝶ ore xp̄i
Un̄ dn̄s indigne ferens dixit diſcipulis ⌊Sinite paruu
los venire ad me⌋ apud quē nō eſt ꝑſonarū acceptio ⌊et
nolite eos ꝓhibere⌋ cōminationibus terrendo: vel ma:
lis exēplis corrūpēdo: qꝛ iſti ſunt figura et forma ṽe hu
miliū: quoꝝ familiaritatē ego volo et cōſortiū. In quo
dedit prelatis exēplū corrigēdi oſtiarios ſuos pauperꝝ
acceſſū prohibentes. vnde Chry. Nolite vetare pueros
nam ſi ſancti futuri ſunt: quid vetat⌋ filios ad patrem ve
nire? Si autem peccatores futuri ſunt: vt q̄d ſentētiam
ꝯdēnationis profertis anteq̄ culpam videat⌋? Nā qua:
les modo ſunt meum eſt: quales autē poſtea futuri ſunt
ipſoꝝ erit. Quod ergo meū eſt honorate: quod aūt illoꝝ
erit miſeramini. Et ſubiūgit ⌊Taliū eſt ei regnū celoꝝ⌋
non dicit iſtorum: ſed taliū: vt nō tam etatē q̄ hūilitatē
et innocentiā cōmēdet. Nō oīm/ ſed taliū. i. ſimiliū/ ꝛ il:
loꝝ q̄ ſimilē habēt humilitatē ꝛ innocentiā per ſtudiū
et laborem: et qui tales ſunt ꝑ mores ꝛ virtutes quales
ſunt paruuli per naturam ꝛ etatem. Pueroꝝ enim aīa
ab oībus malis eſt pura: ꝛ magiſtra innocentie et humi
litatis: ꝛ nullus poteſt intrare in regnū celoꝝ niſi fuerit
innocens et humilis: quia nihil inquinatū intrabit in il:
lud. vn̄ ſm̄ Hiero. Non ait iſtoꝝ: ſed taliū. vt oſtēderet
nō etatē regnare/ ſed mores: ꝛ his qui ſimilē haberēt in:
nocentiā ꝛ ſimplicitatē premiū repromitti: de q̄bꝰ apl's
Nolite pueri fieri ſenſibꝰ: ſed malicia paruuli eſtote/ ſen j. Corin. xiiij.
ſu autē ꝑfecti. vnde Ambro. Nō etas ꝓfertur etati: alio:
quin obeſſet adoleſcere. Cur ergo pueros aptos dicit eſ
ſe regno celoꝝ? Fortaſſe qꝛ maliciā neſciāt: fraudare nō
nouerint: referire nō audeāt: ſcrutari ignorent opes/ ho:
norē/ ambitionē nō appetant. Sed nō ignorare iſta vir:
tus eſt: ſed contēnere. Non enim virtus eſt nō poſſe pec:
care: ſꝫ nolle. Nō igiꝶ pueritia: ſꝫ emula puerilis ſimpli:
citatis bonitas deſignatur. vn̄ etiā Chry. Et nos itaq;
ſi volumus fieri heredes celoꝝ virtutem hanc cū mul:
ta bona poſſideamꝰ diligentia. Eteni ab omnibus ma:
lis pura eſt pueri anima: ꝛ eoꝝ qui contriſtauerunt non
memoranꝶ: ſed ſicut ad amicos accedit ſicut nullo facto
ꝛ q̄tūcūq; a matre flagellatꝰ fuerit hanc inquirit et pre
oībus eam appreciatur: ꝛ ſi reginā oſtēderis cū dyade:
mate nō preponit hāc matri cilicio ſuperindute ꝛ neceſ:
ſarijs nihil plus inquirit: non triſtatur in quibus noſ:
puta dāno pecuniarū ꝛ talibꝰ: nō letaꝶ in q̄bꝰ nos: in tē:
poraneis his nō reſpicit ad pulchritudines corpoꝝ: ꝓ:
pter hoc dicit. Hoꝝ eñ eſt regnū celoꝝ vt electione hec
operemur que a natura pueri habēt. hec Chry. Sunt aūt Puerorū decem proprietates
decē ꝓprietates bone ī pueris: quas q̄ imitaꝶ regnū ce:
loꝝ cōſequeꝶ: q̄ ſunt innocētia: mūdicia: obediētia: ſim:
plicitas: humilitas: veritas: maloꝝ illatoꝝ immemo:
ratio: fortuitoꝝ nulla reputatio: ꝛ ꝓſentiū valde paruo
rū ad ſufficientiā acceptio. Deinde ꝑuulos ſibi oblatos
dn̄s dulciter ſuſcipit ⌊ꝛ complexans eos⌋ ꝛ in vlnis deſi
nens in ſignū ꝙ ſimplices ꝛ humiles puros ꝛ deuotos
diligit ⌊ꝛ manus eis imponens⌋ vt viris continentibus
gratiā ſui auxilij cōferendā ſignificaret ⌊bn̄dixit illos⌋
aliqua vocali benedictione/ que ſcripta non eſt vt humi
les ſua benedictiōe dignos oſtēderet. Sic ſpiritualiter
quotidie humilibus manꝰ īponit cū eis gratiā ꝛ auxiliū
tribuit: qꝛ humiles ſpiritu digni ſunt eiꝰ gratia ꝛ benedi
ctione: deꝰ eñ ſuꝑbis reſiſtit: humilibꝰ autē qui ſe mani:
bus ꝛ poteſtati eius ſubijciūt dat gratiā. In quo humi
liū dignitas oſtendiꝶ: qui tāta bona merenꝶ. vnde dicit
Hierony. ꝙ humilitas ſola obſeruatrix eſt cuſtoſq; vir:
tutū: ꝛ nihil eſt ꝙ ita deo gratū faciat et hoībꝰ q̄tum ſi
vite merito magni: ſed humilitate infimi videamur. Et
bene humiles ꝑuulis ꝛ innocentibꝰ cōparauit: qꝛ humi:
litas maculas pctoꝝ lauare ꝛ innocentiā reddere con:
ſueuit. vn̄ Ber. Decor aīe humilitas eſt. Non a me ipſo
hoc dico cū ꝓpheta prior dixerit. Aſperges me dn̄e yſo Pſ. l.
ſo ꝛ mūdabor: hūili herba a pectoris purgatiua hūili:
tatē ſignificās: hac ſe poſt grauē lapſū rex ꝓpheta laua
ri ꝯfidit: ꝛ ſic inuenit quendā innocētie recuperate cādo
rē. ¶ Et ſciēdū ꝙ xp̄s manꝰ īponēdo ꝑuulis inſtituit/ ꝛ Cōfirmationis ſacramētū
initiauit ſacramētū cōfirmationis/ cuiꝰ miniſteriū poſt:
ea ꝯtulit apl'is. Un̄ ꝑuuli in frontibꝰ criſmate conſignā
tur ab ep̄is q̄ in eccl'ia dei locū obtinēt aploꝝ: ꝑ impoſi
tionē eñ manuū apoſtoloꝝ cōferebaꝶ ſpūs ſctūs ad ro
bur ꝛ cōfirmationē fideliū: cuiꝰ īpoſitiōis manuū locū
obtinet ꝓdictū ſacramētū. Cōſidera nūc q̄tū xp̄us ſim
plicitatē/ ꝛ hūilitatē/ ac innocentiā ꝑuuloꝝ diligit: qui
bus tanta familiaritatis ꝛ beniuolētie ſigna oſtendit: et
ſtudeas ꝓ poſſe ꝑuulos imitari/ ꝛ ṽtutes eoꝝ habere vt
valeas cū ipſis regnū celoꝝ poſſidere.

Oratio.


Omine ieſu xp̄e qui nos ad cōtinentiā es hor
tatus: da quod hortaris: ꝛ tribue mihi fragili
caſtitatē mentis et corporis: et qui paruulos
venire ad te voluiſti/ ꝛ eis manus īponēs bn̄:
dixiſti: preſta mihi miſero vt ſim ꝑuulus in oculis meis
quatenꝰ gratiā inueniā ī oculis tue maieſtatis: et quod
paruuli poſſident ꝑ naturā: ego ꝯſequar miſericorditer
ꝑ grām tuā: vt meritis oīm ꝑuuloꝝ ꝛ hūiliū tibi placē:
tiū ego vltimꝰ oīm te rectore te duce merear ad te per:
uenire: ꝛ a te benedictione in celeſtibus munerari. Amē.

De perfectione pauptatis. Cap. xj.

Mat. xix. Mar. x. ⁊ Lu. xviij.

Habito de perfectione castitatis ⁊ obediẽtie seu hũilitatis: cõsequẽter agit de ꝑfectione pauptatis ⌊Et ecce⌋ ei ⌊vnꝰ⌋ adolescẽs ⌊genuflexo⌋ ante iesum ⌊interrogauit eum dicẽs. Magister⌋ ꝓpter doctrinã sanã ⌊bone⌋ ꝓpter vitã sanctã ⌊quid boni faciendo vitã eternã possidebo?⌋ ſm Bedã audierat iste a dño tñ similes paruulis dignos esse regno dei: ⁊ ideo certior esse desiderãs de ingressu regni nõ ꝑ parabolas/ sed apertius postulat sibi exponi/ qbꝰ meritis vel operibus vitã eternã possit cõsequi. ⌊Iesus autẽ respõdit ei⌋ primo q̃stũ ad eius cogitationẽ: qꝛ iste cogitabat iesum esse purũ hoiem: licet crederet eũ eẽ sanctũ bonũ doctorem: ⁊ ideo quasi respondens eius cogitationi dixit ei. ⌊Quid me dicis bonũ?⌋ q.d. Ex quo me credis purum hominẽ: nõ debes me vocare bonũ ⌊Nemo em̃ bonꝰ nisi solꝰ ⁊ vnꝰ deꝰ.⌋ hoc est dictu. Deꝰ est solus bonus essentialiter ꝑ se ⁊ a seipso: ⁊ nullꝰ aliꝰ: qꝛ alij ꝑticipatiue ꝑ ipm ⁊ ab ipo. Vñ chry. Hoc autẽ dicens non excludit homines a bonitate: sed a ꝯparatione bonitatis diuine. Quasi diceret dñs. Quare me dicis bonũ/ cũ nõ credas me esse deũ? Si vero cõfiteris bonũ: credas etiã esse deũ. Solus em̃ deꝰ natura est bonꝰ. ¶ Deinde ꝯsequẽter respondet eiꝰ interrogationi dicens. ⌊Si aũt vis ad vitã ingredi: ſua mãdata⌋ q̃si diceret hoc sufficit ad salutẽ: qđ amplius est nõ est necessitatis: sed superogationis: quia ſm Hiero. Iustitia legis custodita nõ solum bona terre: ſꝫ et vitã cõferebat eternã suo tpe cõsequendã. Et qꝛ adolescẽs hec audierat sollicitꝰ factus interrogauit q̃ essent hec mãdata quoꝝ obseruãtia est necessaria: hoc aũt ſm Chry. Non tentãs fecit: sed estimãs alia quedã ꝓcepta esse preter legalia q̃ vite ei causa fierent. Iesus autẽ quasi infirmo condescendẽs legis ꝓcepta clementissime exposuit dicens ⌊Non homicidiũ facies⌋ manu occidẽdo: ore iubendo: vel consulẽdo: vel etiã detrahendo: qꝛ per detractionẽ occiditur ꝓximus in conscientia aliena in qua viuebat per bonã famã: nec corde mortẽ alteriꝰ desiderãdo: vel odiũ retiendo: aut bñficiũ subtrahẽdo: et ꝑ hoc ꝓceptũ decalogi ꝓhibet nocumẽtũ ꝓximi in ꝑsona ꝓpria. ⌊nõ adulterabis⌋ ꝑ hoc ꝓhibet nocumentũ ꝓximi in ꝑsona sibi cõiuncta. ⌊Nõ furtũ facies⌋ per hoc ꝓhibetur nocumentũ ꝓximi in re possessa ⌊Nõ falsum testimoniũ dices⌋ per hoc prohibetur nocumentum ꝓximi in fama. ⌊Honora patrem tuũ et matrẽ⌋ eis subueniẽdo: ⁊ reuerentiã exhibendo: et per hoc ꝓceptum affirmatiuũ intelligit oẽ bñficiũ proximo reddendo: quia noie patris ⁊ matris intelligitur omnis proximus. Et h̄ est quod subditur. ⌊Et diliges ꝓximum tuũ sicut teipm⌋ .i. ad id quod diligis teipsum. s. ad grãm ⁊ gloriã vel ⌊sicut teipsum⌋ .i. nõ vbo tãtum/ sed opere ⁊ veritate. Proximus aũt noster est ois qui nobiscũ cõuenit in natura/ quẽ debemus sicut nosipsos diligere. Quã sententiã dominus inducit/ vt ostẽdat ꝙ finis ꝓceptoꝝ est charitas quia obseruantia mandatorũ non est meritoria vite eterne nisi fiat ex charitate. Inter hec precepta ordinãtia in ꝓximũ nõ tangunt precepta de non cõcupiscendo rem proximi vel eius vxorem: quia reducunt ad precepta de non adulterari ⁊ non furari: ⁊ sub illis possunt intelligi. Vel quia ĩtelligunt in hoc ꝙ dicit ⌊diliges ꝓximũ tuũ⌋ qui em̃ vere ꝓximũ diligit: nec rem eius: nec vxorẽ concupiscit. Enumerat aũt hic nõ oia mãdata: sed solũmodo precepta secũde tabule: que ordinant hoiem ad ꝓximũ: in quibus implicat ⁊ supponit precepta prime tabule ordinãtia hominẽ ad deũ: quia homo magis tenetur deo q̃ꝫ ꝓximo: ⁊ ideo si obseruantia mãdatorũ secunde tabule est necessaria ad salutẽ/ multo fortiꝰ obseruantia mãdatorũ prime tabule est necessaria ad eandẽ. Vñ bene dicit apl̃s ꝙ q̃ diligit ꝓximũ legẽ impleuit: quia ĩ dilectione ꝓximi ĩtelligit dilectio dei: vt finis ꝓpter quẽ ꝓximus diligit: qꝛ proximꝰ diligit propter deum et nõ econuerso. Per predicta etiã ostendit saluator ꝙ obseruantia ꝓceptorũ cerimonialiũ ⁊ iudicialiũ non erat amplius necessaria ad salutẽ: sed sufficiunt decem decalogi precepta. Quorũ primum est. Non adorabis deos alienos. i. verũ deum coles et super eum nihil amabis. Multi enim hodie sunt q̃ sibi deos alienos faciunt. Nam sicut dicit Aug. Hoc ab homine colit: qđ pre ceteris diligit. Supbꝰ igit ꝓ deo hꝫ supbiã. luxuriosꝰ luxuriã. auarus auariciã. Secũdũ. Nõ assumes ĩuanũ nomen dei tui in os tuũ. i. nõ blasphemabis/ nec iurabis indebite ĩ noie sui. Talis iniuriã facit deo quẽ in testimonium sue falsitatis inuocat: quasi deus mendaciũ diligit: ⁊ sibi q̃ in iudicio dei puniendũ se obligat: si non est ita sicut iurat: ⁊ proximo qꝛ ꝑ falsam iurationẽ ipsum decipit et defraudat. Tertiũ. Diẽ sabbati sanctifices vt in eo mortaliter non pecces ⁊ mala vites. Cõtra istud preceptũ peccat q̃ causa cupiditatis in sabbato opꝰ seruile facit: vel aliqđ peccatũ cõmittit: vel opa mĩſicordie dimittit: qꝛ a bonis operibꝰ nõ est vacandũ. Quartũ. Honora parẽtes tuos: scꝫ obediẽdo: obsequẽdo: subueniẽdo: et aĩmabus eorũ miserẽdo. In hoc etiã ꝓcipit honor patrũ spiritualiũ. s. prelatorũ. Quintũ. Non occides ope: verbo: negligẽtia: cogitatione: auxilio: ꝯsensu: malo exẽplo: vł aliqua occasiõe. Homicidiũ etiã aliqñ fit corde ꝑ odiũ: aliqñ ore ꝑ vbũ detractoriũ: aliqñ ope ꝑ factũ: et istđ vltimũ est triplex: q̃dã em̃ occidũt corpus tñ: quidam animã tñ: qñ scꝫ eã trahũt ad pctm̃: q̃dã vtrũqꝫ qñ. s. aliq̃s interficit seipm: vel aliũ in peccato mortali existentem. Sextũ. Non mechaberis operãdo: cogitãdo: loquẽdo: vel iuredictione tua fornicationẽ sustinendo. Per hoc autẽ ꝙ dixit nõ mechaberis: ꝓhibet ois carnalis appetitus ⁊ corruptio ꝓter eã que est matrimonij. Septimũ Nõ furaberis aliena: nõ quomodolibꝫ tibi attrahendo vel re aliena inuito dño vtẽdo. Per furtũ intelligit oẽ malũ ablatũ/ siue occulte faciẽdo in acceptis: siue fraudẽ exercẽdo in mercationibꝰ: siue mercedem nõ soluendo operarijs. Octauũ. Nõ dices falsum testimonium ꝯ ꝓximũ tuũ: oẽ mẽdaciũ/ dolũ/ detractionẽ/ adulationẽ calũniã: ⁊ doctrinã erroneã deuitando. Nonũ. Non desideres domũ: vel agrũ: vel aliã rẽ ꝓximi tui: tali videlicet mẽte ꝙ velles tibi cũ suo dãno adoptare. Decimum Nõ ꝯcupisces vxorẽ/ ſuũ/ ancillã ꝓximi tui: corde ꝯsentiẽdo: ore sollicitãdo: ope cõcupiscentiã ꝑficiendo. Hec q̃ ꝑfecerit saluari poterit. Cum autẽ ille adolescens hec oia a iuuẽtute sua se ſuasse responderet: qđ tñ in multis religiosis vix aliq̃s hodie reperiret ⌊Iesus intuitus eũ dilexit eũ⌋ ꝓpter bonã cõuersationẽ suã ꝓteritã et ostendit sibi vultũ amicabilẽ ⌊et⌋ instruẽs eũ de ꝑfectiõe ⌊dixit illi. Vnũ tibi deest⌋ quo ad statũ ꝑfectionis. s. bonum paupertatis. Qꝛ etsi mandatorũ obseruatio sufficit ad salutẽ: nõ tñ ad euãgelicã ꝑfectionẽ: sed ad hanc etiã requirit obseruatio cõsiliorũ: in qua primũ est abrenũciatio tẽporaliũ: ⁊ iđ de hac tñ hic facit mẽtionẽ. vbi orig. Nõ tñ intelligendũ est ꝙ in ipso tpe quo bona sua tradiderit pauperibꝰ fiat oino ꝑfectus: sed illa ex die incipit speculatio dei adducere eum ad oẽs vtutes. Et subdit dñs dicẽs ⌊Si vis⌋ qꝛ hoc est in tua libertate ⌊ꝑfectꝰ eẽ⌋ id est ad statũ ꝑfectionis ascendere sup cõem statũ saluti necessariũ: qꝛ hoc est de ꝑfectione vite ⌊vade⌋ per affectũ ꝯtẽnẽdo tpalia ⌊⁊ vẽde⌋ ꝑ effectum ea relinquẽdo: et hec ⌊oia⌋ nõ ꝑtẽ tñ vt ananias ⁊ saphira qđ est ꝯ ꝓꝓetarios ⌊q̃ habes⌋ ⁊ iuste possides: qđ ẽ ꝯ raptores ⁊ vsurarios elemosynas de alieno faciẽtes: illa em̃ habemꝰ q̃ iuste possidemꝰ. Illa ergo q̃ iuste possident vendenda sunt: q̃ vero iniuste reddenda sunt illis quoꝝ fuerunt ⌊⁊ da⌋ nõ vende querẽdo munus a manu: vel a lingua: vel ab obsequio ⌊pauperibꝰ⌋ non diuitibꝰ a qbꝰ simĩa accipies: nec amicis carnalibꝰ nisi fuerit indigẽtes: nec histrionibus ⁊ male vtẽtibꝰ qđ est ꝯ symoniacos ⁊ ambitiosos q̃ dãt alijs vt acq̃rẽt bñficia ⁊ dignitates: et hoc fac ꝓpter deũ nõ ꝓpter ostentationẽ: qꝛ abijcere tpalia propter ostẽtationẽ nõ est meritorium ⌊et⌋ sic dãdo ⌊habebis thesauꝝ⌋ id est quẽdã beatitudinis ⌊in celo⌋ locũ tutissimũ. Hoc autẽ nõ đꝛ qꝛ pauptas sit maior virtꝰ q̃ꝫ ꝯtinẽtia vł obediẽtia: ſꝫ đꝛ ꝑ quãdã correspõdentiã quasi thesaurus celestis sic respondet volũtarie pauptati/ sicut exaltatio hũiliationi. vñ Chry. Bñ autẽ nõ vite fecit eterne mentionẽ: ſꝫ thesauri dicens: ⁊ habebis thesaurũ in celis: qꝛ em̃ de pecunijs erat ſmo: ⁊ de abrenũciatione oim ostẽdit ꝙ reddit plura his q̃ ꝓcepit relinquere: quanto maius est celũ q̃ꝫ terra: ĩ thesauro enim copiam retributionis ostendit. ⌊Et veni⌋ relictis omnibus ⌊⁊ sequere me⌋ me imitando: ⁊ sicut ego ambulo ambulando: quia in se

Precepta legis.

j. Timo. j. Charitatis excellentia

Roma. xiij

Precepta dei

Propria vendẽda et danda ꝑfectis.

quela xp̃i per opa charitatis cõsistit pfectio principalr
ꝛ cõplete: in pauptate autẽ volũtaria ꝯsistit inchoatiue
p modũ remouẽtis: ꝓhibẽtis ꝛ disponẽtis: qꝛ p hoc au:
ferꝭ cura tpaliũ q̃ a dilectione dei ĩpedit animũ. vñ glo.
Relinquere oĩa est via ad pfectionẽ: sed in sequẽdo ꝯsi:
stit pfectio. Magna certe gloria est seq̃ dñm: ꝛ iõ valde
est appetendũ. Ad pfectionẽ ergo nõ sufficit hoĩ relinquere
sua: nisi dñm sequaꝭ. i. nisi relictis malis faciat bona. Vñ
Theo. Cũ pauptate em̃ ꝛ ceteras virtutes hominẽ ha:
bere opꝫ: ob h̃ ait ꝛ veni sequere me. i. in ceteris esto meꝰ
discipulus: ꝛ iugiter me sequaris. Vñ et hiero. Facilius
sacculus ꝯtenniꝭ q̃ȝ volũtas. Multi diuitias relinquen:
tes dñm nõ sequũtur. Sequiꝭ autẽ dñȝ qui imitator eiꝰ

Vita duplex.

est: ꝛ per vestigia illiꝰ gradiꝭ. vbi ꝛ Rabanꝰ. Ecce duas
vitas hoĩbus ꝓpositas audiuimus: actiuã ad quã pti:
net nõ occides ꝛ cetera legis mãdata: ꝛ cõtẽplatiuã ad
quã ptinet si vis pfectus esse. ꝛc. Actiua ad legẽ ptinet:
cõtẽplatiua ad euangeliũ: qꝛ sicut vetus nouũ precessit
testamentũ/ ita bona actio precedit ꝯtẽplationem. Acti
uis em̃ cõuenit obseruatio p̃ceptorũ q̃ in lege tradunꝭ:
cõtẽplatiuis obseruatio cõsiliorũ q̃ in euangelio docen

Perfectio multiplex.

tur. Et notandũ ꝙ multiplex est pfectio: scꝫ sufficientie
quã oẽs hñt existẽtes in charitate ordinis/ cuius ꝓpriũ
est ꝭuare ꝯtinẽtiã religionis: ꝛ huius ꝓpriũ est renũcia:
re oĩbꝰ: p̃latiõis ad q̃s ptinet ponere aĩam ꝓ ouibꝰ suis
securitatis cuiꝰ propriũ est hr̃e mortẽ in desiderio: et vi:
tam in patientia. Ad primam perfectionẽ teneꝭ quilibet
Ad vltimã vero nullꝰ teneꝭ: ad tres vero medias tenen:
tur aliqui ex causis. Vnũ ergo signũ perfectiõis posuit: cũ
oĩa relinquere cõsuluit/ vt nudũ xp̃m nudus sequatur.
Vñ s̃m Theo. Oĩa summã pauptatẽ suadent/ si q̃d em̃
restiterit illiꝰ ꝭuus est. Et s̃m amb. Talẽ voluit adole:
scentẽ illũ dñs ad paradisũ redire: qualis adã fuerat de
paradisi sublimitate deiectꝰ. Nudus em̃ incola adã pa:
radisi fuit. Quis ergo cum possessiõe diuitiarum possit q̃s
ad vitã ingredi seruãdo mãdata: tñ ad perfectam seque
lam xp̃i vt pfecto amore et integro affectu tendat ĩ deũ/
deest sibi vnũ scꝫ ꝙ relinquat diuitias affectu: vt sit pau
per spũ/ que paupertas includit humilitatẽ sine qua nõ
est paupertas vera: quia vanũ est habere bursam vacuã
et cor plenũ superbia. Includit etiã cõtemptũ diuitiaꝝ
effectu: qꝛ difficile est valde q̃ hñs diuitias: ne amore ea
rum aut detineaꝭ: aut distrahaꝭ: ꝛ ĩpediatur a perfecto
amore dei: ne xp̃m libere ꝛ expedite sequaꝭ. Nã q̃ diui:
tijs ĩplicaꝭ mittit pedes in rhete/ ne possit corã deo per
fectus ambulare: ꝛ libere xp̃m seq̃: qꝛ diuitie viscosiores
sũt visco: ꝛ vix euelliꝭ animꝰ occupatꝰ ab eis et detentus
Nimia ergo dilectio terrenarũ possessionũ est huius perfe
ctionis ĩpedimẽtũ. Qđ bñ patuit in hoc iuuene qui [cũ
audisset ṽba dñi] de perfectione paupertatꝭ voluntarie
[abijt tristis] seculi tristitia mortẽ operãte impeditus
a perfectione quã querebat terrenarũ possessionũ amo:
re ob qđ nõ poterat ad perfectionẽ volũtarie pauptatis
ascendere. Vñ cã tristitie reddiꝭ cũ subdiꝭ [Erat enim
multas habens possessiones] spinas ꝓducentes et tribu
los/ sementẽ dñicã suffocantes: ꝛ ipse nihilominus ha:
bitꝰ a possessionibꝰ: ꝛ diues valde diuitijs fallacibus: ob
quarũ inordinatũ amorẽ tristabaꝭ de persuasione abre
nũciationis earũ: tristabile em̃ est amata abijcere. Ad tẽ
poralia em̃ passibiliter afficiꝭ cuius cor in priuatione eo
rundeꝫ aliqualiter contristatur. Nã plerũqꝫ cũ tẽpora:
lia assunt nobis putamꝰ ꝙ ea nõ diligamꝰ: sed cũ abesse
ceperint inuenimus qui sumus. Hoc em̃ sine amore nr̃o
aderat/ qđ sine dolore discedit. Iste iuuenis cũ audiret
ꝙ quecũqꝫ haberet venderet: et daret pauperibus abijt
merẽs: qꝛ et diuitias seculi: ꝛ vitã eternam habere vole:
bat: qđ difficile erat vt fieret: qm̃ in possessione diuitiarũ
absqꝫ superbia elationis: et absqꝫ proprietate voluptatꝭ
vix stare quis potest: sic etiã difficile esset ꝙ homo in ca
cumine verticis alicuius montis staret: ꝛ tẽpestate vali:
di venti quassatus nõ caderet. Vt vero dicit Augu. Hic
adolescens laudabilis quidẽ est: qꝛ nõ occidit: nõ adul:
teratus est. Vituperabilis autẽ: qꝛ cõtristatꝰ est in ṽbis
xp̃i vocãtis eũ ad perfectionẽ. Adolescens quippe erat
s̃m aĩam: ꝛ propterea relinquens xp̃m abijt. hec Augu.

Prouer. j

Sed tale rhete frustra iacitur ante oculus pẽnatoꝝ: scꝫ
cõtemplantiũ pfectorũ: q̃ tanto minus cõtristanꝭ ꝙ de:
sunt temporalia: q̃ꝫto magis appetũt eterna. Nã (vt ait
Greg.) Tanto quisqꝫ minus dolet ꝙ desunt eterna: q̃ꝫto
magis gaudet ꝙ assunt temporalia: ꝛ q̃ minus dolet ꝙ de
sunt tpalia: certiꝰ expectat vt assint eterna. Et iõ s̃m ge:
nadum. Bonũ est facultates cũ dispẽsatione pauperibꝰ
erogare: sed meliꝰ est p intẽtione sequẽti xp̃m oĩa ꝛ totũ
simul donare: ꝛ absolutũ a sollicitudine cum xp̃o egere
vt em̃ dicit Chry. Nõ similiter detinenꝭ qui pauca hñt
et qui multis abundãt: qm̃ adiectio diuitiarũ maiorem
accẽdit flãmã et violẽtior fit cupido. Nõ solũ autẽ diui:
tiaꝝ possessio: sed etiam rerũ aliarũ diuersitas hoĩem a
dei contẽplatiõe et pfecto amore impedit ꝛ auertit. Vñ
Augu. Temporaliũ rerũ multiformitas ab vnitate dei
hoĩem per carnales sensus diuerberat: ꝛ mutabili varie
tate eius affectũ multiplicat. Quẽ ergo delectat liber:
tas ab amore mutabiliũ liber esse appetat: et quẽ regna
re delectat vni oĩm regnatori deo subditꝰ hereat. Et ite
rum. Duo sunt amores: mundi: ꝛ dei. Si mũdi amor ha

Amores duo.

bitat nõ est q̃ intrat amor dei. Cũ exhauseris cor tuum
ab amore terreno: hauries amorẽ diuinũ. vñ ꝛ Grego.
Cũ cupiditate terrene substãtie deꝰ nõ diligiꝭ: qꝛ terre:
nus amor oculũ mẽtis sordidans excecat/ ne diuina cla
ritas videaꝭ. Nec mirũ. Quõ eĩ diligere põt quẽ nescit?
Aut quõ scit ad quẽ nesciendũ oculũ cordis claudit. vn

Res humane fumo sũt similes.

de etiã Chry. Fumo similes sunt humane res. Nihil eĩ
ita cõtristat aĩe oculũ ꝛ ꝯturbat: vt vite huius cursrum
turba/ ꝛ cõcupiscentiarũ multitudo: hec em̃ fumi huius
sunt signa. Vnde ꝛ anꭍ. Si vis esse quietus nil seculi ap
petas. Semper requiẽ mẽtis habebis/ si a te mundi cu:
ras abieceris. Qui curis terrenis se implicat: a dei amo
re se separat. Et vt ĩ paucis multa ĩtelligas: attẽde pau:
ca ṽba augustini sic dicentis. Nihil plus noui esse q̃ȝ ista
sensibilia fugienda. Cui ꝯcordat dyonisiꝰ q̃ sic dicit. De
relinque sensus et oĩa sensibilia. Qui hꝫ aures audiẽdi
hec pauca ṽba p̃dicta audiat: ꝛ corde intelligat: qꝛ mul
ta in eis latent: q̃ vanis ꝛ dissolutis nõ apparent. Vñ cui
dam de sermonis abundantia sollicito dictũ est in spũ.
Si vis scire oĩa p̃dicãda tũc sepa te ab exterioribꝰ: pu:
rifica te a tpalibꝰ: liberũ fac te a carnalibꝰ: ꝛ erige te ad
celestia: ꝛ manifestabunꝭ tibi diuina. Ecce in his ṽbis
totũ est inclusum qđ est p̃dicatũ: imago em̃ tua imago
dei est: depone ergo ab ea oẽ qđ sibi accidens est: ꝛ appare:
bit tibi in ea qđ diuinũ est. Vt aũt vtiliter ad tpalia et
eterna perfecte te habeas scito ꝙ tẽporalia debes aspi:

Tpalia quõ cõspiciẽda sũt

cere sub sensu quadruplici. Prio scꝫ vt tãq̃ȝ peregrinus
et aduena sentias oĩa vt extranea ꝛ aliena: ita ꝙ tua ve:
stis sit tuo sensui extranea ac si esset alicuiꝰ de grecia vl
india. Scđo vt in tuo vsu oẽm abundãtiã timeas: vt ve
nenũ ꝛ mare submergens. Tertio vt in tuo sensu omnẽ
inopiã egestatem sentias: vt mẽsã/ ꝛ arã/ ꝛ scalã vite eter
ne: ꝛ vt speculũ seu imaginẽ crucis xp̃i. Quarto vt diui:
tias ꝛ apparatꝰ diuitũ ita sentias tibi difformes/ ꝙ ĩ eo:
rũ mẽoria vel aspectu nullatenꝰ valeas delectari vl leta
ri: ꝙ si videris te ĩ eis cõgaudere a xp̃i gloriosa paupta
te te estima alienũ fore. Huic autẽ conectiꝭ ꝙ in paupe:
rũ ꝛ despectoꝝ memoria: vel aspectu tanq̃ȝ in xp̃i paupe
ris expressa imagine totꝰ leteris: ꝛ eis q̃si regibꝰ cũ sum:

Opa bona oĩa facienda.

ma alacritate ꝛ reuerentia associeris. Considera etiã h̃
ꝙ ad perfectionẽ nõ sufficit q̃dã opera bona/ ꝛ q̃sdã vir
tutes habere: sed opꝫ oĩa ꝓ posse perficere. vñ Chry. Cõ
pletꝰ est dei hõ ad oẽ opꝰ bonũ/ expletꝰ non: vt hec quidẽ
habeat: illa vero nõ habeat. Qui em̃ talis est non est cõ:
pletꝰ. Que em̃ vtilitas dic mihi cum orat quis intẽse/ nõ
misereaꝭ autẽ abũde. Aut cũ misereꝭ quis abunde aua:
rus autẽ ꝛ violentꝰ existens. Aut cũ nõ auarꝰ aut violen:
tus existens/ ad ostentationẽ vero sit hoĩm q̃ videt. Aut
cũ misereaꝭ quidẽ in id qđ deo videꝭ/ eleueꝭ aũt hoc ip:
so ꝛ magna sapiat. Aut cũ humilis q̃dẽ fuerit ꝛ ieiunijs
intendens/ auarus autẽ ꝛ negociator/ ꝛ terre affixus et
matrẽ oĩm malorũ inducens aĩe. Radicẽ em̃ oĩm ma
lorũ dixit paulꝰ auariciã. Horreamꝰ igiꝭ hanc: refugia:
mus hoc pctm̃. Hoc orbẽ terrarũ instabilẽ fecit: hoc oĩa
cõfudit: a btã seruitute nos abduxit xp̃o. Non est em̃ ait
deo seruire ꝛ mãmone: cõtrariũ em̃ iniungit xp̃us. Hec

Pauptatꝭ pfectio.

Chry. Et nota circa p̃missa ꝙ perfectio paupertatꝭ nõ
consistit in maiori defectu rerum temporaliũ: sed in ma
iori abstractione sollicitudinis eorum. Quanto em̃ mo:
dus viuendi in paupertate minorẽ habet sollicitudinẽ/
tanto paupertas est perfectior: non autẽ quãto pauper:

tas fuerit maior: nō enim paupertas ſm ſe bona eſt: ſed inq̄ſtum liberat ab illis quibus homo impedit quo minus ſpiritualibus intendat.

Oratio.

Domine ieſu chriſte da mihi miſero ꝛ fragili q̄ tua mādata hacten⁹ negligēter ꝛ male ſuaui ſaltē ammodo ea obſuare: vt cū obſeruatoribus eorūdē merear ad vitā īgredi. Da etiam mihi clemētiſſime dn̄e vt ad perfectionē tendendo oīa tēporalia ꝑpter te affectu contēnam: ꝛ effectu relinquā relictiſq; oīb⁹ te ſequar: te imitando: ꝛ per tua veſtigia gradiēdo: vt te rectore/te duce ad theſaurū deſiderabilem ꝛ indeficientem valeam letus peruenire: ꝛ de tua viſione ſemper gaudere. Amen.

De duodeci cōſilijs euāgelicis. Capi. xij.

Et quia dictū eſt de preceptis q̄ ſūt neceſſaria ad ſalutem: videam⁹ ꝛ de cōſilijs q̄ requiruntur ad perfectionē. Vn̄ ꝛ p̄cept̄ ꝛ ꝓhibitiōibus tenemur: ſ; ꝯſilijs ꝛ ꝑmiſſiōibus non tenemur. Nam cōſilium pertinet ad perfectos: preceptum autē ad ꝓficiēdos: ſ; permiſſio ꝑtinet ad īperfectos: ꝓhibitio vero ad peruerſos. Ad obſuantiā q̄dē p̄ceptoꝝ vtilis eſt obſeruātia ꝯſilioꝝ. Aliqñ em̄ fortitudo terre in ingreſſu illi⁹ cōſiſtit: et iō paſſus ille bona cuſtodia indiget: q2 obtentu ingreſſu faciliter reſiduum hoſtes obtinēt. Sic eſt in terra aīe: q2 tota fortitudo ei⁹ conſiſtit in ingreſſu. ſ. in occaſionib⁹ p̄ctoꝝ: ꝛ ꝓpter hoc neceſſaria eſt bona cuſtodia circa ipſum. Propter cuſtodiā aūt iſti⁹ īgreſſus dātur ꝯſilia q̄ cōtinēt ꝛ cuſtodiūt mādata/ac retrahūt hominē ab incautib⁹ reſpectib⁹ ꝛ diſcurſib⁹ ꝛ alijs periculis. Sūt aūt duodecim ꝯſilia euāgelica q̄ xp̄us adiecit ad p̄cepta.

Cōſilia ad perfectos pertinent.

Cōſilia duodecim

Primū eſt paupertatis q̄ conſiſtit in abdicatione ꝓprietatis. vn̄ eſt illud. Si vis perfectus eſſe vade ꝛ vende oīa q̄ habes/ꝛ veni ſeq̄re me. Et illud. Qui non renūciauerit oīb⁹ que poſſidet: nō pōt meus eſſe diſcipulus.

Mat. xix.
Lu. xiiij.

Scd̄m eſt obediētie. vnde eſt illd̄. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum. Et illud. Super cathedram moyſi ſederunt ſcribe ꝛ phariſei: que dicunt facite.

Luce. ix.
mat. xxiij.

Et qꝛ dn̄s iesus dixit se tertia die resurrecturum filij zebedei putātes iminere regnū iesu in israel et eum illico in ꝓximo regnaturū tꝑaliter et in pace: sicut dauid et salomon regnauerunt ad complendum in prīo aduētu qd̄ ꝓmittit̃ in scd̄o: suggesserūt matri sue vt peteret munus sine noīe quo cōcesso peteret eis consessionem a dextris ⁊ a sinistris ei⁹ in regno suo. i. ꝙ essent collaterales ⁊ maiores pre ceteris i regno suo post eū: quia eū erant eius cognati germani volebāt post eū esse ꝓximi. Nec mirū si talia apli credebant ⁊ appetebant qui adhuc carnales erant ⁊ nondū perfecte illuminati nec confirmati ꝑ gratiā spūs sancti. Vt ait Chrys. intra temp⁹ vocationis apostolorum/⁊ passiōis dn̄i mortuus est zebedeus: ⁊ sic ista secuta est iesum cum filijs suis. Sexu fragilis et iam etate defecta christi vestigia sequebatur: qꝛ fides nunq̄ senescit ⁊ religio fatigationē non sentit. hec Chrys. Tria autē petit que desiderāt matres filijs quietem cū dicit [dic vt sedeāt hi duo filij mei]honores cum subdit [vn⁹ ad dexterā tuā: ⁊ alius ad sinistrā]diuitias cū addit [in regno tuo] Et (vt dicit Chrys.) alij filijs suis militiā cōparant: alij diuitias: alij honores: nemo filijs suis cōparat deū. Perditionē illorū magno ꝑcio cōparant: salutem autem illorū nec dono accipere volūt: sed si viderint illos honoratos letātur: si viderint pauperes tristantur: si viderint peccantes nō tristantur vt ostendant: qꝛ corpoꝝ amatores sunt nō animarū. hec Chry. In tribus autem deficiebat ista mulier in ordine in intētione: in materia. In ordine erat ꝑuersitas: qꝛ añ meritū petebat ꝑmiū [dic inquit vt sedeāt] qui nōdum laborauerāt. In intētione carnalitas: credebat eū hoc sibi deberi ex lege carnis: iō dicit [hi duo filij mei]scilicet consobrini tui. In materia vanitas: qꝛ pompam querebat ideo subdit [vnus ad dexterā tuā: ⁊ vn⁹ ad sinistrā tuam in regno tuo]vt ait Chrys. Non solū predicēs discipulis suis de passione sua futura: sed etiā aptans petiture mulieri locū declinauit seorsū ab itinere donec mulieres retro venientes occurrerent: nec etiam credibile est mixtim cum ipso ambulasse mulieres: sed lōgo interuallo separatim inter se ambulabant christus cum discipulis suis primi: sequentes autem de lōge mulieres. Et cum mater sm̄ informationē filiorum peteret pro eis iesus respōdit matri ꝓ simplicitate eius: sed filijs per eā petentib⁹ qui verba posuerunt in ore matris. Sciebat eū ipsam missam a filijs et informatā de petitiōe facienda pro eis ꝓpter quod eis imputauit: qꝛ qd̄ ꝑ alios facimus quodāmodo per nosipsos facimus. Unde respōdens duob⁹ filijs quorū consilio mater petebat ostēdit eos errare dicens. [Nescitis quid petatis] scilicet mediante matre vestra quam submisistis. Quasi diceret. Prelationē queritis i celo que nulla ibi erit ⁊ male queritis: regnare enim vultis qui non meruistis: ⁊ nec honore sed onere ꝑuenitur ad regnum quod queritis. Attendant ergo qui regnū celorum a dn̄o petūt ⁊ parum per hoc laborant quod christus suis discipulis ⁊ nepotibus responderit. Vn̄ Beda. Nesciunt quid petunt qui sedē glorie a domino quam nondū merebant̃ inquirunt: desiderabāt eū regnare sublimiter cū christo: sʒ pri⁹ erat pati humiliter ꝓ xp̄o. Vbi et Chry. Intelligere enī debemus ⁊ nos vt non illud a deo petamus quod nos bonū esse iudicam⁹: sed orantes in potestate dei ponam⁹ vt ad illud exaudiat qd̄ ipse nobis expedire cognoscit. Et iterū. Nō eū solum debemus cogitare qualē gloriā cōsequamur: sed quō euadam⁹ ruinā peccati: qꝛ et in seculari bello qui semper de preda victorie cogitat difficile vincit.

Petēdū quid.

Ideo petendum erat da nobis exemplum gratie tue vt omne malum vincamus. hec Chry. Per istos qui petierunt a christo pre ceteris discipulis honorari eo ꝙ erant eius consanguinei significantur ambitiosi q̄ habentes prelatum consanguineū volunt per hoc in ecclesia pre ceteris ꝓmoueri. Quib⁹ bn̄ rn̄detur [nescitis qd petatis] Nā honores ecclesie nō sunt dispensandi ex

propinquitate sanguinis: sed ex ydoneitate psonarū ratione scientie et virtutis. Et vniuersaliter de oibus ambitiosis optime potest dici q nesciunt quid petat: qr tales si pmouētur mala intrant et possident. Cognoscens igitur dñs eorum ignorantiam et errorē: qr indiscrete petebāt psumentes puenire sine merito ad gloriā tātā reduxit eos ad viā. s. ad humilitatem / et nos inuitat ad eā p quā venit ab sublimitatē potius q per ambitionez. Ubi ostendit q in prelatis deb3 esse tenor humilitatis: qr nō debēt appetere vel gaudere preesse alijs. Uñ dixit eis. [Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sū] id ē passionē martyrij et mortē crudelē sustinere ppter deū quā ego p vobis et multis ex charitate passurus sū voluntarie ac si bibam illam vt delectabilem calicem per quē debeo venire ad regnū nō temporale vt creditis s3 eternum.

Calix qd. Per calicem vere vbiqz passio et martyrium intelligitur: tū qr sicut calix est vas quo bibit ad mensuram: sic passio cum mensura bibitur eo q nō pmittit dñs hominē tētari supra id qd pōt: tū qr cito sicut pot⁹ trāsit: illud em qd in psenti tribulationis momentaneū et leue est: tū qr delectat: nā passio et tribulatio a fidelibus p cōsolatione recipit et in ea gloriant. Est autem multū delicatus q non potest bibere potum de quo bibit dñs suus. Hanc aūt passionē quā matthe⁹ calicem vocat / marc⁹ et calicem et baptismū nominat dicens. [Potestis bibere calicem quē ego bibo / aut baptismo quo ego baptizor] s3 pro vobis [baptizari] i. propter me. Tincturam sanguinis sui in sua benedicta passione p pctorū emundatione vocat hic baptismum. Uñ Theophilus. Calicem aūt et baptismū crucē nōiat: calicē quidē tāqz potū dulciter ab ipso susceptum: baptismū vero tanqz emēdationem nostrorum facientem peccatorum hec theophi. q. d. eis. Ante humilitatem passionis exaltari non poteritis si vultis conregnare crucifixo: incumbit vobis tollere crucē eius exemplo: qr nemo nisi tollat crucem suam p martyrij passionem vel proximi compassionem vel carnis mortificationem regnabit cū crucifixo. Ubi Greg. Jam locum celsitudinis querebāt ad viam illos vitas reuocat per quam ad celsitudinem venirent. Ac si dicatur. Jā vos locus delectat celsitudinis: s3 pri⁹ via exerceat laboris. Per calicē ptingitur ad maiestatem. Si mens vestra appetit qd demulcet pri⁹ bibite qd dolet. Sic p amarū poculū ꝯfessiōis puenit ad gaudiū salutis. vbi et Chry. Per modū interrogationis attrahit eos vt ex cōmunione q ē ad ipsum auditores fierēt. Ac si dicat Uos de honore et coronis loquimini / ego autē de agonibus et sudoribus disputo. Non enī est hoc premiorū tempus: sed occisionis bellorū et periculorū. Et iterum Nunquid nesciebat dñs quia passionem ipsius poterāt imitari: Sed ideo eis dicit vt dño interrogante et eis respondentibus oēs nos audiam⁹: qr nemo pōt cū xpo regnare nisi passionem illius fuerit imitatus. Sicut ait

ij. Tim. ij. apostolus. Si commortui sumus et conuiuemus. Si sustinemus et conregnabimus. Res enim pciosa vili precio non comparat. Magnū laborē nō necesse est nobis

Passiōis dñice susceptio. impendere si volum⁹ ad regna celestia puenire. Passionem autē dñi dicimus suscipere nos debere / non solum persecutionē gētiliū: sed omnē laborē et molestiā quam patimur cōtra peccata certātes. Nam si gentiles defecerint: q persequātur: nūqd ideo ꝓpta volūtas fidelium debet sine fructu et sterilis permanere. Ideo et si gētiles non habes qui te persequātur: habes principem gētiliū dyabolum qui hominē persequi non cessat. Si ergo pncipem potes vincere in peccato non est magnum superare principes eius in corpore. Ecce ostendā tibi magnā et insufferribilem persecutionē in corpe tuo. Incipe resistere desiderijs tuis / et tunc intelliges qz fortes sunt spiritus desideriorū malorum qui te persequūtur. Hec em pugna periculosa / et hoc est gloriosa victoria qui potuerit odire qd amat et amare quod odit. Hec Chry. Uñ et Hiero. Non solum effusio sanguinis pro nomine christi martyriū reputat: sed deuote quoqz mentis seruit⁹ quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis et violis ista de lilijs. Et illi rñdētes [dixerūt ei. Possumus] loquūtur sicut inexperti ꝓprie fragilitatis qd per effectū patuit: quia in passione christi fugerunt pre timore mortis. Ubi Chrysostomus. Responderunt autem tam prompte expectantes in eo quod petierūt exaudiri. Jesus aūt [ait eis. Calicē quidē meū bibetis et baptismo q baptizor baptizabimini] id est passiōes ꝓpter me sustinebitis vel actu vel voluntate. Nam dissimiliter passi sunt vnus sustinendo actualiter affectu: vnus occisus: alter infernētis olei dolium et etiam in exilium quod est quedam mors ciuilis missus. vbi Chry. Dñs autem eis pphetat magna bona. i. martyrio dignos efficiendos. Deinde dñs subiūgit. [Sedere autē ad dexteram meā] in gaudio eternitatis [et ad sinistrā] in perfruitione humanitatis [nō est meum] ex ordine iusticie que respōdet meritis [dare vobis] ratione consanguinitatis: vel sicut adhuc estis indispositi: quia ex superbia regnum temporale queritis [sed quib⁹] ex meritorum ordie [paratum est] id est propter merita ab eterno dispositum [a patre meo celesti] scilicet humilibus et ad hoc dispositis sicut vos aliquando eritis. Preordinauit enim deus q nullus ad regnum perueniat nisi bene meritus et dign⁹ fuerit. Non est enim personarum acceptor deus: vt sc3 psonaliter aliquem accipiat sine meritis in dādo salutē eternam: quia (fm Augustinū) dilectio eqlis facit non acceptare personas. vnde Beda. Non est meum vobis dare id est superbis: hi enim adhuc erant: alijs paratum est: et vos alij estote: id est humiles et vobis paratum est. vnde et Chry. Paratum est quippe regnum celorum deū diligentibus: sicut conuiuiū paratur amicis: mundum contēnētibus sicut domus dei vel hospitale parat pauperibus qui non habent domos alias: veris humilibus sicut paruulis paratur cibus et vestitus misericordiam egenis impendentibus: sicut paratur bonor pro bonore bonum pro bono finaliter perseuerantibus: sicut operarijs paratur merces reddenda in sero post opus [Et audientes decem] alij scilicet apostoli [indignati sunt de duob⁹ fratribus] qui se a decem separauerant: trahētes christum seorsum: et ignorantes mensuram suā volebāt socijs suis preferri: quia adhuc ipsi decem erāt carnales sicut et illi duo alij. Ubi Chry. Queadmodum isti carnaliter petierunt: sic et illi carnaliter contristati sūt. Nam sicut isti si spiritualiter sapuissent nō fuerant petituri vt essent sup omnes: sic et illi si spiritualiter intellexissent non fuissent contristati ante se esse aliquos. Nā velle quidem esse ante omnes vituperabile est: sustinere autem alterum super se nimis est gloriosum. Et iterū. Si indignati sunt: quia isti ausi sunt hoc per matrem petere quāto magis turbarent si petitio eorum fuisset suscepta Et ideo neqz dixit non sedebitis ne duos confunderet: neqz dixit sedebitis ne ceteros irritaret: sed tanqz benignus pater sic respondit vt inter fratres concordia nō rūperetur et omnes sperare faceret di. [non est meū dare: sed patris.] Nam quod vni aut duobus spiritualiter non promittitur a cunctis speratur. hec Chry. Ut autē dicit Theophilus tūc sic imperfecte se habebāt apostoli: sed postea in primatibus sibi cedebant adinuicem. vide quia ex hoc q procurabatur promotio duorum fratrum alij decem apostoli fuerūt indignati: sic est de multis hodie qui eoipso q vident alios promoueri inuident statim et indignantur. Humilis autem dominus ac pi⁹ pater et mitis magister: nec cupiditatis et ābitionis duos arguit postulantes: nec decem reliquos indignationis increpat et liuoris: sed ipse misericors et benignus q est pax nostra vtraqz faciens vnum quos ad apostolatum vocauerat et affectu seiunctos aspexit duos per superbam postulationem: decem per idignationis turbationem ad se tanqz ad salutis medium quo mitigarētur tanqz ad pacis vinculum quo vnirentur tanqz ad virtutis magistrum quo instruerētur vocauit vt ab errore reuocaret: vt pacem reformaret: vt regulam debite prelatiōis erudiret: vt nō esset denarius sine binario charitatis. Et vtrosqz reprimens cepit eos docere de humilitate p quā honor celestis acquiritur et terrenus contēnit di. [Reges et principes gentium dominantur] violenta dominatione et potestatis ambitione [eorum] id est populorum subditorum: et est hic relatio ad intellectū [et q maiores sunt potestatem exercent in eos] sc3 hūiliātes eos per suā potentiā et angariātes. Quasi diceret. Apud terrenos habet locū dominatio et dominij execu tio: quia desiderare pmatū et vsurpare honorem gentiū est et nō tantum regere suos subiectos: sed etiam violenter eis dominari. vñ Chryso. Ostendit aūt i hoc q gen-

Preordinatio diuina.

Regnū celorum qb⁹ paratum.

Indignatio discipulorum.

tile est primatus cupere:et sic gentiũ comparatiõe eorũ
animã estuantẽ conuertit. Et qꝛ nihil sic corda hominũ
ab vnitate pacis separat sicut supbia:ideo dñs ad humi
litatẽ eos reducit docens hos et illos nõ vẽturos ad re:
gnũ nisi per humilitatem. Non (inquit) ita erit inter vos
sicut est inter mundi huius potestates/vt ille ceteris do:
Maiori: minetur qui maior ceteris videt. Maioritas enim in re:
tas in re: gno meo non eodẽ mõ acqrit sicut in regno terreno:qꝛ i
gno dei. regno terreno acqritur p ambitionẽ et potestatem:sed i
regno meo acquiritur contrario mõ.s.per humilitatem.
Quasi diceret. Uos more seculariũ petitis et vultis per
prelationẽ venire ad requiem et regni possessionem:cum
ecõtra ad summã virtutũ ascendat non imperando/sed
ministrãdo:et ideo non ita erit inter vos sicut inter eos.
Nã in regno terreno prelati sunt dñi:sed vr̃m regnũ non
est terrenum:sed spirituale:vñ p oppositum debet in vo:
bis esse:qꝛ prelati ecclesie sunt ministri. Unde et Orige.
Inter vos autem qui estis mei non erunt hec. Qm̃ qui
principes sunt spirituales principatus eorũ in dilectio:
ne subditorum debet esse positus non in timore corpora:
li. Unde subdit. [Sed quicũqꝫ] siue nobilis/siue ignobi
lis [voluerit inter vos maior fieri] sanctitate et dignita:
te [sit vester minister] non pmatum ambiendo/sed humi
liter ministrando et se in obsequijs humilitatis exercen:
do [et qui voluerit inter vos prim⁹ esse] .i. primatum ha:
bere [erit vester seruus] et omniũ nouissimus:non ex con
ditione:sed ex charitate:nõ ex pusillanimitate/sꝫ humili
Hũilita: tate. Vñ Beda. In quo docet' cũ maiorẽ esse qui minor
tis fruct⁹. fuerit/et illum dñm fieri qui oĩm seruus sit. Frustra igit
aut illi immoderata quesierant: aut isti dolẽt super ma:
iorum desiderio cum ad summitatem virtutum non po:
tentia sed humilitate veniatur. Ubi etiã Chry. Fructũ
humilitatis posuit primatum celestẽ/et in pmatu terre:
stri fructum posuit confusionem celestem:vt quicũqꝫ de:
siderat primatum celestem sequatur humilitatem terre
strem:quicunqꝫ autem desiderauerit primatum in terra
inueniet confusionem in celo. vt iam inter seruos xp̃i non
sit de primatu certamen: nec festinet vnusquisqꝫ eorum
quomõ alijs maior appareat: sed quomodo inferior vi:
deatur. Qm̃ non qui maior fuerit i honore ille est iustior:
sed qui iustior fuerit ille est maior. Cõuersatio ergo me
lior est desideranda non dignior gradus. Et opus qdẽ
desiderare bonum est: qa nostre voluntatis est et nostra
est merces:primatum autem honoris concupiscere vani
tas:hoc enim consequi iudiciũ dei est propter quod ex
primatu honoris nescimus si mercedem iusticie mere:
mur. Neqꝫ apostolus laudẽ habebit apud deum ꝙ apo:
stolus fuit:sed si opus apostolat⁹ sui bene impleuit. Pri
matus etiã fugientem desiderat:desiderantem se horret.
Uolens ergo dominus et duorum illorũ ambitionẽ ex:
tinguere et istorum decem apostolorũ inuidiã: introdu:
cit differentiam inter principes mundiales et ecclesiasti
cos:ostendens qm̃ primatus in christo nec ab aliquo ap
petendus est non habente:nec alteri est inuidendus ha:
benti. Qm̃ principes mundi ideo fiunt vt dominẽtur mi
Pricipes norib⁹ suis vt seruificẽt eos/et spolient eos/et comedant
mũdi ⁊ ec: eos/et vsqꝫ ad mortem abutãt vita eorũ ad suas vtilita
clesie. tes et glorias. Principes autẽ ecclesie fiunt vt seruiant
minoribus suis et ministrent eis quecunqꝫ acceperunt a
christo vt suas vtilitates negligant et illorum procurent
et si opus fuerit neqꝫ mori recusent p salute inferiorum.
Si ergo hec ita se habẽt secularem quidem primatũ de:
siderare/et si ratio non est vel causa ẽ:qꝛ si iustum non est
vel vtile est. Primatum autẽ ecclesiasticũ concupiscere
Priatus neqꝫ ratio est/neqꝫ causa: qa neqꝫ iustum est / neqꝫ vtile.
ecc̃i appe: Quis enĩ sapiens vltro se subijcere festinat seruituti do:
titio. lori labori/et (qđ mai⁹ est) tali periculo vt det rationem
p oĩ eccl'ia apđ iudicẽ iustũ nisi forte qui nec credit iudi
cium dei / nec timet vt abutens primatu suo eccl'iastico
seculariter conuertat eum in secularẽ. Hec Chryſ. Et
qa in moralib⁹ magis mouent facta q̃ vba:ideo q cepit
facere et docere ex his q egit demõstrat qđ docuit: vt si
dicta paruipenderent erubescerent ad opera et inducit
suipsius exemplũ siue dat seipm eis i exẽplũ dicẽs [Si
cut fili⁹ hoĩs nõ venit in mundũ ministrari] ⁊ ministeriũ
ab alijs accipere vel tẽporaliter dñari. Non enim legi:
mus discipulos eũ discalciasse:nõ manicas cum lauaret
tenuisse:non genibus prouolutos ante eum hoc vel hoc
egisse vl' aliud huiusmodi sibi fecisse:sed omnes simul co:
medebant sibiqꝫ sine prelatione seruiebant. Erubescant
ergo qui hec a seruis suis querunt: qꝛ in hoc christũ pre:
ire contendunt. [Sed] potius venit [ministrare] et mini:
sterium alijs impendere:sicut patet in lotione pedum:in
distributione panum:in restitutiõe sanitatum:in discur:
su ad predicandum. Ubi Origenes. Nam etsi angeli et
martha ministrauerunt ei:non tñ ideo venit vt ministra
retur:sed vt ministraret. Ecclesiarum ergo pricipes imi
tari debent xp̃m accessibilẽ et pueris man⁹ imponentem
et discipulis pedes lauantem vt et ipsi similiter faciant
fratrib⁹. Nõ aũt tales sumus vt etiã principũ mundi ex
cedere supbiã videamur: vel nõ intelligẽtes vel contem
nentes mandatũ xp̃i ⁊ querim⁹ sicut reges acies pceden
tes:et terribiles nos et accessu difficiles maxime paupe
ribus exhibemus:nullã affabilitatẽ habentes vl' habere
ad nos permittẽtes. hec Orige. Et nõ tm̃ pdicto mõ mi
nistrare venit:sed etiã [dare aĩam suã] .i. vitã [in redem:
ptionem pro multis] .i. p his q credere voluerunt. Pro
oĩb⁹ qdẽ q̃tum ad sufficientiã sed p multis nõ p oĩbus
quantũ ad efficaciã. Nõ solũ ergo quodcũqꝫ ministeriũ
exhibuit xp̃us:sed ministrauit nobis id quod summe est
preciosum et eximie charitatis.s.seipsum in precium nr̃e
redemptionis. vñ Ber. Bonus minister qui carnẽ suã in
cibũ/sanguinẽ in potũ/aĩam ministrat in pciũ. Unde et
Beda. Et hoc quoqꝫ maioribus eccl'ie precipuũ genus
ministrãdi imitando ostendẽs vt nõ solũ misericordes
elemosine doctrine salutarꝭ spiritalis exẽpli ministeria
fratribus impẽdamus: verũetiam sicut ille p nobis ani:
mã suã posuit/ita et nos p iuicẽ animã ponere discam⁹
vñ etiã Chry. Rex celoꝝ existẽs hõ voluit effici et ɔtẽni
et conuitia pati:neqꝫ in his suffecit: sed ad mortẽ venit et
aĩam dedit pciũ redẽptionis p multis etiam inimicis.
Tu quidẽ si humiliat⁹ fueris p temetipso facis: ipse au:
tem pro te. Quãtũcũqꝫ ergo humiliat⁹ fueris non potes
tm̃ descendere sicut dñator tuus. Et iterũ. Ad hoc enim Xp̃i yma:
ad ymaginẽ xp̃i facti sum⁹ vt imitatores efficiamur vo: ginẽ gere:
luntatis eius ⁊ conuersationis. Sed in hoc sum⁹ ymago re debe:
eius vt qđ ei bonũ videt et apud nos sit bonũ:⁊ quod ei mus.
malũ videt ⁊ apud nos sit malũ:qcũqꝫ aũt dño humiliã
te iactantie studet nõ est ymago ei⁹. Et qui non dño pau
pertatẽ amãte diuitiaꝝ amator est in hoc seculo repellit
a se xp̃i siĩtudinẽ. Non est verus discipulus q nõ imitat
magistrũ:nec est vera ymago que similis non est autori.
hec Chry. Humilia igit teipsum/et imitare magistrum
et dñm tuũ. Uituperabile enĩ valde est vt discipul⁹ se eri:
gat vbi magister se inclinat: et ꝙ seru⁹ sit supb⁹ vbi dñs
est humilis:qꝛ non est discipul⁹ sup magistrũ/ nec seruus
sup dñm suum. Quia enĩ hõ per supbiam cecidit / necesse
est vt per humilitatem resurgat. Oratio.



Omine iesu xp̃e qui p nr̃a salute calicẽ passio:
nis bibere ⁊ baptismo sanguinis pfundi volui
sti et nõ tpaliter dñari et ministrari:sꝫ humili
ter seruire et ministrare ac vitam tuã pro nr̃a
redẽptiõe dare venisti. Da mihi misero pro meo modulo
tui calicis et baptismi cũ patientia et gaudio spirit⁹ par
ticipẽ fieri:⁊ te magistrũ ac dñm in humilitatis operib⁹
imitari:et nõ solũ in opib⁹ mĩicordie ministerium pxi:
mis ipẽdere:sed etiã vitã si necesse est p eis ponere/et tã
dẽ ad regnũ electis tuis paratũ feliciter puenire. Amẽ.

De vno ceco ante ingressum hierico illumi
nato. Capitulũ.xxij.



Actum est autem vt ap:
propinquaret dño iesus hierico: que
est vrbs inter galileã:vñ ascẽdebat et Mar. x. et
hierusalem quo ibat distans duabus Lu. xviij.
leucis a iordane/et septem a hierusa:
lem et sita ad ei⁹ partem orientalem.
Hec ciuitas quondã a nobis/nũc au:
tem humilis ad solũ destructa ẽ:et sola dom⁹ raab in si:
gnum fidei remanet:eius enim adhuc parietes sine cul:
mine durant. Iuxta hierico fons est dulcis ad potandũ
pinguis ad rigandum:q quondã amar⁹ ad potandum ⁊
sterilis ad rigandum:per helyseum sanatus est:hic fons
sub monte quarentane oritur/et deinde hierico que duo
bus miliaribus inde distat diriuatur. Ad hãc ergo ciui:
tatẽ domin⁹ declinauit. vt fm Hiero. Sanaret i ea mul:

tos male habētes. Et [tūc cecus quidā q̄ sedebat iuxta
viā mendicans cū turbā pretereuntem audiret] et iesum
transire pciperet / miam cū clamore nō tantum exteriori
sed etiā interiori petebat dicens [Jesu fili dauid misere-
re mei] In quo cecus iste vtrāq̄ naturā in xp̄o cōfitetur
sc3 hūanā in eo q̄ dicit [iesu fili dauid] a dauid enim car-
nem suscepit. Diuinā in eo q̄ dicit [miserere mei] ꝓpriū
est enī deo misereri creature sue quā condidit. fm̄ illud
Ps. cxliiij. psal. Miserationes ei⁹ sup oīa opera eius. vñ Cyrillus
Iste cecus in iudaismo nutrit⁹ nō ignorauit q̄ de proge-
nie dauid de⁹ fm̄ carnē nasceretur: et iō ei vt deo / et hoī
loquitur. Et licet increparetur a turba pretereūte: et do-
ctrinā christi auscultante ip̄e tn̄ multo magis clamando
petebat sibi misereri / timens ne ex increpatione impedi-
retur auditio et exauditio petitiōis sue. Jesus vero tan-
dem ꝓpter suā benignitatē stetit: q2 cecus eū sequi non
potuit. et iussit eum adduci ad se ne turba ꝓhiberet: et vt
occasionem sanandi haberet. Magne pietatis in xp̄o si-
gnum fuit qn̄ ip̄m cecū expectare voluit: et ad se adduci
fecit. Vñ cyril. Sistit aūt christum vox et inuocātes in
fide respicit. Et iō merito vocat cecum et accedere iussit
vt. s. qui prius fide eū tetigerat appropinquet et corpore
Sic deberēt facere nostri principes cū viderēt paupes
conquerentes sc3 stare et facere vocari ad se vt audirent
eorū querimonias. Faccrētq̄ eis iusticiā expedire. [Et
interrogauit eū] quid vellet: non q̄ hoc ignoraret: sed vt
eius cōfessionem approbaret. et fm̄ Ambro. vt sciremus
nisi confitentē nō posse saluari: et vt cor eius ad orationē
excitaret: et lumē qd̄ ex sua bonitate largiturus ei erat
ad sui petitionē tribueret: q2 nō sanat inuitos: sed volun-
tarios. Vñ aug. Qui creauit te sine te: non iustificabit te
sine te. Vñ et ambro. Uult oēs hoīes saluos fieri: sed si
accedāt ad eum: nō enī sic vult vt nolentes saluentur: sed
volentes: non enī vera salus est si nolenti tribuatur. Itē
fm̄ cyril. interrogauit vt scirēt astātes q̄ nō pecuniā: sed
diuinā efficaciā a deo petebat. Uide ꝛ hic dñi clementiā
quia non dignatus est nō solū stare: sed et alloqui perso-
nam vilem et pauperem [At ille] respondens [dixit. Dñe
Interro- vt videam] vbi miseriā et necessitatē suā insinuat / ac re-
gādi cau- mediū et releuationem: nec aliquid aliud preter hoc po-
se in xp̄o. stulat. Uoluit ergo dñs audire confessionē / qui tamē nō
ignorat mentis intentionē: vt cognoscamus non nisi cō-
fitentē posse sanari ab infirmitate spiritus. Unde hunc
cecū saluare noluit q̄diu clamauit in generali miserere
mei: sed postq̄ specialiter insinuauit miseriam cuius re-
leuationem sibi misericorditer fieri postulauit tunc eum
sanauit. Petijt enī vt videret [et iesus] verbo potentissi
mo quo dixit fiat et factum est [dixit illi respice] Breue
verbū sed in operatione efficacissimū: et quis in fide cre-
dentiū verbū domini operatur: ideo subiungit. [Fides
tua saluum te fecit.] Ex fide enim impetratur salus cor-
poralis / et spiritualis / et eternalis [et confestim vidit et se-
quebatur illū magnificans deū] .i. magnum dicens illū
non magnitudine moris: sed virtutis. Non sufficit lumē
recepisse nisi etiam lumen sequatur ne ambulet in tene-
Ceci libe- bris. Ecce ergo signū illuminationis perfecte: et in aīa
ratio. et in corpore. Unde fm̄ cyril. patet q̄ iste cecus a dupli-
ci cecitate liberabatur: sc3 corporali et intellectuali: neq̄
enī eū vt deum glorificasset nisi vere vidisset. vbi et theo.
Grata enī erat aīa ceci in eo q̄ sanus effectus iesum non
reliquit: sed secutus est eū. Et non solū fuit illuminatus
cecus: sed et alijs factus est occasio glorificandi deū: et
oīs plebs illuminata est / vt diuinū aliquid in christo
cognosceret. Unde sequitur [et oīs plebs vt vidit dedit
laudem deo] glorificando facta dei: cōgratulando vtili-
tati proximi. Hoc enī sibi retinet dñs de bñficijs suis sc3
gloriam. Unde ait. Gloriam meā alteri nō dabo: nobis
Laus autē reliquit vtilitatem. ¶ Et nota fm̄ glo. quattuor cau
q̄ttuor de sas istius laudis. Prima est pro exauditione clamoris
causis. istius pauperis. Secunda pro potentia et misericordia
illuminantis. Tertia pro īpetrato munere lucis. Quar-
ta pro merito fidei eius qui illuminat⁹ est fm̄ gregoriū
quia carnales adhuc discipuli: non valebant capere ver-
ba mysterij venitur ad miraculum: ante eorū oculos ce-
cus lumen recepit vt eos ad fidem celestia facta solida-
rent. Et fm̄ theo. Ne incessus domini esset inutilis fecit
ceci miraculum hoc documentū discipulis suis dans vt
in oībus simus proficui ꝛ nihil nobis ociosum. Mystice

fm̄ Greg. cecus a dño illuminatus est genus humanum
qd̄ in parente primo claritatē sup̄ne lucis ignorās dāna
tionis sue tenebras accepit. Hierico autē interpretatur
luna que dū menstruis momentis decrescit / defectū nr̄e
mortalitatis designat. Cū igitur conditor noster appro
pinquat hierico cecus ad lumē redit: q2 dū diuinitas de
fectū nr̄e carnis suscepit: humanū gen⁹ lumen qd̄ amise-
rat recepit: qui eterne lucis claritatē nescit cecus est. Si
aūt iam in redēptorē credit qui dixit ego sum via iuxta
viā sedet. Si vo credit ꝛ exorat vt eternū lumē recipiat
iuxta viā sedet ꝛ mendicat. Quisq̄s ergo cecitatis sue te
nebras agnoscit: quisq̄s hoc qd̄ sibi deest lumē eternita
tis intelligit / clamet medullis cordibus / clamet et voci-
bus cordis dicens. [Jesu fili dauid miserere mei]. Illi
aūt qui iesum venientem precedunt et cecum increpant
designāt carnaliū desideriorū turbas / tumultusq̄ vitio
rum que priusq̄ iesus ad cor nr̄m veniat cogitationem
nostrā dissipant ꝛ voces cordis in oīone perturbāt ne ie
sus ad cor illuminandū accedat. Sicut ei turba cecum
impedit ne lumen corporale recipiat: sic spūaliter turba
fantasiarum et cogitationū frequenter impediunt ne lu
men gratie recipiant. Sed in eo q̄ cecus quē turba icre-
pat magis clamat / dat nobis exēplū q̄ quanto plura no
bis occurrūt impedimenta / tanto magis est clamandū /
ꝛ quanto grauiori tumultu cogitationū p̄mimur tanto
orationi attentius est insistendū. vñ hiero. Cōminant au
tem multi ei vt taceat: q2 pctā ꝛ demonia cōpescunt cla-
morē pauperis. Sed ille magis clamabat: q2 grauescen-
te bello manus ad lapidem adiutorij hoc est iesum naza
renū cū clamore leuande sunt. Vñ ꝛ Cyrillus. Increpa
bant eū vt taceret: sed per inhibitiōes hmōi nō impedie-
batur eius audacia. Nouit enim fides omnib⁹ repugna
re / ꝛ in omnia triūphare: vtile est enī pro cultu diuino pu
dorē deponere. Nā si causa pecunie sunt īpudentes non
nulli quare ꝓ anime salute nō decet bonā induere impu
dentiā: sed cū cecus primo clamaret iesus trāsire dr̄ / cū
aūt multomagis clamaret stat iesus: quia cū adhuc tur-
bas fantasmatum in oratione patimur iesum aliquate-
nus transeuntem sentimus: cum vero orationi vehemen
ter insistimus / de⁹ in corde figitur ꝛ lux amissa reparat̄.
Ex quo docemur q̄ si in oratiōe primo senserim⁹ iesum
nos quasi ptranseuntē post paululū instanter perseuerā
tes sentiemus nobiscum stantem. Interrogat autē cecū
qd̄ velit vt eum ad orandū excitet: q2 peti vult hoc qd̄ ꝛ
nos petere ꝛ se concedere prenoscit. Poi⁹ enī dñs sua do
na gratuita nr̄a vult esse merita: nec vult bonū nr̄m inui
tum et coactum / sed spontaneum ꝛ voluntarium ꝛ quod
nobis sponte largitur vult nostris petitionib⁹ tribuere.
Et ideo q̄uis sciat qd̄ nobis necesse sit āteq̄ petamus:
importune tn̄ nos ad petendū inuitat dicēs. Petite au-
tem et accipietis: querite et inuenietis: pulsate et aperie-
tur vobis. In ceci autem petitione discimus: q2 in oīone
non aurum / non argentum / non fugitiuos honores: non
longiturnā vitā / nō vindictā inimicorum: non aliqd̄ tem
porale sed ineffabile lumē q̄rere debem⁹. hoc est vt ip̄m
qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mun
dum videre possimus. iuxta quod ipse ammonet dicens.
Querite primū regnū dei ꝛ iusticiam eius / ꝛ hec omnia Mat. vj.
adijcientur vobis. Ad illud lumen aūt videndum profe
cto via fides est: q2 fides eū saluū fecit. videns aūt confe
stim preeuntē iesum sequitur qn̄ quis bonum qd̄ intelli-
git intuitu eius operat̄ ꝛ eū imitatur. Quanto ergo q̄sq̄
plus a deo illuminatur / tanto ampli⁹ et perfectius in bo
nis operibus exercere se debet: sicut iste cecus recepto lu
mine non piger remāsit nec retro redijt. Et hic talis nō
solum in deum proficit: sed etiam alios ad laudē dei ac-
cēdit. Ubi Greg. Si ergo fratres charissimi cecitatē iā
nostre peregrinationis cognoscimus: si credēdo ī redē-
ptoris nostri mysteriū iuxta viam sedemus: si exorando
quotidie ab autore nostro lumen petimus: si tandem lu-
cem iam p intellectū videndo illuminati post cecitatem
sum⁹ iesum quē mente cernimus ope sequamur. Aspicia-
mus quo graditur / et ei⁹ vestigia imitādo teneam⁹. Ec-
ce cū sit dñs ꝛ creator angelorū susceptur⁹ naturā nostrā
in vterū virginis venit. Nasci tn̄ p diuites noluit parē-
tes pauperes elegit: prosperari in mundo noluit: oppro-
bria / irrisionesq̄ tolerauit: sputa / flagella / alapas / spi-
neā coronā / crucemq̄ sustinuit. Et q2 rerū tpaliū dele-

ctatione á gaudio eterno cecidimꝰ cū qua amaritudine illuc redeat̃ ostēdit. Quid itaqꝫ hō ꝓ se pati debet si tanta deus ꝓ hoībus pertulit? diuerso quippe itinere ambulat si gaudia dilectionesqꝫ appetit/cui dux suꝰ viā amaritudinis ostendit. Si ergo retributionis gaudium in ꝑuētione querimus penitentie amaritudinem in via teneamus. Sic itaqꝫ fit vt nō solum nostra in deū vita ꝓficiat: sed hec ipsa nr̃a ꝯuersatio ad laudē dei et alios accēdat. Hec greg. Hec etiā que de ceco dicta sunt ad vnūquēqꝫ peccatorē hoc modo referri possunt. Qui enī criminale peccatū cōmittit in opere: cecus est in mente. Sed si iter veritatis īgredi cupiēs ꝓ eterna vita ceperit cogitare: ⁊ ad deum post pctm̄ flendo et veniā petendo redire secus viā sedet et mendicat. Pretereūtes vero silētiū ceco imponere volūt: qꝛ immūdi spūs acriꝰ ꝯtra eū quem ad veniā redire viderint cōsurgunt: et ne peccator ad peniten-

Rebellio ꝯtra bona tiā redeat cōtradicunt. Nec solū immūdi spūs: sed etiā ipsa consuetudo peccādi duriꝰ incipit rebellare/cum senserit post assueta mala ad virtutes hominē velle redire. Sed quo acriꝰ se sentit īpugnari a malignorū spirituum tentatione: seu ab ipa peccandi cōsuetudine eo fortiꝰ debet exemplo huiꝰ ceci pugnare in oratione clamando ꝑ desiderium ad deū. clamor enī magnꝰ magnū indicat desiderium. Et vere expedit peccatori clamare: qꝛ longe di-

ps. cxviij. stat a deo/longe enī a peccatoribus salus. et ꝺm Hugo. Si ad primas lachrymas: vel preces deus non exaudit hō preces iterare non desinat. magna enim munera sunt multis precibus cōparāda. Neqꝫ enī diuina pietas adiutoriū se petēti negabit: si ille orando a petitione nō defecerit. Nec de suis meritis aliqd ꝓsumat: sed in illius mi-

Ps. lix. sericordia ꝯfidat cui per ꝓphetā dicit̃. In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. ¶ Quantā aūt misericordiā dn̄s penitentibus exhibeat: quale auxiliū pugnantibꝰ cōtra peccatū prebeat consequenter declarat̃. Qui enī priꝰ transibat ꝓpter tentationes quas in orōne patimur: si in orōne ꝑseuerauerimus quasi stans nos ad se adduci iubet qn̄ tranquillitatē mētis redditā dulcedine sue contemplationis vel tenuiter manifestat. Et qꝛ in orōne ante oīa eternā gl'iam querere debemꝰ recte cecus lumē a dn̄o petisse fertur. Et qm̄ quicūqꝫ nō negligit penitere de venia non debet desperare. recte dicit̃ fides tua te saluū fecit. Quacūqꝫ enim hora pctōr vere penitendo ingemuerit: et conuersus fuerit saluus erit. ꝺm Augu. Si hierico lunā et ob hoc mortalitatē interpretat̃ morti ꝓpinquās dn̄s iudeis solis lumē euāgelij iusserat predicari: quos significauit iste vnus cecus ante ingressum hierico illuminatus quē Lucas cōmemorat. A mortuis aūt resurgens atqꝫ ascendens: ⁊ iudeis et gentibus quos duos populos significare videntur duo ceci post egressum hierico illuminati. de quibus Mattheus narrat.

Oratio.

O Benignissime iesu non ꝑsonas hoīm respicis oēs expectas creator: oīm misereri redēptor: oībus indulges saluator. Quis igitur nisi sue salutis īmemor tardabit ad te cōuerti sic benignissime expectantē: sic ad ostiū pulsantem: et ꝑ grām introire volentē? Da ergo dn̄e deus meus mihi ceco et misero: vt a te vocatus aperiam tibi cor meū/peccatū inde expellendo: et te per grām recipiendo: vt illuminatus te sequar nunc in operibus virtuosis: et post hec de tua visione semper gaudere merear in celis. Amen.

¶ De zacheo et eius cōuiuio. Capitulū. xxiij

Luc. xix. DEinde eadem die dominus iesus ipsam vrbem hierico ingressus ambulabat ꝑ eā turba nō modica stipatus. Hierico significat mūdum quē intrauit in incarnatiōe: ambulauit in sua cōuersatiōe: sed perambulauit in sua passione ex qua ꝑambulatione facta est salus domui ecclesie: mundus est perambulādus: quia per eam est citissime transeundum: et nullo modo per inordinatum amorem vel affectionem est ibi sistēdum vel ei inherendū. Vix enim est aliquis qui non inficiatur/si circa mundi negocia implicetur [Zacheus] autem qui erat non tantum publicanus: sed ⁊ [princeps publicanorū] et primus inter illos qui vacabant publicis actibus scꝫ exactionibus et vectigalibus que implicant ad peccatū [ac diues] qui in acquirēdo auarus et temporalibus implicatꝰ. ex quo in eius vocatione apparet maior dei mīa: et diuine pietatis abundantia. Desiderabat ex deuotione [videre iesum] beati enim oculi qui vident ipsum [et non poterat pre turba] sequēte eum [qꝛ statura pusillus erat] et corꝑe ꝺm quātitatē: et mēte ꝺm hūilitatē. Ex quo patet deuotio populariū ad xp̄m: qꝛ tāta turba sequebat̃ eū [Et ꝓcurrens] .i. pre alijs currēs [ascendit in arborē sichomorꝝ vt videret iesum] inde trāseūtē vn̄ beda. Que impossibilia sunt apud homīes/possibilia

sunt apud deū. Ecce enī camelus deposita gibbi sarcia ꝑ foramē acus transit. hoc est diues et publicanus relicto onere diuitiaꝝ ꝯtempto censu fraudum angustā portā artāqꝫ viā q̄ ad vitā ducit ascendit. Qui mira deuotione fidei ad videndū saluatorē qđ natura minꝰ habebat ascensu supplet arboris: atqꝫ iō iuste q̄uis ip̄e rogare nō audeat bn̄dictionē dn̄ice susceptionis accipit quam desiderabat. hec Beda. Sichomorꝰ est arbor ī folijs moro similis et in alijs ficui: sed stipite distans ⁊ altitudine ꝓstans. Vn̄ et a latinis celsa dicit̃. Et interpretatur ficus fatua: qꝛ arbor est sterilis. sicqꝫ dicit̃ sychomorus. i. sicut morꝰ: vel scribit̃ sycomorus ꝓ fico moro vicio scriptorꝝ. Vnde ꝺm iosephū. potiꝰ deberet dici fico morus: qꝛ cōponit̃ ex natura fici quo ad lignū: et ex natura mori quo ad folia. Sicomora quoqꝫ dicunt̃ quedam poma ficis similia. fructꝰ aūt mori liquorē sanguini similē hꝫ. vnde dicitur ꝙ non ostenderūt elephantis sanguinē vue et mori ad acuendū eos in prelio. s. corꝑali. Et ideo morus crucē signat cuiꝰ fructꝰ ip̄e christus dicit̃ in ea suo sanguine rubicatus qui sanguis nobis ꝑ recordationem ostensus acuit nos ī prelio spirituali. Dominica enim crux credē-

tes alit vt sicꝰ ab incredulis irridetur vt fatua: q̄a iudeis est scandalū/gentibꝰ vero stulticia: sed credētibꝰ virtus dei est. Hec ergo arbor in quā pusillus statura zacheus vt exultari posset ascēdit. arbor fidei ⁊ crucis est ad quā multi veniētes et in eā ascendētes q̄uis statura paruuli fuissent: et nōdū in sciētia et ꝑfectione multū creuissent: inde tn̄ iesum videre et cognoscere meruerūt. Huius arboris fructꝰ sanguineꝰ est ꝑ quē martyres significantur q̄ tam firmiter huic arbori inherent: vt potius occidi et ꝓprio sanguine cruētari/q̄ꝫ a sua arbore id est a xp̄i fide et cruce valeāt separari. Hāc debemꝰ ascēdere ꝑ fidē et meditationē aliter iesum videre nō possumꝰ: qꝛ statura pusilli sumꝰ: nō eī sufficiūt nr̄a merita sine merito passionis crucis xp̄i. Hanc pusillus vt exaltari possit ascēdit dū quilibet hūilis et ꝓprie infirmitatis cōscius terrena relinquendo: et prauos actus deserendo altioraqꝫ petēs et in domino confidens in virtute crucis gloriatur clamās cum apostolo. Mihi autē absit gloriari: nisi in cruce dn̄i nostri iesu christi: cui lignū crucis est gloria salꝰ/vita/et per hanc laudabilem fatuitatē dn̄m cernere meretur. Nos enim inquit apostolꝰ ꝓdicamus xp̄m crucifixū iudeis quidē scādalū: gentibꝰ autē stulticiā. Ecce sycomorꝝ: ascēde et tu lignū vbi ꝓ te pependit iesus. ⁊ videbis iesum. vn̄ Aug. Apprehēdit zacheꝰ sycomorꝝ ascēdat humilis crucē. parū est ascēdat. Ne de cruce erubescat in fronte illā figat: vbi sedes pudoris est. Ibi oīno ibi in quo mēbro erubescit̃: ibi figatur: vbi nō erubescatur putas qꝛ irrides sycomorū. Et ipse efficit videre iesum. hec Aug. Quicunqꝫ etiā humiliat̃ ꝓpter iesum hic

infatuat̃ iuxta mūdū: q̄ solus tn̄ sapiēs est: Qꝛ qđ stultū est hoībus/sapiētia est dei: et hic dn̄m videre meret̃. vn̄ Greg. Si veraciter sapientes esse: atqꝫ ipsam sapientiam contēplari appetimꝰ/stultos nos hūiliter agnoscamus. Relinquamꝰ noxiā sapientiā: discamus laudabilē fatuitatē. Hinc euangelice historie verba testant̃: qꝛ zacheus cū videre pre turba nihil posset: sycomori arborē ascendit vt transeuntē dn̄m cerneret. Sycomorꝰ quippe ficꝰ fatua dicitur. Pusillus itaqꝫ zacheus sycomorū subijt et dn̄m vidit: qꝛ qui mundi stulticiam humiliter eligunt ipsi dei sapientiā sublimiter contemplantur. Pusillanimitatē nāqꝫ nostrā ad videndū deū turba prepedit: q̄a infirmitatē hūane mentis ne luci veritatis intendat curarū secularium tumultus premit. Sed prudenter sycomorꝝ ascēdimꝰ si prouide eam que diuinitus precipitur stulticiam tenemus. Quid enī in hoc mundo stultius q̄ꝫ amissa non querere: possessa rapientibꝰ relaxare: nullam ꝓ acceptis iniurijs iniuriā reddere: immo et adiunctis

Camelī ꝑ acus foramē transitio.

Zachei in arborem ascēdētis imitatio.

i. Cori. j.

x

alijs patientiā prebere. Quasi enī sycomorũ nos ascen-
dere dñs precipit cum dicit. Qui aufert que tua sunt ne
repetas. Et rursum. si quis te percusserit in dexterā ma-
xillam: prebe ei ⁊ alterā. Per sycomorꝝ dominꝰ transiēs
cernitur: quia per hanc sapientē stulticiam ⁊ si necdum
solide vt est iam: tamē per contemplationis lumē dei sa-
pientia quasi in transitu videntur. Qui vero in elata ad
ꝑspiciendũ deũ adhuc cogitationũ suarũ turba deprę-
hensi sunt sycomori arborē nō inuenerũt. hec Greg. vbi
et Theophilꝰ. Sed facile hoc est ad moralē vtilitatē re-
torquere. Quisquis enī pluribꝰ in malicia preest paruus
est statura spirituali: et nō potest videre iesum ꝑ turba.
Nam perplexus a passionibꝰ et secularibus rebus / non
aspicit iesum ambulantē id est in nobis operantē: nullũ
opus eius cognoscens. Ascendit aũt sup sycomorũ id ē
super voluptatis dulcedinē que significaꝛ per ficum de-
primēs eā: et sic sublimior factus videt / et videtur a xp̄o.
hec Theo. Per sycomorꝝ etiā potest intelligi religio: q̄a
latini sycomorũ celsam nominãt. est enim procerior et al-
tior moro: et habet fructus subdulces qui nũq̄ȝ ad matu-
ritatē perueniũt. Sic statꝰ religionis est altior et proce-
rior: quia in contemplatione consistit et statũ mundi trā-
scendit. Habet etiā fructus subdulces fructus scȝ absti-
nētiarũ / vigiliarũ / ieiuniorꝝ / et hmōi q̄ licet de se sint du-
ri et asperi: tñ sunt subdulces: q̄r sustinenꝛ amore dulce-
dinis paradisi et nunq̄ȝ ī maturitatē ꝑueniũt: q̄r fructus
maturi sunt dulciores: et vera religio de mũdana dulce-
dine nō curat. Sed sycomorus ficꝰ fatua dicitꝛ: q̄r ad lit-
terā ingrediens religionē fatuus reputaꝛ. vñ potest dice-
re illud Amos. Armentarius ego sum vellicās sycomo-
ros. Istā arborem zacheus pusillus humilis scȝ religio-
sus ascendit vt videat iesum scȝ vt lucretur vitam eternā
que in visione dei consistit: sed quia paruus alte non pōt
ascendere sine scala vel gradibꝰ. ideo sunt tres gradus
in scala religionis. Vnꝰ est abrenũciatio ꝓprie volunta-
tis per votum obedientie. Secundus est abrenunciatio
ꝓprietatis exterioris per votum paupertatis. Tertius
est ꝓmissio perpetue castitatis. per votũ continentie. Et
istos tres gradus tres alij gradus ex parte ipsius ascen-
Gen.xij. dentis precedunt. Primꝰ est contemptus terrenorum.
Secũdus obliuio generis. Tertius odiũ mũdi. Et ista
tria fuerunt dicta abrae a domino. Egredere de terra: ec-
ce gradum primum: et de cognatione tua: ecce gradum
secundum: et de domo patris tui: ecce gradũ tertium: et
veni in terram quā monstrauero tibi. id est in religionē.
Hi sunt tres gradus quibus ascendebatur ad thronum
salomonis. Iste thronus est religio in qua dñs residet
tanq̄ȝ in throno et cathedra speciali. Vnde et petrus ra-
uennas vocat religionē paradisum que propria mansio
dei est dicens. Iuxta sententiā cordis mei si paradisus ī
hac vita presenti est: aut in claustro: aut in scolis est. quic-
quid enim extra hec duo est / plenũ est anxietate / inquie-
tudine / amaritudine / formidine / sollicitudine / et dolore.
[Et cum iesus venisset ad locum] vbi erat sycomorus
[suspiciens vidit zacheum] non tātum visu corporis: sed
et respectu pietatis approbans illius deuotionem ⁊ de-
siderium. Bonũ fuit ei videre christũ: sed melius videri
a christo. vbi Beda. Vidit iesus videntem se: quia eligit
eligentē se: et amauit amantē. Hunc sane ordinē ꝑficien-
di hoc est sup fidē dominice incarnationis ad cognitio-
nem diuinitatis perueniendi quasi sycomorũ iesu faciē
speculandi doctor egregius ostēdit cum ait. ¶ Non enī
iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi christum iesum
et hunc crucifixum. hec Beda. Cognoscens ergo et ac-
ceptans iesus desiderium zachei cum vt descenderet vo-
cauit dicens. [Zachee festinans descende: quia hodie in
domo tua oportet me manere] In domo quidem mate-
riali propter refectionem christi et discipulorum suorũ:
et ad ostendendum benignitatem peccatori reuertenti: ⁊
in domo conscientie spirituali per gratie infusionem ne-
cessariam peccatori. Illud etiam dixit christus cuilibet
nostrum vult enī manere in domo conscientiarũ nr̄arũ
et ideo debet preparari ad eum recipiendum. Vnde de
Ps.xcij. ista dicit Psal. Domum tuam decet sanctitudo domine
Gloria enim nostra hec est testimonium conscientie no-
stre. Bene debet domum suam spiritualem emundare et
ornare qui vult tantum hospitem recipere scilicet regē
glorie: quem nec celũ / nec terra potest capere vt ibi ma-
neat. i. per gratiam inhabitet: et non transeat. vbi Beda.
Iu. aũt descendere de sycomoro zacheus: et sic in domo
sua christo mansionē preparare iubetur hoc est q̄d apl's
ait. q̄r et si cognouimꝰ ƀm carnē xp̄m: sed iam nũc nō no-
uimus: si enī mortuꝰ est ex infirmitate: sed viuit ex virtu-
te dei. hec Beda. Verba predicta dñi iesu moraliter ex-
poni possunt de fideli aīa que domus dei dicitur: quia in
ea xp̄us per grām manere dignaꝛ: et hoc hodie. i. in vita
presenti per gratie prelibationē / ac etiā hodie. i. in eterni-
tate per glorie beatā fruitionē. Licet aũt christꝰ in qua- Anime ab
libet fideli anima habitet per fidē: specialiter tñ ad hoc stractio
eligit mētes eleuatas ⁊ abstractas. Debet autem aīa ta- triplex.
lis esse abstracta tripliciter. scȝ a desiderio rerũ tēpora-
lium. a voluptate delectationũ carnaliũ: vel cōmodi cor-
poralis / et a seipsa per abdicationē proprie voluntatis.
Per hec enī tria abstrahiꝛ aīa ab omni impeditiuo salu-
tis cōtra illa tria de quibꝰ dicitur. Omne quod est in mũ-
do: aut ē cōcupiscentia oculorũ: aut concupiscentia car-
nis: aut supbia vite. Hanc triplicē abstractionē docuit
saluator dicens. Qui vult venire post me abneget se q̄ȝtũ
ad tertiũ: et tollat crucē suam q̄ȝtũ ad secundũ: et sequa-
tur me videlȝ relictis oībus q̄ȝtum ad primũ. Et hec tri-
plex abstractio de zacheo cui hec verba dicta sunt scilȝ
[in domo tua oportet me manere] potest intelligi. Quā-
uis enī principium euangelij ipsum diuitem appellauit:
in ꝓcessu tñ eum verum pauperem christi factũ esse com-
memorat. Nam in eo ꝙ dixit [Ecce dimidiuȝ bonorum
meorũ do pauperibus] ⁊c. innuit abstractionē primam
scȝ a rebus tēporalibus. In eo autē ꝙ zacheus ascendit
in arborē sycomorum significatur abstractio a cōmodo
tēporali vel delectatiōe carnali: sycomorus enī est ficus
fatua: et signat carnalis delectationis dulcedinē que fa-
tua est quā ascendēs per hanc abstractionē sub pedibꝰ
deprimit et calcat. In hoc autē ꝙ ipse ad vnam domini
vocē [festinans descēdit: et excepit illũ gaudēs] innuiꝛ
abstractio ꝓprie voluntatis. Et hec tria seinuicem per-
ficiunt: ita ꝙ alterum sine alijs perfectum non est. Si eī
quis sit abstractus a sollicitudine temporalium: et sit de-
ditꝰ voluptati carnis nihil valet: et sic intellige de alijs
suo modo [Et festinās descendit ⁊ excepit illũ gaudēs] Benigni-
et exultans de tanti hospitis aduentu. Iam enim quia tas dñi.
dñm in cor suũ susceperat zacheus: in domo eius digna-
tus est suscipi dominus. In quo facto dñs innuit ꝙ vo-
tis minorũ annuit: et affectus pios ꝓsequitur et perficit
Vide hic benignitatem domini: plus enim dedit zacheo
q̄ȝ ille desiderasset: q̄a dedit illi seipm quod ille petere au-
sus non fuisset. vide etiam virtutē orationis: quia deside-
rium magna vox / et magna oratio est. Et ideo dicit pro-
pheta. Desideriũ pauperũ exaudiuit dñs. Et alibi dñs
ad moysen quid clamas ad me: cum ille ore taceret: ⁊ tā-
tum corde loquereꝛ. vñ Augu. Tota vita boni christiani
sanctũ desideriũ est. quod autē desideras nondũ vides:
sed desiderando capax efficieris: vt cũ venerit quod vi-
deas implearis. hec est vita nostra vt desiderando exer-
ceamur. Tantũ autē nos exercet sanctũ desideriũ / q̄ȝtũ
desideria nr̄a amputauerimꝰ ab amore seculi. hec Augu.
[Et] videntes pharisei et alij malignātes iudei ꝙ intra-
uerat domũ publicani [murmurabāt dicentes: q̄a ad ho-
minē peccatorem diuertisset] Isti peccabũt dupliciter
scȝ falsē iudicando de zacheo: q̄r iā peccator nō erat: sed
vere penitens. Et similiter de christo: quia nō mirũ erat
si diuertebat ad eum quem iustificauerat: quia cor peni-
tentis est christi diuersoriũ vbi pascha manducat. Irra-
tionabiliter etiam murmurabant: quia nullus potest ra-
tionabiliter murmurare / si medicus dignatur egrotum
visitare [stans autem zacheus] ad obediendum domino
promptus nō titubans propter aliorum murmurationē
et detractionem / sicut multi qui ad modicum verbum
aliorum bonum deserunt inchoatum [dixit ad dominũ
ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: et si
quid aliquē defraudaui reddo quadruplũ] scȝ de dimi-
dio residuo q̄d adhuc retineo. Lex enī in aliquibus pre-
cepit restituere duplũ: in aliquibus quadruplum: in ali-
quibꝰ quintuplũ: et ideo per hoc ꝙ hic restitutio media
exprimitur: alie due extreme intelligũtur. Ex hoc autē
ꝙ dimidiũ bonorũ suorũ dedit pauperibus. patet ꝙ nō
oīa bona sua erāt male acq̄sita: q̄r de illis nō posset fieri
elemosyna. Sicut autē zacheus dicit do pauperibus et

reddo q̄druplū:sic debēt facere volentes dare elemosynā/vel reddere male acq̄sita dicētes.do vl̄ reddo/nō dabo vel reddā seu in testamento meo ponā. vbi Beda. Et hec est sapiēs illa stulticia quā de sycomoro publicanus q̄si fructū vite legerat:rapta videlȝ reddere: ꝓpria relinquere: visibilia cōtēnere: ꝓ inuisibilib⁹ etiā mori desiderare:seipsum abnegare et ei⁹ q̄ necdū videbat̄ dn̄i vestigia sequi cōcupiscere. hec Beda. Conspice igit̄ dn̄m et discipulos cū illis pctōrib⁹ comedētes/ac familiariter et domestice cōuersantes: vt eos ad se attraherēt et de pctōribus iustos facerēt. Et q̄ iudei murmurabant q̄ ad hominē peccatorē diuertisset et cū eo maneret: vt ipsorum estimationē et murmur redarguat ꝛ cōpescat quē intus curauerat:etiā a culpa sanatū annūciat⌊ dicēs q̄a hodie sal⁹ huic domui facta est⌋et oī egritudine oī morbo: oīni vitioꝝ cōtagione fugata sanata est:et tota interi⁹ et exteri⁹ sanctificata:q̄ ꝑ dn̄i ingressum facta ē zacheo sal⁹:et q̄ fuerat peccator ꝑ dn̄i redēptionē est iustificat⁹ et salutē cōsecut⁹:q̄ suscepto medico salu⁹ factus est ab auaricia et oī morbo. Vbi theo. Ipm zacheū signat assecutū fuisse salutē ꝑ domū habitatorē designans: sequit̄ eni eo q̄ ꝛ ipse sit fili⁹ abrae:nō eī vocasset abrae filiū inanimā fabricā. hec Theo. Uel eo q̄ et ipse q̄ hui⁹ dom⁹ habitator est iā nō publican⁹ sit:sed fili⁹ abrae fact⁹.s.non natus.i.nō ſm carnē:sed ſm fidē:nō genere:ſȝ fide ꝛ operū imitatione. Abrae nāq̄ filij sunt q̄cūq̄ abrahā imitant̄ et opera abrae faciunt:zache⁹ q̄ppe sicut et abraā i fide creuit:et abraā quidē angelos:zache⁹ ꝯo angeloꝝ dn̄m hospitio suscepit. vn̄ Beda. Fili⁹abrae dr̄ zache⁹:non quia de ei⁹ stirpe generatus:sed q̄ ei⁹ fidem imitat⁹: vt sicut abraā terrā cognationē domūq̄ patriā ob spē future hereditatis dn̄o iubente deseruit:ita et ille q̄ thesaurum in celis acq̄reret bona sua pauperibus partiedo relinquit

Zache⁹ filius abrae

plorans. vnde cantat ecclia. Uagit infans iter arta po: — Joh.xj.
sit⁹ p̃sepia. Secũdo ex imenso amore i lazari suscitatio: — Hebre.v.
ne/ex nimia cõpassione. Tertio in hac solẽni ꝓcessione
Quarto ex intimo dolore in sua passione preces cum la:
chrymis offerens ad deum. Hec sunt quattuor fluminia
de paradiso egredientia ad totius mundi ablutionẽ: re
frigerationẽ:potationẽ:et fecundationem. Hi quattuor
fletus saluatoris possunt referri ad quattuor species fle
tus que q̃si q̃ttuor fluuij paradisi aĩam irrigãt ꝛ fecun:
dãt. Prim⁹ est fletus ꝓ incolatu presentis miserie. Se:
cũdus est fletus compunctionis. Tertius cõpassionis.
Quartus pro dilatione patrie. Primã fletus speciẽ si:
gnificat fletus infantie saluatoris. Unde Augu. Puer
qui nascitur incipit a ploratu: lachryme sunt testes mi:
serie:nõdum loquit et iã ꝓphetizat. Flet⁹ i cruce signat
fletum cõpunctionis: quẽ debent habere illi qui sunt in
cruce penitẽtie. vñ Aug. Sciat se culpabiliter durũ qui
deflet mortẽ amici vel damna rei tp̄alis: et dolorẽ pctĩ
nõ ostendit in lachrymis. Fletus sup destructionẽ ciui:
tatis signat fletũ quo flere debem⁹ sup miserorum cala
mitatib⁹:ꝛ animarũ ruinis:ꝛ perditiõib⁹. vñ Job. Fle: — Job.xxx.
bam sup eo qui afflictus erat ꝛc. Fletus sup lazarum q̃
ad vitã erat reuocãd⁹:ꝛ cui gloria erat differẽda:signat
fletũ ꝓ dilatione patrie. vñ psal. Heu mihi qr incolatus — Ps̃.cxix.
meus ꝓlogat⁹ est. In fletu aũt dñi ostendit q̃ꝫtum flere
debeant qui peccant/qñ sic fleuit qui nũq̃3 peccauit. vñ
Cassio. Ubi princeps tanta afflictione plangebat q̃s il:
lo flẽte nõ fleret:eo gemẽte nõ gemeret? Et notandũ q͏̄ — Mala se:
septẽ mala quasi vẽtura sũt pctõri ꝑ q̃ si ea cogitaret ad — ptẽ pctõri
fletũ incitari posset. Primũ est spoliatio oĩm q̃ sit ei in — ventura.
morte de q̄b⁹ nihil secũ feret. Scd̃m est occursus inimi:
corum qui apprehendẽt eũ inter angustias. Tertiũ est
amissio status penitendi:et miam ꝯsequẽdi. Quartũ est
magna cõfusio cuius cõfusionis causa poterit esse opeꝝ
denudatio:vel bñficiorũ xp̄i exprobratio:vel dei et san:
ctorũ derisio. Quintũ est separatio reproborum ab ele:
ctis. Sextum est exclusio a gloria. Septimum est ge:
hennalis pene miseria. Et valde flendum est pro pecca:
tis propter multa que peccata inducunt peccantibus.

Pctã inducunt multa flenda.

Per peccata enim homo deũ offendit:consortium sanctorum ⁊ angeloꝝ amittit:suffragia ecclesie perdit:animam interficit:dyabolo se subiicit:⁊ in infernũ se dimergit. Cõspice igit̃ bene ipsum dominũ iesum nũc flẽtem: ⁊ si potes fleas cũ eo:flet eñ largiter ⁊ fortiter : quia nõ simulate/sed vere de ipsis dolebat Corde enim amaro dolebat ⁊ flebat illorũ periculũ eternale ⁊ excidiũ temporale:qꝛ nõ cognouerũt tp̃s visitationis sue:quãdo ꝑ incarnationis mysteriũ visitauit eos oriẽs ex alto:vt ipsum dominũ ac predicationẽ eius reciperent:sed magis vsq; ad mortẽ eũ ꝑsecuti sunt. O cor durum vesanum et impium ⁊ tanq̃ vera vita priuatũ oĩno plangendũ:cur more frenetici flente sup te sapiẽtia patris in tãtis miserijs letaris ⁊ rides. Considera lachrymantẽ medicum tuũ:et vt luctũ vnigeniti fac tibi planctũ amarũ. Deduc quasi torrentẽ lachrymas per diẽ ⁊ noctem:non des requiem tibi:nec taceat pupilla oculi tui. Conspice etiam discipulos q̃ libenter ⁊ diligenter vadunt semper iuxta eum:cũ timore tñ et reuerẽtia. Ipsi sui barones et milites comites domicelli et dexteratores. Nec debes credere ꝙ ipso flente alij se potuerint a lachrymis continere. Nobis fratres iste lachryme dñi fiunt vt magistrum imitemur:et ab h̃ tãto p̃ceptore nostro discamus quid i nostrorũ inimicoꝝ morte ⁊ ruina agere debeamus. Vnde ⁊ ipse ait. Diligite inimicos vestros:benefacite his q̃ oderunt vos ⁊ orate ꝓ ꝑsequentibus vos ⁊ calũniantibꝰ vos:non tantũ muros ciuitatis periture:sed ⁊ animarũ ruinã ⁊ perditionem flebat iesus:nobisq; exemplum dabat quid in tali negocio facere debeamus cum peccatorem aliquẽ in eternã dãnationẽ ruere videmus. De tali enim dñi nostri iesu christi exempla sequẽtes nos quoq; flere debemus:et tanto amplius flere q̃to ipse de seipso flere ignorat. Si enim suas infirmitates intelligeret et calamitates que ei superuenture sunt cognosceret vtiq;:⁊ ipse plus alijs de se fleret. Iste fletus dñi compatientis ciuitati de miseria q̃ illi imminebat prefiguratꝰ fuit oli i lamẽtationibus hieremie:qui desolationem eiusdem ciuitatis per romanos futuram deflebat:sic ⁊ nos in afflictione proximorum etiã inimicorũ ex compassione flere debemꝰ exẽplo xp̃i qui cõpassus est suis inimicis. Plus est cõpati afflictis q̃ bona temporalia erogare:⁊ ĩpossibile est illũ gratiã et misericordiã non mereri qui scit afflictis compati et eoꝝ peccata deflere. Intrauit ergo iesus hierosolymã cum isto triumpho et honore turbarũ per supradictã portã aureã que est ad pedes tẽpli a parte vallis iosaphat:hoc ẜm Chry. ipse faciebat non põpã quandã ostendẽs:sed ⁊ ꝓphetiã implens et discipulos propter mortem cõtristatos consolãs et monstrans q̃m hoc pati volens. vbi Rabbanꝰ. Hic introitus eius i hierusalem fuit ante q̃nq; dies pasche: vbi notanda est concordia nõ solũ in rebus:sed etiã i tẽporibꝰ veteris ⁊ noui testamenti. Decima eñi die mensis primi agnꝰ qui in pascha ĩmolaretur domũ introduci iussus est:qꝛ et dñs decima die eiusdẽ mensis:hoc est ante quinq; dies pasche ciuitatem in qua pateretur erat ingressurus. [Et cũ intrasset iesus hierosolymã] vt exhiberet salutem [cõmota est vniuersa ciuitas dicens:quis est hic] per hoc significatum fuit ꝙ intrante iesu hierusalem celestẽ angeli dicturi erant:qs est iste rex glorie? Vñ Rige. Sed et qñ intrauit iesus hierosolymã verã:admirãtes virtutes celestes dicebant. Quis est iste rex glorie? hec Rige. dicebãt ergo [quis ẽ hic] quasi dicerẽt:iste nõ est talis ac tãtus ꝙ talia deberent sibi exhiberi. Mirabant̃ eñ turbe frequentiam nescientes de eo veritatẽ:cui obuiã cũ laudibus occurrũt. vnde Chry. Merito cõmouebantur videntes rem mirabilẽ. Homo laudabat̃ quasi deus:sed deus laudabat̃ in hoĩe:puto autẽ ꝙ nec ipsi q̃ laudabãt sciebant q̃d laudabant:sed spũs subito ingressus in eos nesciẽte aĩa veritatis verba fundebat. hec Chry. Principes itaq; sacerdotum ⁊ maiores indignabantur de reuerentia xp̃o exhibita:⁊ ob hoc tota ciuitas dicitur esse cõmota: qꝛ factũ maiorũ dicit̃ esse factũ totiꝰ ciuitatis vel alteriꝰ cõicatis [populi aũt] .i. simplices ⁊ vulgares quasi rationẽ de ꝯtrario reddẽtes [dicebãt:hic est iesus ꝓpheta a nazareth galilee] imo dñs ꝓphetarũ ⁊ ideo sc; merito debet honorari. Ecce cõfessio dei a minoribꝰ incipit vt ad maiores ꝑueniat. vbi Hiero. Alijs aũt ambigentibus vel interrogantibꝰ vilis plebecula confitet̃ [quia hic est iesus ꝓpheta ã nazareth galilee] A minoribus incipiunt vt ad maiora perueniant:prophetam eñ eum dicunt quem moyses sui similem dixerat esse venturum:a nazareth autem galilee:qꝛ ibi educatus fuerat vt flos cãpi nutriretur in flore ṽtutũ. hec Hier. Et postq̃ dñs ingressus est hierusalem remisit aĩalia ad locũ suũ Memoriam huiꝰ processionis dñice recolit ecclesia illa die. Egrediunt̃ ei fideles cum ramis quasi obuiam domino extra muros vl septa vsq; ad crucem aliqui vadũt in qua ⁊ ramos quos gestant affigentes deponunt. q. d. ecclesia. Mihi autem absit gloriari:nisi in cruce domini nostri iesu christi. Quandoq; aũt iõ eunt:⁊ vsq; ad crucem quasi sic ostendat̃ eis non esse sperandum in quãtalibet gloria mũdi:qꝛ extrema gaudij luctus occupat: ⁊ deinde cum cruce in ciuitatem regrediunt̃ ꝑ eadem significatione illa die gaudio processionis subditur euangelium dominice passionis:forte quia et dominus exultationi inseruit lamentũ ⁊ nos processioni passionem:qꝛ passio fuit causa euersionis pro q̃ fleuit. In proximo ergo bella acturus ⁊ de hostibꝰ triũphaturus cũ triũpho ⁊ gloria:⁊ ad impiã ciuitatẽ ⁊ ad locũ certaminis dñs venit:et certus de victoria ante bellũ quod fieri non solet triũphũ suscepit:vnde et rami palmarũ cum quibus gloriose susceptus est propinquã victoriã super principem mũdi signant. Hodie ergo mater ecclesia duas recolit processiões. Prima fuit quia iudei christũ a mõte oliueti vsq; hierusalem cum ramis oliuarũ ⁊ palmarum et magnis canticis associauerunt:⁊ ista ꝓcessio magne reuerẽtie ⁊ honoris fuit:et hanc ecclesia in euangelio hodierno representat. Secũda est quia iudei christum ab hierusalem ad montem caluarie cũ magnis opprobrijs et irrisionibꝰ deduxerũt:et ista ꝓcessio fuit magne ignominie et doloris:et hanc representat ecclesia in passione hodierna. In istis processionibus ostenditur magna in iudeis multiplicitas voluntatis. Nam in prima cũ magna reuerentia ⁊ deuotione ipsum supra asellum posuerunt. In secunda ipsum cum magna ignominia in patibulo suspẽderunt. In prima vestimẽta sua in via strauerunt. In secunda christum suis vestibus expoliauerũt. In prima ramos oliuarũ ⁊ palmarũ sibi obuiam portauerunt. In secunda spinas acutissimas eius capiti affixerunt. In prima appellauerunt eum regem. In secũda negauerũt eũ dicẽtes:nõ habemꝰ regẽ nisi cesarem. In prima appellauerunt eum saluatorem dicẽtes : osanna: id est salua obsecro. In secũda negauerũt ip̃m saluatorem ꝙ dixerunt qui seipsum saluare nõ poterat. In prima dixerũt ipsum esse benedictum: ⁊ in nomine domini scilicet patris venisse in mundum. In secunda dixerunt ip̃m esse malefactorẽ:et ideo se tradidisse eũ ⁊ crucis patibulo affigendum. Ecce q̃ta instabilitas in istis fuit: quia quem tantum honorauerunt post modicũ ignominiose tractauerunt. Sed propter glorie ꝓcessionẽ maiorem habuit ex consequenti vituperio cõfusionem. vnde Berñ. Quid fuit ꝙ ꝓcessionem habere voluit qui mox futurã nouerat passionẽ? Processio q̃dẽ merito represent̃at:hodie qꝛ hodie facta fuit. Passio ṽo cur addita est quã sexta feria constat esse secutam? forte vt amarior esset passio q̃ processio precessisset. Et iterum. Non sine causa tam noua processio mira quadam cõiunctione adderetur passioni. Nam processio plausum habet:passio vero planctum. Videamus quid conferat ista coniunctio. Vtiq; vt discamus in nulla vnq̃ huius seculi leticia habere fiduciam:sciẽtes quoniam extrema gaudij luctus occupat:sed in die bonorum nõ immemores simus malorum. His enim mixtum est presens seculum: non secularibus tãtum:sed etiam spiritualibus viris. Ideo qui cepit prius facere q̃ docere:non modo verbis : sed etiã exemplis ostendens: quia omnis caro fenum: et omnis gloria eius quasi flos feni: ꝓcessionis voluit gloria sublimari quãdo sibi imminere cognouit diem ignominiosissime passionis. Spiritualibus autem spiritualia comparãtur:in processione quidem celestis patrie representamus gloriam:in passione vero monstramus viam. In processione rapiemur in nubibus obuiã xp̃o i aera: quãdo suscipietur in celesti hierusalẽ christus dñs applaudentibꝰ ⁊ acclamãtibꝰ vndiq; populis vtriusq; testamẽti:quasi q̃ p̃cedebant ⁊ q̃ sequebant̃:benedictꝰ q̃ venit in nomine dñi. In processione considerasti quo ꝓperãdũ

Luc. vj.

Cõpassionis virtus

Cõgruentia tp̃is introitꝰ dñi.

Laudatõ xp̃i per iudeos.

Gala. vj.

Prouer. xiiij.

Triũphꝰ christi.

Processiones due diuerse.

Processionis cause

Actuũ. j.

sit:disce in passione quo eundū sit. Tribulatio eñ p̄sens via vite est/via glorie/via regni. Tolerabilē ꝑinde laborē passionis reddit gloria processionis: quoniā amāti nihil est difficile. Hec bernar. Oratio.

Domine iesu xp̄e q̄ v̄bo ꝛ exēplo magis docuisti nos flere q̄ꝫ ridere: obsecro te per beatissimas lachrymas ꝛ oēs misatiōes tuas doce me vt pctā mea ꝛ picula īminētia sp̄ videā et cognoscā: ne inimici mei scꝫ demonū suggestiōes tēporaliū rerū pulchritudines ꝛ carnales voluptates circūdēt coangustēt:et ad terrā ꝓsternāt me:vt filios scꝫ sensus cogitat⁹ et act⁹ meos ꝛ ordinē v̄tutū destruāt:vt inde laudem te/ ꝛ cōfitear nomini tuo altissime. Amen.

¶ De eiectione vendentium et ementium de templo. Capitulum.xxix.

Mat.xxj.



Venit autē ies⁹ directe ad tēplū ꝛītrauit ī ip̄m. Ubi nota q̄ tēplū accipit aliq̄ñ ꝓ domo tēpli qḋ diuidebat ī duas partes: vna ps vocabat sanctū vbi ꝓpe ostiū sancti sctōꝝ erat altare incensi seu thimiamatꝭ aurotectum:mēsa ꝓpositiōis ꝛ cādelabrū:alia ps erat sancta sctōꝝ vbi erat archa testamenti et duo cherubin. Illā partē q̄ dicebat sanctū intrabāt quotidie sacerdotes ad offerendū incensū et nulli alij. Intra sancta sanctoꝝ solus summ⁹ pōtifex intrabat:ꝛ semel in anno. Aliq̄ñ aūt accipit tēplū large ꝓ quadā platea quadrata ante tēplum muro clausa/ꝛ dicebatur atriū sacerdotū:vbi sub diuo erat altare holocaustoꝝ ere cooꝑtū:ꝛ istud intrabāt nō solū sacerdotes/sꝫ etiam leuite eos in excoriatione:ꝛ ablutione hostiarū ꝛ cōsimilibus adiuuātes vulgares aūt hoīes illud nō intrabāt: sꝫ ad ostiū illi⁹ atrij aīalia viua sacerdotib⁹ offerebant. Ista aūt duo loca nō intrauit xp̄s: q̄ nō erat sacerdos nec leuita. Sed p̄ter ista duo loca erant adhuc duo alia vbi hoīes sub diuo in orōne erāt et ī vno viri ꝛ ī alio mulieres orabant: ꝛ ista tria vocabant noīe tēpli:ꝛ de hoc dicit q̄ iesus intrauit in tēplum dei:ac petr⁹ et iohānes ascēdebant in tēplū ad horā orationis nonā. [Intrauit aūt iesus] ꝓtin⁹ [in tēplū] p̄cipue propter tria. Primo ꝺm bedā.vt doceret nos formā religiōis quā sequamur scꝫ vt quocūq̄ ꝑgimus. Primo domū orationis si ibi est adeamus:et per orōnes deo cōmēdati sic ad agenda negocia secedamus. Secūdo q̄ loc⁹ public⁹ erat vbi posset inueniri:ostendens se non inuite sed sponte pati. Tertio vt ostenderet q̄ ruina vrbis et populi ꝓ qua fleuerat maxime ex sacerdotum culpa fuit et inde radix ꝑditionis ꝓcessit. Hoc ꝓfecto innotuit cū post maloꝝ imminētiū enarrationē ꝓtinus tēplum ingressus est vt de illo vendentes et ementes eijceret:in signū q̄ sacerdotes tanq̄ꝫ indigni essent de tēplo ꝛ officio eijciēdi. Sicut eñ templū est in ciuitate:ita vita sacerdotū in plebe. vñ ꝺm glo. Simonia sacerdotū causa fuit destructiōis iudeoꝝ. Sacerdotes eñ auaricie sue consulentes in porticibus et atrijs tēpli hostias cuiuscūq̄ generis vendebant ne venientes victimas nō habentes nihil offerrent si hostias presto non inuenirent:et hoc faciebant vt vendita iterū oblata reciperent:ꝛ ne pauperes non solū hostias sꝫ et vnde emerent non habentes excusationē pecunie non habite pretenderent:posuerant ibi nūmularios qui mutuā sub cautione ꝛ spe alicuius doni pecuniā darēt: sed q̄ lex nō patiebat vt a fratrib⁹ suis vsuras acciperent: ideo qḋ nō audebant dare ad vsurā:dabant nomīe collibioꝝ:vt sic ꝓ nūmularijs collibistas facerēt. Collibia aūt dicunt apḋ eos vilia munuscula vt ciceris ꝛ vue passe:ꝛ pomoꝝ ꝛ his similia:collibiste igit licet ꝓ illa accomodatione pecunie non reciperent pecuniā vltra sortem:recipiebant tñ mūera vel xenia:quasi quod in nummo nō licebat:in his rebus que nūmis coemūtur liceret qḋ ꝓhibuit ezechiel dicens. Usuram et omnē supabūdantiā nō accipietis. Sic et hodie multi predictis sunt similes: vsuram ꝛ symoniam sub nomine charitatis vel gratitudinis palliantes. Ualde periculosum est munera accipere:quia hoc est libertatem vendere. Uñ seneca Quedā gratuita nobis videntur que charissime cōstāt pro quibus nosmetipsos impendimus que emere nollemus. Si nobis domus nostra ꝓ illis esset dāda:si amenū aliqḋ fructuosum ve prediū:ideo nihil est cuiq̄ꝫ seruilius:nostri essemus si ista nostra nō essent:quisq̄s nr̄am tutā agere vitā volet:ista viscata bñficia deuitet in quibus miserrimi fallimur. Sapiēs cū primo videt munuscula a theatro surgit ꝛ scit magna paruo cōstare. vilem predā:magno incōmodo luimus. Beneficiū accipere libertatē vendere est. hec Seneca. vbi Chry. Hoc ꝓpriū boni filij vt veniēs primo ad domū curreret patris ꝛ illi honorē redderet qui genuit eū. Et tu imitator xp̄i fact⁹ cum in aliquā ingressus fueris ciuitatem primum ante omnē actū ad ecclesiam curras:et hoc erat boni medici vt ingressus ad infirmā ciuitatē sanādā primū ad originem passionis intenderet. Nam sicut de templo oē bonum egredit:sic et de tēplo oē malū ꝓcedit. Queadmodū medicus q̄ñ primū ingredit ad infirmum de stomacho ei⁹ interrogat et eum cōponere festinat:q̄ si stomachus san⁹ fuerit totū corp⁹ validū erit:si autē dissipat⁹ fuerit totū corpus infirmū est:ita si sacerdotiū integrū fuerit tota ecclesia floret:si autem corruptū fuerit fides marcida est. Cor eñ et stomach⁹ sacerdotiū intelligit: q̄ in reb⁹ sp̄ualib⁹ per eos tot⁹ popul⁹ gubernat. Sicut eñ cor sapiētie loc⁹ est:ita sacerdotes receptacula sunt sapientie spiritualis. Et sicut stomachus accipiens cibū coquit eū in semetipso:ꝛ per totū corpus dispgit:sic et sacerdotes accipiunt scientiā sermonis ꝑ scripturas ex deo et coquentes eam in se.i.tractantes ꝛ meditātes apud se vniuerso populo subministrant. Uidete ergo sacerdotes quō vos cōponatis in verbo et opere:q̄ñ sicut in corpore si aliquod infirmatū fuerit mēbrū nō oīno lāguet ꝛ stomach⁹:si autē stomachus lāguescit oīa membra inueniunt infirma:sic si aliq̄s xp̄ianoꝝ peccauerit nō oīno peccant sacerdotes:si autē sacerdotes fuerint ī pctis:tot⁹ ppl's ꝯuertit ad peccādum. Ideo si vnusq̄sq̄ christianoꝝ ꝓ suo pctō dat rōnē:sacerdotes autē nō tātum ꝓ suis:sed et ꝓ oīm peccatis daturi sunt rationem. Uidit arborē pallētib⁹ folijs marcidā intellexit studiosus agricola:q̄ lesionē in radice habet. Nam vere quēadmodū cū videris arborē pallētib⁹ folijs marcidā intelligis:quia aliquā culpam habet erga radicē. Ita cū videris populū indisciplinatū et irreligiosum: sine dubio cognosce:q̄ sacerdotiū eius nō est sanū. hec Chry. Ualde ergo deflendi sunt clerici quādo cadunt:q̄ eoꝝ casus est magis periculosus. vnde Chry. Nihil in tantū destruit ecclesiā dei sicut clericos laicis esse deteriores. Cernēs ergo dñs in domo patris sui negociationē seu latrocinīū istiusmodi ardore spiritus cōcitatus fecit sibi flagellū de funiculis et eiecit ipse dñs templi vendentes et emētes de templo cum hostijs suis et mēsas trapezetarum et cathedras vēdentiū colūbas euertit: nec aliquod vas deo non dicatū et sacratū mercandi gratia per templū transferri permisit. Interdixit quidē de vasis mercationis ꝛ humanis vsibus applicandis:non de vasis deo dicatis:q̄ vasa diuino cultui deputata debebant ibi ꝛ non alia esse. Ergo nec cophini vel alia vtensilia cōmunia ꝑ eccl'iam debēt deportari. vñ beda. De vasis dicit illis que mercandi gratia inferebant. Ceterū absit vt vasa deo dicata dñs eijceret de templo:vl' introferri prohiberet in templū:sed potius vbi futura sibi examinis insigne pretendit exemplū: īmunda et ꝓphana eliminat vasa de tēplo ac ne ampli⁹ inferant ꝓhibet: quando non solū de eccl'ia oēs repellet ac deturbabit reprobos:verūetiā ne vltra ad turbandā ecclesiam intrēt eterno eos verbere cōpescit. Sed et in p̄senti hec est vera domus dñi.i.cor fidelium purificatio vt nō tñ pctā q̄ inerāt diuinit⁹ īmissa cōpunctio tollat: sed etiā ne vltra repetant diuina in ei⁹ grā ꝑseuerās adiuuet. hec Beda. Et hec fuit scḋa eiectio. Bis ei legit dñs hoc fecisse ad significandū q̄ eijciendi sunt tales ab ecclesia militante ꝑ sententiam ꝛ a triūphāte per penam. vbi Theophil⁹. Hoc etiam dñs fecit in principio predicationis sue:et nūc iterū illud fecit quod ad crimen ꝛ in maximā redargutionē iudeoꝝ redundat:q̄ nō fuerunt ex priori admonitione castigati:et cum dominus hoc totiens fecerit ipsi minime se correxerunt. vnde Chryso. In q̄ minor est excusatio iudeorum quoniam cum bis hoc idem fecisset morabant tñ in sua demētia. hec Chry. Unde in prima eiectione eiecit tantū vēdētes et ex hoc nobis datur fiducia impetrādi:vt quid eñ vellet domin⁹ ibi nos

Altare holocaustoꝝ

Introit⁹ dñi in templū cause.

Symonia destruxit hierusalē.

Mun⁹ recipere est libertatē vendere.

Templū primo petendum.

Medici boni ē habere precipuam curā de stomacho.

Sacerdotū cura.

Uasa a dño ꝓscripta tēplis.

Eiectio secunda acrior.

orare: nisi ipse vellet nos audire. hic autẽ durius agendo
etiã emẽtes qui numero erant plures. In prima etiam ex
pulsione eos appellauerat negociatores: sed vt statim pa
tebit hic acrius reprehendendo appellat latrones: vñ
ꝓ hoc exẽplũ ꝑlatis ꝙ durius dꝫ arguere secundũ petrũ
ꝗ primũ: qr grauius est (ceteris paribus) ratione ingrati
tudinis. Hic etiã et in prima eiectione maior seriositas
et rigor ⁊ austeritas de xp̄o exprimitur ꝗ nusꝗ alibi de
eo legitur: qr ſm Chrys. In proprijs iniurijs esse quẽm
piã patientẽ est laudabile: iniurias autem dei dissimula
re nimis est impiũ. Unde christus iniurias suas patien
ter sustinuit: iniurias autem patris sui nullatenus dissi
mulauit. Hec flagellatio et eiectio malorũ de tẽplo olim
prefigurata fuit in heliodoro: q cum audacter manu ar
mata templum intrasset vt illud spoliaret: quidam adue
nientes eum flagellauerunt: et tanꝗ mortuũ reliquerũt
Heliodorus flagellatus fuit ꝓpter tẽpli spoliationem / iudei
propter vsure palliationẽ. ¶ Moraliter autem per hunc
actum xp̄i datur intelligi ꝙ deus quotidie suã ecclesiã
intrat / et qualiter ibi vnusquisꝗ conuersetur attendit.
Caueamus ergo ne in ea risibus et fabulis vel alijs illici
tis vacemus: ne improuisus veniens nos flagellet / et de
ecclesia sua ac demũ de regno eijciat et expellat. Nam q
peccata peccatis addit quasi funẽ quo hic vel in futuro
flagellatur vel ligetur connectit: funiculi ergo quibus ma
li eijciuntur sunt incrementa actionũ malarũ: qa funicu
lis peccatorũ suorum vnusquisꝗ cõstringetur: vñ Aug.
Ergo qñ aliquid patiuntur propter iniquitates suas hi
qui vel ficte bonũ vel aperte male faciunt in ecclesia agno
scant qr dñs fecit flagellũ de resticulis peccatorum suo
rum: et admonet eos vt mutẽt se ne sint negociatores ne
tandem audiant. ligate illis manus et pedes: et proijci
te in tenebras exteriores. hec Aug. In hoc ꝙ dñs expu
lit de templo boues / et oues / et nummularios / et venden
tes columbas euertit / mystice designatur ꝙ prelati con
stanter debẽt reprimere hypocritas pelles ouinas simu
lantes: tyrannos cornu sue potentie bonos ventilantes:
vsurarios et symoniacos dona spiritus sancti qui per
columbam intelligitur vendẽtes. Maxime autẽ ex hoc
facto domini enormitas symoniace prauitatis ostendi
tur: qr nusꝗ alibi corporaliter restitisse et alios impulisse
se vel eiecisse narratur. ¶ Si igitur eũ in hoc quoꝗ imitari vo
lumus: si non aliter possumus etiam violenter symonia
cos ab ecclesia pellere debemus: si tamen vires suppetant
quibus hoc sine ecclesie detrimento facere valeamus. Au
dite hec symoniaci / audite negociatores nephandi: aut
a negocijs cessare / aut de templo exire. Vos nummula
rij estis: vos columbas et gratiã sancti spiritus vendi
tis: vos sine nummo et precio nihil agitis. ¶ Mẽs quidẽ
symoniaci a templo dei vel ante humanos / vel ante dei
oculos eijciuntur et dei dono priuantur. Similiter cle
rici et religiosi qui in templo dei sunt deputati: si secula
ribus et terrenis negocijs se implicent merito eiectionẽ
a deo ⁊ eius indignationẽ timere debent. O quanta mala
gerunt hodie in ecclesia: que si dñs tunc inuenisset vtiꝗ
grauiter tunc puniuisset. vñ Beda. Eiecit cõmercia re
rũ humanarũ de domo illa in qua diuinas tantũ res agi:
hostias et oratiões deo offerri: verbũ dei legi / audiri / et
decantari preceptũ erat. Et quidẽ credendum est: qa ea
tñ vendi vel emi reppererit in templo que ad ministeriũ
necessaria essent eiusdem templi iuxta quod alĩs factum
legimus / cũ idẽ tẽplum ingrediens inuenit in eo venden
tes et ementes oues / boues / et colũbas: que nimirũ om
nia non nisi vt offerrentur in domo domini eos qui de lõ
ge venerant ab īdigenis ꝯparare credẽdum est. Si ergo
dominus nec ea volebat in templo venundari que in tẽ
plo volebat offerri: videlicet propter studiũ auaricie si
ue fraudis: qđ propriũ solebat esse negociandorũ facinus:
quanta putas animaduersione puniret si inuenisset ibi
aliquos risui vel vaniloquio vacantes: aut alij cuilibet
vitio mancipatos. Si enim ea que alibi libere geri po
terant dominus in domo sua videlicet temporalia nego
cia geri non patitur: quantomagis ea q nusꝗ fieri licet: hi plus
celestis ire merentur si in edibus deo sacratis aguntur:
hec Beda. ¶ Moraliter tempore isto scto appropinquã
te pascha iudeorũ .i. confitentium / ascẽdit iesus hieru
salem / i. cor humanum vel animam sanctam ⁊ deuotam
per gratie sublimationem eleuatam: nam hierusalem in

alto sita est. vñ dicitur ascẽdit. Templum in hierusalem
est eminentior pars aĩe: puta superior pars rationis que
soli deo et eternis debet intendere: illuc ascendit deus ꝑ
effectum sacramenti / vel etiam sua presentia spirituali
animã visitando. Sunt aũt quattuor precipue que chri
stus in templo spirituali nõ patitur / designata ꝑ quattuor
que inuenit ī templo materiali / et sunt quattuor defectus
etiã in viris religiosis qñꝗ reperti. Primum est nimia
sollicitudo tẽporaliũ in acquirendo ipsa et conseruando.
hoc significatur ꝑ es qđ xp̄s effudit de tẽplo. Non autẽ
sollicitudo tẽporaliũ simpliciter prohibetur: sed nimia
et ne in templo sit. i. in mente que solis eternis dꝫ vacare
Vñ qñ tẽporalia ī hoc tẽplo habentur peccatur mortaliter:
qr creatura ponitur loco creatoris / et tẽporalia loco eter
norũ. Secũdũ est incautus vsus temporaliũ et incircũspe
cta consideratio de euitandis periculis: qđ signatur ꝑ bo
uem: q cum libenter herbas comedit qñꝗ nociua in her
bis absconsa deuorat ⁊ deglutit. Sic plerisꝗ accidit cũ
vtimur temporalibus volendo accipere id quod est ne
cessariũ: qr latet sub necessitate superfluitas et voluptas
Tertium est timor inordinatus ⁊ stolidus. quod signatur
ꝑ ouem in qua plus abundat priuatio intellectus ꝗ in ali
is quadrupedibus. et si tẽpore tonitrui remanet sola et
fuerit impregnata / abortit pre timore. Sic homines ni
mis timidi abortiunt fructum ꝑfectus spũalis. Quar
tũ est inexpeditio vel tarda progressio in expletiõe ope
rũ virtuosorũ: et hoc significatur per colũbam que nimis
deliberat de volatu: collũ vndiꝗ circũflectẽdo et circũ
spiciendo ad quã partem ire velit: sed sepe interim sagit
ta eam percutit vel accipiter rapit: sic accidit hominibus
pigris et inexpeditis. Sed talia a xp̄o in suo ingressu a
templo anime expelluntur: facit enim flagellũ de funiculis
tribus quorũ primus est infirmitas corporalis: secundus
tribulatio cordialis: tertius ex instinctu diuino ammoni
tio spiritualis. Hoc flagello christus predicta quattuor
ab anima fugat et eijcit / et nihilominus cathedras ⁊ mẽ
sas euertit / ne facilem ingressum habeat / et dixit eis / s. qs
de templo eiecerat. / Scriptum est / i. s. in Ysaia. / Domus
mea / i. nomini ⁊ cultui meo dedicata / domus orationis
vocabitur / non rapine vel furti: non negociationis et va
ne locutionis vel spectaculi. Et ex hoc datur nobis ma
gna fiducia impetrandi. Et quid enim vellet dominus
ibi nos orare: nisi ipse vellet nos exaudire. In hoc etiã
ostendit se illius deum esse: quia templum solius dei est do
mus. Ubi Ambro. Deus enim templũ suũ non mercatio
nis vult esse diuersorium: sed domicilium sanctitatis. Et
Hugo. In quo non debent vendere et emere: sed oratio
nibus tantũ vacare qui congregantur in domo orationis
Nemo ergo (vt ait Aug.) in oratorio aliqđ agat nisi ad
qđ factũ est. vnde et nomen accepit. Sed heu nũc domus
dei domus dissolutionis et cupiditatis potest vocari.
Ideo subditur. / ¶ Vos autem fecistis illã speluncã latro
nũ / latrones enim non curant nisi de lucris temporali
bus quocunꝗ modo acquirant: et ideo in spelũcis se ab
scondũt. vnde Grego. Domus orationis spelũca latronũ
facta fuerat: qa ad hoc in tẽplo assistere nouerant: vt aut
non dantes munera studerent corporaliter persequi: aut
dantes spiritualiter necare. Tẽplũ quoꝗ et domus dei
est ipsa mens atꝗ conscientia fidelium. Que si quando
in lesiõe proximi peruersas cogitationes profert / quasi
in spelũca latrones resident. Et non iam domus oratio
nis / sed spelũca latronis est quãdo relicta innocentia et
simplicitate sanctitatis / illud conatur agere vnde valeat
proximo nocere. Hec Greg. Spelunca latronũ dicitur esse
locus vbi spolia q latrones rapiũt congregantur / et hoc fe
cerunt sacerdotes de templo: qa non curabant de cultu
dei sed magis de excoriatione populi: et hoc per astuti
as varias et exquisitas. Similiter et hodie clerici plus
curant de suo lucro ꝗ de ecclesie seruitio. Sicut enĩ ma
gni latrones in speluncis suis existentes / quando sciunt
transire aliquos parum habentes non exeunt de spelun
cis: sed mittũt famulos suos ad expoliandum illos: quã
do vero sciunt transire homines multum pecuniosos
currunt illuc de primis ad illos. Sic multi canonici et
clerici quando sciũt lucrum magnum currũt ad ecclesi
am: sed qñ lucrũ est modicũ remanent in domibus ⁊ se sub
trahunt / ac clericos suos ad ecclesiam mittunt. ¶ Et no
ta quadruplicem vsum ecclesie: quia primo est domus

[Marginalia:]
Austeritas i h facto xp̄i.
Symoniaci expellẽdi.
Clerici secularibus deditti.
Quattuor ex tẽplo aĩe pellenda.
Esa. lvj.
Spelũca latronum

Ecclesie vsus quadruplex. reconciliationis: quo ad penitentes. ẜm illud Genesis:
non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Scdo ora:
tionis: quo ad proficiẽtes sicut dr hic. Tertio instructio
Genesis. xxviij. nis: quo ad perfectos. ẜm illud Esaie. Venite ascẽdamꝰ
ad montem dñi et ad domum dei iacob/et docebit nos.
Esaie.ij. Quarto iubilationis et laudis: quo ad omnes ẜm illud
Ps̃.lxvij. psal. in ecclesijs benedicite deo. et illud. beati q̃ habitant
ps̃.lxxxiij in domo tua dñe. Sed fit spelũca latronũ ẜm q̃druplex
latrocinium: vel scripturarum quando corrumpunt vt
ab hereticis: vel gratiarũ qñ sacramenta vendunt vt a
symoniacis vel prebendaꝝ qñ emunt vt ab ambitiosis:
vel pecuniarum qñ male expenduntur vt a voluptuosis.
Lucrũ a clericis sectantes. Vel ẜm Hiero. Latro est ꝛ tẽplũ dei i latrocinium seu la:
tronum specum conuertit qui lucrũ de religiosis secta:
tur. Hoc lucrũ sectant aliqui per studiũ scientie vt que
stuarij aduocati: aliqui p fortitudinem potentie vt nobi
les: aliqui per oblationem munerum vt diuites mundi.
Joh.x. De his omnibus dicit iohãnes. Quotquot venerunt fu:
res sunt ꝛ latrones. [Et accesserunt ad eũ ceci et claudi
in tẽplo] testes vocis et laudis pueroꝝ [et sanauit eos]
vt qđ pueri clamabãt verbis ꝛ ore ipse ostenderet factis
et opere quasi etiã testis ipsorũ. Clamabãt enim osanna
id est saluifica quibꝰ p opera respondit: q2 salutẽ tribuit
Ac si diceret. Bene clamatis saluatorem: q2 ecce do sa:
lutem. ¶ Moraliter ceci sunt ignorantes/claudi vero re:
ctitudinem iusticie dimittentes/et isti curant per iesum
et per bona consilia et hortamenta sectatorum eiꝰ. Con:
Honor nõ repressit iustitiam. sidera nũc q̃ dñs cũ magno honore receptꝰ propter ex:
hibitam sibi reuerentiam non dimisit iusticiam: q2 mox
templum intrauit/et omnes vendentes et ementes inde
eiecit/nec ꝓpter seuerã iusticiam obmisit suã misericor:
diam: q2 mox cecos ꝛ claudos sanauit: propter qđ dat in:
telligi q̃ iudex et prelati propter impensum sibi fauorẽ
non debent dimittere iusticie rigorem: nec propter rigo
rem iusticie debent dimittere dulcedinem misericordie.
[Videntes autem] et admirantes [principes sacerdo:
tum et scribe mirabilia que fecit iesus] in tante multitu:
dinis de templo eiectione/i cecoꝝ et claudorum sanatio
ne/et pueros clamantes in templo ipsum. s. eẽ verũ xp̃m
et dicentes. osanna filio dauid: ipsi enĩ pueri et cetere tur
be cum laudibus xp̃m vsq3 in templum deduxerũt: mo:
ti contra ip̃m rancore et inuidia indignati sunt: q2 mali
de laude bonorũ dolere cõsueuerunt. vbi Chry. Qui in:
grediebatur vt hõ/laudabat vt deus. Qui celabatur in
carne/demonstrabat in voce. Quem malicia sacerdotũ
quasi hominem blasphemabat hunc innocẽtia paruulo
rũ quasi deũ exaltabat. Quãtũ aũt ille glorificabat tan
tũ sacerdotes inuidia torquebant ꝛ illiꝰ honor fiebat il:
lis tormentũ. Sic enĩ est res. Qñ boni in sua virtute lau
dantur/mali in sua inuidia cruciantur. hec Chry. Sũq3
manus nõ auderent timore populi in eũ inijcere/nec mi
racula manifesta ĩpugnare: arguebant tñ eũ de applau:
su quem sustinebat circa se/et testimonium populi atq3
puerorũ clamantiũ. osanna filio dauid. vertebãt in calũ:
niam q̃ videlicet hoc nõ dicit nisi soli filio dei. Vñ dixe
runt ei [audis qđ isti dicunt] Quasi dicerent. Talẽ lau:
dem de te merito nõ deberes sustinere: q2 si tu iustꝰ et bo:
nus esses/talem gloriam ꝛ applausum declinares. Vbi
Chry. Et nimirũ hoc xp̃i erat dicere ad eos. Non audi:
tis qđ hi dicunt: Sicut ei deo cantabãt illi pueri. Et ite
rũ et vos videtis q̃ ego facio. Illos loquẽtes attenditis
et me facientẽ nõ cõsideratis. Ego factis interpretor vo:
ces illoꝝ. Hec Chry. [Jesus aũt dixit eis. Vtiq3] scz au
dio et audire debeo: q2 hoc est ex diuina preordinatione
ẜm q̃ scribitur in ps. [Nunq̃d enim legistis ibidem. ex
Ps̃.viij. ore infantium ꝛ lactantium pfecisti laudem.] Et bene di
ci perfecisti: laus enim ĩchoata fuit a turbis in via. Pro
fert autem de psalmo exemplum: vt tacente dño testimo:
nium scripturarum firmaret dicta puerorũ: q̃si diceret:
Vos q̃ estis legisperiti: debetis scripturam hanc scire: et
p consequens me non reprehendere. Vbi Chrys. Intel:
ligimus quia infantes dicebant non etate/sed simplici:
tate cordis. Infantes enim lactantes nec intelligere ali:
quem/nec laudare possunt. Lactantes enim dicebãtur
qm̃ quasi lactis suauitate: ita mirabilium delectatione
excitati clamabant sicut scriptum est: sed exultaui aĩam
Ps̃.cxxx. meã sicut ablactantes super matrem suam: lac enim dr
opus miraculoꝝ: q2 miracula nullum laborem videnti:
bus ponunt: sed videntes admiratione delectant/et ad
fidem molliter inuitãt. Panis aũt est doctrina perfecte
iusticie quam accipere non possunt nisi exercitati sensus
circa res sp̃uales. hec Chry. Et oĩs simplex doctrĩa lac
dicitur: quia delectat et faciliter capitur sicut lac sine do
lore sugentium sugitur. Oratio.

Generale terroris tui dñe signũ fecisti quãdo
flagello de funiculis facto oẽs de tẽplo eieci:
sti: pretendens in oculis flãmã tue diuinitatꝭ
precor ꝛ obsecro dñe te: da mihi te terribilem
presentẽ attendere: vt sancto te timeam timore. Magna
enim sunt iudicia tua dñe et inscrutabilia: que cum consi
dero/contremiscunt oĩa ossa mea: qm̃ nõ securat homo
viuens sup terrã: sed in futurum oĩa reseruant incerta vt
semp seruiamus tibi pie et caste in timore/et exultemus
tibi cum tremore. Amen.

¶ De duobus minutis vidue: et de pharisei: et publicani oratione. Capitulum.xxx.

Et sedẽs iesus cõtra [ga: Lu.xxj. et Mar.xij.
zophilatium] id est diuitiarum reposi
toriũ [aspiciebat eos qui mittebãt] et
ponebãt [munera sua] i. oblationes in
illđ. Erat aũt gazophilatiũ archa fo:
ramẽ desuper habens iuxta altare ad
dexterã posita in qua mittebat et ser:
uabatur pecunia pro sustentatione edificiorũ templi et
alijs q̃ erãt ad tẽplũ ꝛ ministeriũ necessaria: necnõ pau:
peribꝰ et viduis inde nutriendis ac pro sacerdotibus et
ministris. Dicit autẽ gazophilatium porticus vbi tales
arche et oblatiões seruabantur. de quo etiã alibi in euã:
gelio dr. Hec locutus est iesus in gazophilatio docẽs in Joh.viij.
tẽplo. Vñ Beda. Nã sermone greco philaxe seruare dr
et gaza lingua persica diuitie vocant. gazophilatium lo
cus appellari solet quo diuitie seruant quo noĩe ꝛ archã
in qua donaria ppl̃i congregabant ad vsus tẽpli neces:
sarios et porticus in quibus seruabãtur appellabãt. hec
Beda. Et cũ multi diuites multa mitterent [vidẽs quã
dam viduã pauperculã mittentẽ erea minuta duo] id ẽ
duos nũmos ereos valentes quadrantem seu quartam
partẽ cycli. s. obolos quinq3 quos cum sudoribꝰ ad diu:
turnum victum acquisierat [dixit] discipulis q̃ plus om
nibꝰ misisset: q2 miserat de penuria sua et sibi necessaria
omnia que habuit et totũ victũ suum: id est omnia neces:
saria corpori sine quibus non est viuere se de cetero i to:
tum committens deo. Alij vero ex supabundanti sibi et
superfluo miserunt quod non debeant retinere: sed ero:
gare. Non dicit q̃ miserunt qđ abũdat: sed ex eo qđ abũ
dat illis/et ex abundanti ad denotãdũ q̃ nõ dederũt to:
tum superfluum/sed partem modicam. Sacerdotes q̃p
pe qui erant auari docebãt q̃ ille qui plus offerebat i tẽ:
plo absolute loquẽdo plus habeat de merito qđ falsum
est: quia quantitas meriti non accipit ẜm quantitatẽ do
ni absolute: sed per comparationem et facultatem dan:
tis et promptitudinem beneuolũtatis et deuotionis. Vñ
ẜm doctrinam sacerdotum multi diuites iactabant mu:
nera multa et magna: sed ẜm xp̃i sententiam vidua hec
pauper plus omnibus misit: non absolute loquendo: sed
considerata facultate et bona voluntate sua: non effectu
ponderis: sed affectu deuotionis: non plus in quantita:
te: sed i charitate: vt dicatur plus: quia ampliori deside:
rio et feruore: quod enim potuit misit: et quod non potu:
it desiderauit. item plus comparatione: quia totum de:
dit. item plus dati qualitate: quia de sibi necessario. item
plꝰ diuina acceptatione: quia christus plus approbauit.
Preferetur ergo diuitibus vidua paupercula: quia plus Vidua plꝰ dedisse probat ceteris.
est pauperi dare modicum/q̃3 diuiti dare multum: sicut
plus est puero ferre pondus paruum: q̃3 forti viro ferre
magnum: et deus plus attendit dantis affectum q̃3 do:
num: et plus ponderat quantitatem deuotionis q̃3 mu:
neris. Vnde Hiero. Non quantum: sed ex quanto dede:
ris considerat deus. Et Grego. Cor namq3 ꝛ nõ substan
tiam pensat deus. nec perpẽdit quãtum in eiꝰ sacrificio
s3 ex quãto proferatur. Vnde etiã Chry. Non etiã pau:
citatem oblati: sed copiam affectus intuitus est deꝰ. Qđ
sine quis tantum offerre sicut et vidua offert saltem to:
tum superfluũ. hec Chry. Si autem bina minuta que vi:
dua misit in archam plus omnibus muneribus deo pla

cuerunt:si amor dei et proximi omnia vincit qui semper archa cordis seruari debet: per duo etiã minuta animã et corpus accipere possumus q̃ deuote deo offerre debemus.¶ Moraliter autẽ hec vidua pauper dici potest ꝑsona simplex carens diuitijs et scripturarũ notitia/ que tamen apud deum plus meretur orationibus et vita q̃ potentes in tẽporalibus et magna sciẽtia. vnde cũ Aug. legisset vitam pauli simplicis dixit. Simplices et indocti rapiũt celũ:et nos cũ litteris nostris demergimur in infernũ. Ista quoq̃ vidua signat cuiuslibet fidelis animã que nunc debet se reputare viduã q̃diu est ab amplexibus spõsi sui christi separata:et sicut vidua ducit semper vitam lugubrem/ et induit vestes viduitatis sue: sic anima deuota debet esse in luctu penitentie/ꝛ corpore/ꝛ mẽte in humilitate. Hec debet offerre christo duo minuta:scilicet affectum cõpassionis verbi ꝛ facti:et quãdoq̃ verbũ compassiuũ bene valet factũ/et quandoq̃ melius est q̃ datum. vnde Theo. Uidua ista anima hominis est relinquẽs sathanã cui fuerat adiuncta:que mittit in templi erario duo minuta:carnẽ scilicet et mentẽ: carnẽ quidem per abstinentiã:mentẽ vero per humilitatem:vt sic audire valeat q̃ totũ victum suum posuit/nihil de suo relinquẽs mũdo. vbi ꝛ Beda. Hic nobis locus moraliter quidẽ intimat q̃ sit acceptabile deo quicquid bono aĩo attulerimus. Iuxta vo leges allegorie/ diuites iudeos designãt de iustitia legis elatos. Uidua paup / ecclesie simplicitatem designat: que recte paupercula vocatur: q̃r vel superbie spiritũ:vel concupiscentias temporaliũ: vel peccata tanq̃ mundi diuitias abijcit. Uidua vero/ quia vir ei⁹ ꝓ ea mortem pertulit hec in gazophilatium era mittit duo minuta:quia in conspectu diuine maiestatis cum dilectione dei et ꝓximi seu fidei orationisq̃ munera defert: que ꝯsiderata ꝓprie fragilitatis minuta: sed merito pie deuotionis accepta cũctis superborũ iudeorum operibus prestant.ex abũdantia sibi iudeus mittit in munera dei qui de iustitia sua presumens hec apud se orat quasi nõ apud deum.deus gratias ago tibi:q̃r non sum sicut ceteri hominũ raptores/iniusti. Omnẽ autẽ victum suũ ecclesia in dei munera mittit:q̃r omne quod viuit/nõ sui meriti:sed dei esse muneris intelligit di.deus ꝓpitius esto mihi peccatori.hec Beda.

Animus deo acceptus.

Luc.xviij

[Dixit aũt tunc iesus et ad quosdã] quasi singulares et se alijs preponentes [qui in se confidebant] et de proprijs meritis presumebant [tanq̃ iusti] ꝓ operibus suis exteriorib⁹ [et aspernabantur ceteros] tanq̃ iniustos/et sic dupliciter superbiebant:scilicet quia de meritis cõfidebant:et quia ceteros despiciebant:ideo iusti nõ erant : quia humilitatem sine qua nullus iustus est non habebant parabolam de phariseo apparente iusto et publicano peccatore publico ascẽdentibus in templũ et orantib⁹. In templũ ascẽdebãt:quia templũ in alto situm erat:et ascẽsum.xv.graduũ habebat [vt orarent] quia hic est finis debitus eundi ad ecclesiã:scilicet ad orandũ non ad confabulandũ: non ad vanitates videndũ. Phariseis quippe loquebatur domin⁹ qui inde pharisei.i.diuisi dicunt:q̃r apparentes iusti se pre ceteris meliores esse putabãt. His autem vnũ phariseum dñs opposuit in quo quasi in speculo ceteri quales erant videre potuissent. Et fortasse idẽ ipse presens ibi erat de quo dñs ista dicebat. vbi Theophi. Causa igitur confidentiũ in se:nõ autẽ totum attribuentium deo:sed ob hoc ceteros contẽnentium parabolam proponit:ostendens q̃ iustitia q̃uis hominem approximet deo si tamen assumat superbiam:ad infimum deijcit hominem. Est autem superbia dei cõtẽptus. Quotiẽs ei aliquis non deo:sed sibi ascribit bona que facit:quid est aliud q̃ dei negatio:hec Theo.¶ Phariseus superbus se iactabat et iustificabat/alios accusabat:et se eis preferebat dicens [Deus gratias ago tibi:quia non sum sicut ceteri hominum. Ieiuno bis in sabbato] .i.in septimana [decimas do omniũ que possideo] Hec autem sunt indicia superbie quã de⁹ a longe cognoscit:sed non ignoscit. De vtraq̃ parte iustitie se laudat:quarum vna est declinare a malo:altera facere bonum. De prima se laudat dicens: non sum sicut ceteri hominũ. De secunda dicens: ieiuno bis in sabbato: Pharise⁹ ergo bene dicitur quasi diuisus:quia gestu habitu et cõuersatione erat a ceteris distinctus. Unde dicebat [nõ sum sicut ceteri homines] et verum dixit:non quidẽ in iustitia:sed in superbia. Male quippe incepit:debuit enim incipere a sui accusatione ẽm illud Prouerb. Iustus in pricipio accusator est sui: in medio supplicare et orare: in fine gratias agere. Sicut sacerdos facit in missa sua. Primo enim accusat se ĩ generali confessione. Secundo deum suppliciter deprecatur multiplici oratione. Ultimo deo regratiatur dicẽdo ite missa est/vel benedicamus domino:ꝛ respõdetur deo gratias. Ipse aũt nõ se accusauit:sed laudauit.non deũ rogauit:sed laudanti insultauit:nec gratias agẽdo dei dona : sed sua merita pensauit. Publice quidem arguere vitia omnibus licet:nulli autem nisi paucis vt ad certã personam descendãt in quo phariseus reprehensibilis erat.ẽm Bedã. De verbis elati pharisei quibus humiliari meruit possumus e diuerso humilitatis formam qua sublimemur assumere:vt sicut ille consideratis ꝛ peiorũ vitijs et suis virtutibus est elatus ad ruinã:ita nos non nostra solũ pigricia:sed et meliorũ virtutibus inspectis humiliemur ad gloriam [Et publicanus] humilis [a longe stans] propter timorem quasi non esset dignus appropinquare [nolebat nec oculos in celum leuare] ꝓpter pudorẽ:quia iudicabat se indignum pre verecũdia peccatorũ quasi pro peccatis nõ audens respicere celũ [sed percutiebat] propter cõtritionis dolorem [pectus suũ] tanq̃ totius mali originẽ [dicens] per humilem cõfessionem [Deus] qui oĩa potes [propiti⁹ esto mihi peccatori] ecce sui accusatio et pura confessio:et ista faciunt ad peccatorum remissionem. Hec enim sunt indicia humilitatis quã deus de prope aspicit et cognoscit. Merito autem pectus ꝑcutiebat:quia ibi peccauerat vbi fons et fouea et origo mali erat. Ibi enim est cor bonorũ omniũ atq̃ malorũ secretarium. Unde omnia bona / et oĩa mala procedunt. Hoc ergo publicanus percutiebat: qa (ẽm Aug.) est arguere quod latet in pectore:et euidenti pulsu occultũ peccatum castigare ac pectus percutiendo se de ipso quodãmodo vindicabat et dicebat [de⁹ ꝓpiti⁹ esto mihi peccatori] Non attendas hui⁹ praui cordis cõsilia: dele peccata et ꝓpitius esto. Nihil in me est vnde tibi placere et veniam consequi debeã: quoniã corde et corpore cogitationib⁹ et operationib⁹ tibi peccaui. Omnibus iniquior ego sum:ꝛ nisi per misericordiã tuã saluari non possum. Ideoq̃ [propiti⁹ esto mihi peccatori.] Publicanus quasi publicus peccator dicitur. Publicani enĩ dicebãtur exactores vectigaliũ publicorũ/ et exactio tributi erat contra legẽ:ideo exactores peccatores vocabãtur. Iste ergo sicut humilis appropinquare non audebat vt deus ad eũ appropinquaret:non aspiciebat vt aspiceret : percutiebat pectus suũ penas de se exigens vt deus parceret: confitebat vt de⁹ ignosceret: et nõ min⁹ se accusabat q̃ phariseus se iustificabat. Sed quo fructu qua mercede:q̃r ignouit de⁹ quod ipse agnouit et iustificatus inde recessit. vnde sequitur. [Amen] id est vere [dico vobis descendit] .s.de domo dei [hic] scilicet publicanus [iustificatus] .i.de impio per gratiam factus iustus [in domũ suam ab illo] id est plus q̃ ille:vel [ab illo] .i.pre illo remanẽte in fecib⁹ suis:et merito magis q̃ ille:q̃r habebat ille iustitiã suam ꝓsumptã:hic verã:ille apud se de operib⁹:hic vero apud deũ ex fide iustificatus est:ille enim superbe de bonis gloriabatur:hic humiliter mala cõfitebatur. Sed (ẽm Augu.) melior est in malis factis humilis ꝯfessio:q̃ in bonis superba gloriatio. Et hic est argumẽtũ q̃ melior est peccator humilis/q̃ iust⁹ superb⁹:quia eo ipso q̃ peccator se humiliat iã non est peccator:et iustus eo ipso q̃ superbit iam non est iustus. vnde Aug. Enumerationi meritoꝝ prefertur confessio peccatorũ.propter quod dicitur. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente q̃ super nonagintanouẽ iustis qui nõ indigent penitentia. id est q̃ nõ reputãt se idigere illa. In quo miro modo reprimitur superbia humana vt nõ de suis meritis homines ꝓsumant. vbi Beda. q̃tam venie fiduciam digne penitentib⁹ ꝓbet q̃ publican⁹ qui reatum sue nequitie perfecte cognouit fleuit confessus est : et si iniustus ad templũ venit iustificat⁹ a tẽplo redijt. vbi et Ambro. Introduxit phariseũ et publicanũ in templo orãtes:et docuit etiã si bona cetera habeat q̃ magis superb⁹ offendat q̃ humilis qui nulla virtutũ dote subnix⁹ sit. Studuit enĩ dyabolus supplãtare bonis operibus intẽtos quãtũ laborauit pharise⁹ ille ne raperet aliena:ne iniustus esset:

pro.xviij.

Humilitatis idicia.

Publicanus vñ dr.

Luce.x.

ne adulteraret:ne peccaret sicut publicanꝰ:vt bis in sab
bato ieiunaret:vt decimas daret omnium q̄ acquireret.
Quis nostrum hec fecit? Aduertit hoc dyabolus et per
fodit eū vlcere graui:vt mente carnis inflatus in eo in q̄
laudabilis fore crederetur ibi reprehensibilior iudicare
Glorian-dū nō est. tur.hec Ambro. Hic ergo ostenditur non ex operibꝰ esse
gloriandū: sed humiliter in gratia confidendum. vnde
Basilius. Cum accesseris ad predicandum dominū/ꝓ
sterne te humiliter in conspectu eiꝰ: nec postules quicq̄
quasi ex gratia meritorū tuorū. Et si est tibi conscientia
alicuius boni operis cela illam/vt te silētiū agente mul
tipliciter tibi restituat a dn̄o:et peccata tua cito produc
in mediū: vt deleat ea deus cū confessus fueris ea. Non
tu iustifices orās:ne sicut phariseus ille exeas condēna-
tus. Memento publicani vt ita sicut ille veniam delicto
rum tuorū inuenias.hec Basilius.vbi et Chryso. Gemi
nas aurigas et duas bigas in stadio positas sermo pre-
sens ꝓponit. In altera quidem iustitiam cum superbia:
Humili-tatis potē-tia. in altera peccatum et humilitatē. Et vides bigam pec-
cati superare iustitiam:non proprijs viribus: sed humi-
litatis cōiuncte:illam vero deuictam nō fragilitate iusti
tie:sed mole et tumore superbie. Nā sicut humilitas per
sui eminentiam peccati pondus superat:et saliens attin-
git deum:sic superbia ob sui molē de facili iustitiā depri
mit. Si ergo plura facta strēnue geras: putas autem te
posse presumere:tota caruisti oratione. Si vero mille fe-
ras in conscientia fasces reatuū:et hoc solū de te credas
q̄ es infimus omniū/multā obtinebis ante deū fiduciā.
Hec igitur fastus inflatio ab ipsis celis potest deprime-
re non cauentem:humilitas vero et ab ipso abysso reatu
um hominē sublimare. Hec enim pre phariseo publica-
num saluauit:latronē ante apostolos in paradisum du-
xit:illa vero incorpoream ingressa est potestatem. Cete-
rū si iuxta delicta humilitas tam facile currit vt super-
biam iustitie transeat:si iustitie coniunxeris eam quo nō
ibit? Assistit ipsi tribunali diuino ī medio angelorum cū
fiducia multa. Rursus si fastus coniunctus iustitie eam
deprimere potuit:si coniunctus sit peccato in quantam
gehennā detrudet? hec dico non vt negligamus iustitiā
sed vt fastum vitemus.hec Chrys. ¶ Deinde sue sententie
causam assignans:scilicet quare publicanꝰ magis iusti-
ficatus descendit consequenter inferēdo subiungit. ⌊Qꝛ
omnis⌋generaliter sine exceptione:scilicet siue laicus/si
ue clericus/siue religiosus. Item siue paruꝰ/siue medio
cris/siue quantuncūq̄ magnus⌊qui se exaltat⌋superbi-
endo sicut fecit phariseus ⌊humiliabitur⌋et deijcit:vel
in hoc seculo per miseriam:vel in futuro per penam eter-
nam⌊et qui se humiliat⌋sponte per verā penitentiā ꝛ pec
catorum confessionē⌊exaltabitur⌋in gloria per remune-
Pro.xvj. rationē. Nam ꝑm Sap. Ante ruinam exaltatur cor:ꝛ an
te gloriā humiliatur. Et vt vulgariter dicit. non est val-
lis que nō habeat collē:nec est collis que non habeat val
lē. Sicut ergo publicanus se humiliando est exaltatus:
ita et phariseus se exaltādo est humiliatus. Sicut enim
in statera materiali vna parte depressa: altera eleuatur:
et econuerso:sic in statera diuine iustitie decretum est vt
qui eleuantur per superbiā in presenti vita deprimantur
per penā cōfusibilē in futuro: et ecōuerso q̄ se deprimunt
in presenti ob dei reuerentiam eleuabuntur in futuro ad
Suꝑbie detestatio gloriam. Si ergo sic reprehēditur et cōfundit qui super
be gratias agit et cetera bona facit:quid de illo erit qui
gratiā impugnat et nō bona facit? Certū itaq̄ tene suꝑ-
be:qꝛ si humiliatus non fueris deo:velis nolis humilia-
beris dyabolo. Et ideo caueat quisq̄ ne sibi suꝑbia do-
minetur.qꝛ vt ait Augu. Ve homini cuius auriga super
bia est: necesse est eni vt in preceps eat. Si cōsideremus
exitū rei in lucifero superbiente et christo humiliante: in
eua elata et in virgine humiliata:in diuite purpurato et
in lazaro vlcerato:in phariseo se extollente et publicano
penitēte: videbimꝰ manifeste q̄ verum sit qd̄ hic dn̄s di-
cit:quia omnis qui se exaltat humiliabit:ꝛ q̄ se humiliat
exaltabitur. Et iō bene dicit quidā phs. Inter sapiētes
sapiētior est qui humilior est. Hic aūt ꝟsiculus.s.⌊omis
qui se exaltat humiliabitur:et q̄ se humiliat exaltabitur⌋
totiēs a dn̄o in euāgelio iterat vt deprimat suꝑbiā/quā
super oīa vitia detestat:ꝛ humilitatē cōmēdat/quā suꝑ
tur [sed sunt sicut angeli dei in celo] non in natura ange li: sed sicut angeli in ꝓprietate spiritualitatis ꝛ immor talitatis incorruptibiles scꝫ et ingenerabiles: nō ꝙ sint spūs: sed ꝙ sint spūales / ac vitā et conuersationē spūalē habentes / ꝛ sine labe corruptiōis visione: ꝛ fruitione dei viuentes. Cessante eñ causa cessat effectus: nuptie autē ordinate sunt ad procreationē filiorum educandorum ad cultum dei / quousqꝫ numerus predestinatorū sit cō plet⁹: q̄ ꝯplet⁹ erit in resurrectiōe: ꝛ ꝑpter hoc tūc erim⁹ sicut angeli semp contēplatiōi vacātes: ꝛ h̄ est ꝙ dꝫ cor da mouere ad deuotionē: videlicet cōsideratio illi⁹ bea te vite quā post modicū expectamus. Scōm bedā my stice per septē viros reprobonū vniuersitas designatur quoꝝ vxor est mundana conuersatio qui discedunt sine liberis: qꝛ tota hac vita q̄ septē dieb⁹ agit̄ steriles sunt a bonis operib⁹: quib⁹ morte misera ꝑraptis ad vltimum et ipsa mūdana cōuersatio quā illi sine vitali opere trā segerant: quasi vxor infecunda transibit. ¶ Potest etiam noīe huius mulieris intelligi ecclīa que viro desponsat̄ q̄ꝛ plato cōmittit̄: septenari⁹ autē virorū nō generātiū ex ecclesia filios significat vniuersitatē malorū prelato rum / vel clericoꝝ s̄m differentias septē ordinū ecclesia sticorum: quorū prim⁹ est ostiariorū. secūdus lectorum terti⁹ exorcistarū. quart⁹ accolitorū. quint⁹ subdyacono rū. sext⁹ leuitarū. Septim⁹ sacerdotum. Hi filios nō ge nerant: qꝛ ī ecclesia dei fructum nō q̄rūt: ꝛ ideo demo niū eos occidit. Mulier quoqꝫ ita moraliter loquendo pōt dici peccatrix aīa septē capitaliū vitiorū vniuersi tati despōsata. Resurrectio aūt spūalis est a morte cul pe ad vitam gratie q̄ est arra glie: ꝛ ideo q̄ꝛ hec resurre ctio firmata est per ꝓpositū cauendi recidiuū firmatū ꝓfessione religionis: ꝛ etiā obseruatū tunc est similitu do ad angelicā vitā: qꝛ per castitatē fit conformitas an gelice puritati. Angeli quoqꝫ similiter nihil possident ī hoc mūdo: ꝛ obediunt cōtinue ipsi deo. Mali ergo sunt desides: qui ex suis operibus bonis non reliquerunt se men / ꝛ aliq̄d memoria dignū: ꝛ adhuc peiores sunt qui memoriā sui de malis opibus suis reliquerūt. ¶ Postq̄ aūt dn̄s respōdit ad eorū interrogationē: ꝛ ipsorum cō futauit errorē: statim subdit de resurrectione confirmā do veritatē resurrectionis auctoritate scripture. Pro baturus ergo resurrectionē corporū inducit auctorita tē de exodo sumptā: ꝛ ꝓbat ꝑmo perennitatē aiarū quā illi negabāt: qua ꝓbata cōsequēter ꝓbat resurrectionē corporū: que cū aiab⁹ bona / mala ue gesserunt. Dicit̄ ei in exodo [a deo. Ego sum deus abraā / ꝛ deus ysaac / et deus iacob.] Quādo hoc deus dicebat: iam illi mortui erāt [de⁹ eñ nō est mortuorū] i. oīno nō existētiū [sed vi uentiū] et existentiū: ergo ipi viuūt ꝛ existunt. Ratio ta lis est: deus nō dicit̄ dn̄s rerū nō existentiū / vel eorum que sunt nihil: quia creature ad deū est realis relatio q̄ nō pōt fundari in nihilo: sed deus dicit̄ abraam / ꝛ deus ysaac / ꝛ deus iacob qui mortui sunt: ergo ipsi existunt: non enim dixit ego fui: sed ego sum tanq̄ illi presentes existant: sed non corpe ergo anima: ꝛ ideo aīa nō morit̄ cū corpore: sed est eterna. Et per hoc probat resurrectio nē corpoꝝ ex veritate iustitie. Nā cū dicat se deū abraā ꝛ aliorū qui seruierūt ei in corporib⁹ suis iustū est vt re munerent̄ cum corporibus ipsis in quibus meruerunt. Et vniuersaliter oim corpora ꝛ anime bona: vel mala si mul recipiēt que simul meruerunt. Quia enim homo me ruit vel demeruit anima simul ꝛ corpore: ideo in futuro punietur / vel remunerabit̄ simul in vtroqꝫ. Hoc autem nō pōt fieri nisi fiat resurrectio corporū. Et ideo cōstat futurā esse corporū resurrectionē. Vnū ergo ꝓbat dn̄s expresse scꝫ ꝙ anime semp viuāt: nec cū corporibus inte reant: alterū per cōsequens scꝫ ꝙ corpa resurgant. Itē ꝑpter naturalē appetitū ꝛ inclinationē animarum ad corpora sua: qꝛ naturale est aiabus desiderare sua cor pora: vt cū ipsis glorificent̄ cū quib⁹ meruerunt: et ideo ne a suo desiderio fraudēt̄: necesse est vt eis sua corpora reddant̄: qꝛ aīa non pōt esse ꝑfecte quieta / nec beata: nisi vniat̄ cū corpore / ad cuius vnionem habet inclinationē naturalē: ꝛ ita corpora resurgent. vbi hiero. Cum autē dicit de⁹ abraā / deus ysaac / ꝛ deus iacob / ter deum no minando trinitatē intimauit cū autē dicit. Nō est deus mortuorū vnū deū iterans: vnam substantiā significa uit [Et audientes turbe / mirabantur in doctrina eius]

Animas non mori probat.

Resurre ctionē cor poꝝ ꝓbat.

vnde Remigiꝰ. Non quidem saducei: sed turbe mirant. Hoc etiā quotidie agitur in ecclesia. Cum enim diuina inspiratione aduersarij ecclesie superantur: turbe fidelium letantur. Oratio.

Domine iesu xpe doce me astutias seductorū intelligere ꝛ cauere: necnō veritatem vite ac doctrine ꝛ iustitie semꝑ custodire. Da mihi insigniri tua imagine nō inimici: vt ea q̄ mundi sunt relinquendo/ꝛ tibi soli adherēdo reddā tibi ea q̄ de tua gratia a te percepi ĩ ipsis tibi fideliter seruiēdo: presta etiā mihi vt carnalē ꝛ mundanā ꝯuersationē que sterilis est fugere: ac spiritualē ꝛ celestē sectari valeā/ꝛ gloria resurrectionis innouatus cū angelis dei ĩ celo immortalitate frui merear/ꝛ perpetua tui visione. Amen.

De primo et magno: ac secundo: ꝛ simili legis mandato. Capitulum.xxxvj.

Mat. xxij

Pharisei vero audientes] et gaudentes [q̄] sapienti responso iesus [silentium imposuisset saduceis] nō habentibꝰ qd amplius dicerent cōtra responsionē eiꝰ [cōuenerūt ĩ vnū] ad ipsum alio modo inuadendū: ꝛ venerunt in magna multitudine ad magis eū terrēdū. vñ Chry. Cōuenerūt vt multitudine vicerent quē ratiōe superare nō poterāt: a veritate nudos se esse ꝓfessi sunt q̄ multitudine se armauerūt. hec chry. Recedentibꝰ saduceis venerūt saducei: et iterum recedentibus saduceis venerūt pharisei tentantes eum frequenti congressu fatigare ꝛ subuertere: licet enim cōtrarij essent in opinione de aīe immortalitate ꝛ mortuorū resurrectione: tñ cōueniebant in xpi ꝑsecutiōe. vñ Hier. Quia de herode ꝛ pontio pylato legimꝰ dñi nece eos fecisse concordiā: etiam nunc de phariseis cernimus ꝛ saduceis q̄ inter se contrarij sunt: sed ad tentandū iesum pari mente cōsentiūt. [Et vnꝰ ex eis] scriba et [legisdoctor accessit] tentans iesum capere in ſmone dixit [Magister qd̄ est mādatū magnū in lege] .i. precipuū. Interrogauit tentans non scire desiderans: nō vt disceret: sed vt deciperet. vñ Chry. Magistrū vocat cuiꝰ nō vult esse discipulus. De mandato magno interrogat q̄ nec minimū obseruat. Ille em̄ dꝫ interrogare de maiori iustitia qui iam minorem cōpleuit. Hec Chry. De hoc autem interrogauit: q̄ circa hoc erant opiniones: quidā em̄ dicebant sacrificia ꝛ oblatiōes magis placere deo q̄ꝫ opera charitatis. Alij dicebāt cōtrariū qd̄ magis ē verū [Et ait illi iesus. Diliges dñm deū tuū] vt dicit Chry. Non dicit time: sꝫ dilige: timere inquit ſuorū: diligere filiorū Non dixit etiā cognosce: sed dilige. Cognoscere inquit deū ꝓpriū ēst humane nature: diligere autem religiosi cordis ꝛ recti. [Diliges inq̄ dominum deū tuū ex toto corde tuo] .i. ex toto intellectu sine errore vt nullum ĩ cōfessione diuinitatis locum errori relinquas [ꝛ ĩ tota aīa tua] .i. tota voluntate sine contrarietate et cōtradictiōe vt nihil cōtrariū ei velis [ꝛ ĩ tota mente tua] id est tota memoria sine obliuione: nihil reminiscēs quo minus de deo sentias [ꝛ ex tota virtute] seu fortitudīe [tua] vt vires tue/ꝛ totum posse sibi seruiant/ꝛ ad ipsum expēdātur. vñ Aug. Deū ex toto corde diligere ꝑciperis vt oēs cogitationes tuas ex tota anima: vt oēꝫ vitam tuā ex tota mente tua: vt omnē intellectum tuū in illū cōferas a quo habes ea que confers. Nullā ergo vite nr̄e partē reliquit que vacare debeat/ꝛ quasi locū dare vt alia re velit frui: sed quicq̄d aliud diligēdū venerit in animum illuc rapiatur quo totus dilectiōis impetus currit. Tūc est em̄ optimꝰ homo cū tota vita sua ꝑgit in incōmutabile bonū. vñ Chry. Quid est diligere deū ex toto corde: Ut cor tuū nō sit inclinatū ad vlliꝰ rei dilectionem amplius q̄ꝫ dei. Pro quanta em̄ parte cor tuū fuerit ad aliquā rem: ꝑ tanta minus ē ad deū. Quid est in tota aīa diligere deū .i. certissimū animū habere in veritate/ꝛ firmū esse in fide. Qui enim credit apud deum esse oē bonū/ꝛ nihil boni esse extra ipsum/ hic ex tota aīa diligit deū. Quid est ex tota mente diligere deū .i. vt oēs sensꝰ tui qui pertinēt ad mentē deo vacent. Cuius em̄ intellectus deo ministrat: cuiꝰ sapiētia circa deū est: cuiꝰ cogitatio ea que dei sunt tractat: cuiꝰ memoria q̄ bona sūt recordat tota mēte diligit eū. hec Chry. ſm Bern. Toto corde .i. sapienter contra suggestiones dyaboli/ne seducamur. tota aīa: dulciter contra delectatiōes carnis/ne alliciamur. tota mente: fortiter cōtra pressuras mūdi ne opprimamur. Hec em̄ sunt tria que precipue retrahunt ab amore dei: dyabolꝰ/caro/ꝛ mūdꝰ. Et subiūgit [Hoc est maximū ꝛ primū mandatū.] Maximū dignitate: q̄ de maximo scꝫ deo diligēdo. primo ordīe q̄ ꝓceptū de diligēdo deū precedit ꝓceptū de diligendo proximum Et vere istud est magis nobilius ꝛ vtilius inter oīa mādata. In hoc em̄ oīa mādata implētur: hoc etiam mandatum diligendi deū est magnū: q̄ mandat hoc lex naturalis in mēte oīs creature rationalis diuinitꝰ indelebiliter expressa. Maius: q̄ remādat/ꝛ repetēs iterū mādat hoc lex mosayca a deo iterū data/ꝛ ꝑ angelos ordinata. Maximū. q̄ cōfirmat illud lex euangelica ꝑ ip̄m filiū dei tradita. Et primū mādatū intentione iubētis: finis em̄ in quolibet ea que ad finē sunt in intentiōe precedit. Vñ apl's. Finis precepti est charitas: finis nō terminans vel consummans ad quē omne ꝓceptū ordinatur. Et iterū. Plenitudo legis est dilectio. Et ps̄. Oīs cōsummationis vidi finē: latū mādatū tuū nimis. Vel ꝓmū in necessitate obseruatiōis. Ad h̄ aūt q̄ istud mandatū possit ꝑfecte ĩpleri quattuor requirunt. Primū ē diuinorū bñficiorū rememoratio: q̄ em̄ que habemus siue exteriora/siue corpus ꝛ aīam oīa a deo habemus: iō oportet q̄ sibi de oībus que habemꝰ seruiamus: ꝛ eū cor de perfecto diligamus. Nimis em̄ ingratus esset qui cogitans alicuiꝰ beneficiū eū nō diligeret. Secundū est diuine excellentie cōsideratio: deus em̄ maior est corde nostro: ꝛ ideo si toto corde ꝛ oībus viribus ei seruiamus adhuc sufficiētes nō sumꝰ/nec satisfaciamꝰ. vñ in eccli. Glorificate dñm q̄ꝫtum potestis: superualebit adhuc. Maior est em̄ oī laude. Tertiū est mūdanorū ꝛ omniū temporaliū abdicatio. Magnā em̄ iniuriā facit deo: q̄ aliq̄d ei adequat: qd̄ fit qñ res tempales ꝛ corruptibiles simul cum deo diligimus. Nihil em̄ aliud vult q̄ diligamꝰ q̄ꝫ eū: quia ipse solus sine cōsortio vult possidere cor nostrū. vñ dicit Augu. Dñe minꝰ te amat: qui preter te aliquid amat. ꝛ Hiero. Nimis est auarus: cui nō sufficit deꝰ. Quartū ē oīmoda pctōrū vitatio: q̄ nullus pōt deū diligere in pctō existens scꝫ mortali: ideo dicit. Nemo potest duobus dñis seruire. Unde si ĩ peccato manes deū non diligis. Non diligit deū superbus: vl' amator vane glorie: qui puluerē vane glorie que nihil ē/deo preponit. Nec voluptuosus q̄ pro momentanea delectatione eū deserit: nec auarus qui ꝓ nūmo vel nihilo eum amittit. ¶ Deinde addit [Scdm̄ autē simile est huic] nō equale sꝫ simile: q̄ est de actu simili scꝫ de dilectione: vl' de re simili deo: scꝫ de hoīe qui ad similitudinem dei factꝰ est. s. [diliges ꝓximū sicut teipsum] .i. ad id ad quod teipsum scꝫ ad iustitiā/ꝛ salutem/ad grām in presenti/ꝛ gloriā in futuro: ꝛ ad eandē beatitudinem ad quam diligis te. Unde ly sicut nō denotat equalitatē gradꝰ quia primo ꝛ plus tenet homo se diligere q̄ꝫ ꝓximū ceteris paribꝰ: sed denotat similitudinē boni optati/ vt velit ꝓximū sicut se esse in gratia: ꝛ amore dei. Et cum dicit secundū nō est ordo: nisi q̄ꝫtum ad materiā que est deus ꝛ ꝓximꝰ. Unū em̄ est preceptū de dilectione/vl' etiam est ordo causalitatis: q̄ amor proximi causatur ex amore dei. Et ideo dicit apl's. Qui diligit ꝓximū legē ĩpleuit Quia causa intelligitur de causato: ꝛ nō ecōuerso. Dilectio igit in deū origo est dilectiōis in ꝓximū: ꝛ dilectio in proximū cognitio est dilectionis in deū/ac etiam nutrimentum. vñ Greg. Per amorem dei amor ꝓximi gignitur: ꝛ ꝑ amorē ꝓximi amor dei nutrit. hec Greg. Et similiter dilectio in seipsum precedere debet dilectionē in proximum. vñ Aug. Uide prius si iam nosti diligere teipsum: ꝛ cōmitto tibi ꝓximū quē diligas sicut teip̄m Si autē nondū nosti diligere te: timeo ne decipias proximū sicut te. Et iterū. Manifestū est aūt oēm hominē proximum esse deputandum: q̄ erga neminē operandū est malū. Qui autem amat hoīes: aut quia iusti sunt: aut vt iusti sint amare debet. Sic enim ꝛ seip̄m amare debꝫ aut quia iustus est: aut vt iustus sit. Sic em̄ diligit proximū sicut seip̄m sine vllo periculo. Hec Aug. Vñ modus diligendi ꝓximū attenditur ſm quattuor causas. Primo ſm finalem scilicet vt diligatur proximꝰ ꝓpter deum. Secundo ſm materialē/scꝫ vt diligatur bonū nō

Margin notes (left column): Precepꝰ magnum. — Diligere ex toto corde ꝛc.

Margin notes (right column): j. Timo.j. — Rom.xiij — Ps. cxviij. — Prio mādato iplēdo q̄ttuor necessaria — Eccli.xliij — Mat.vj. — Rom. xiij — Proximꝰ quis sit. — Modus diligendi ꝓximū.

malum. Tertio ſm formalẽ. ſ. vt ordine debito circa deũ ⁊ supra tẽporalia. Quarto ſm efficientẽ siue mouentem: q̃a vt homo. nõ q̃a pater tm̃ vel filiꝰ/vel domesticus/vel amicꝰ: et his modis debet homo diligere seipm̃. Et nota ſm Augu. ꝙ primo diligẽdus est deus. Scd̃a aïa propria. Tertio aïa ꝓximi.

Amor ꝓximi ꝑ que falsus est.

Nota etiã ꝙ amor ꝓximi falsus est ꝑ hec seu huiusmodi: videlicet si ĩpendit amorẽ dei. Si aliquid fiat ꝓpter amorẽ ꝓximi qđ sit cõtra amorẽ dei. Si aliquis dissimulet in eo quem diligit plusq̃ȝ in eo quem non diligit sic. Si aliquid in eo placeat qđ in alijs displiceat. Si patienter nõ sustinet/ꝙ aliũ sicut se vel plꝰ diligat. Et infert ⌊in his duobus⌋ scȝ mandatis dilectionis ⌊tota lex pendet et ꝓphete⌋ qꝛ totus decalogus ⁊ monitiones siue cõminationes hic finẽ habent: hoc enim vt charitas introducatur intendunt. Tota quippe scriptura legis et ꝓphetarũ ad dilectionẽ dei ⁊ proximi ordinatur: quicq̃d enim preceptũ est in lege et ꝓphetis hoc fine preceptum est vt deus et proximus diligatur. Et ꝓpter hec oĩa mandata et scripta legis ⁊ ꝓphetarũ nõ sunt nisi q̃dã explicationes istoꝝ duoꝝ mandatoꝝ: qꝛ oĩa ad hec duo sunt ordinata. Itẽ oĩa ꝑcepta ad hec duo referunt̃. Primũ enĩ preceptum. ſ. dilectionis dei ambit ⁊ implet oĩa mandata ꝑme tabule: qꝛ in ea cõtinent̃ tria mãdata de dilectione dei q̃ scripta erãt in vna tabula: ⁊ scd̃m preceptum scȝ dilectionis proximi ambit et implet oĩa mandata scd̃e tabule: q̃a in ea continent̃ septẽ alia mandata de dilectione ꝓximi que in scd̃a tabula erãt scripta. Nã q̃ deũ diligit idola spernit: dei nomẽ inuanũ nõ assumit: ⁊ diem sabbati sanctificat. Et qui proximũ suum diligit honorat patrẽ et matrem: non occidit: nõ furatur: nõ mechatur: nõ falsum testimoniũ dicit: nec vxorem proximi vel aliam rem eius cõcupiscit. Nam (ſm Chryſ.) sicut odiũ facere suggerit omne malũ: sic dilectio oĩe bonũ.

Dilectio dei ad tria

In tribꝰ aũt dilectio dei extẽditur vt omnes cogitationes: oĩes affectiones: et oĩs ratio humana qua intelligimus et discernimus in deũ referant̃/et diuinis rebꝰ occupent̃: vt nihil remaneat in hoĩe qđ nõ diuine dilectioni subdatur. Item duo sunt erga ꝓximi dilectionem seruanda: vt et beneficij impensione faueatur: et nulla malicia ledatur:

Dilectio proximi vult duo.

vnũ affirmatiuũ. de quo Matthẽꝰ. vij. Quecũq̃ȝ. ſ. licita decentia expedientia vultis: scȝ volũtate rationali ratione distinguente inter debita et indebita vt faciant vel dimittant corde/ore/opere vobis vel pro vobis homines inq̃ȝtum homines non bruta: et vos facite illis in simili casu volũtate/opere/⁊ pleno affectu. Scd̃m hanc regulã dilectio ꝓximi causat et efficit imperando oĩes motus omniũ virtutũ tendẽtes ad ꝓximũ/iteriores et exteriores. Aliud negatiuum de quo Thobie. iiij. Quod ab alio oderis rationabiliter fieri tibi corde/ore/opere: vide ne alij feceris volũtate vel opere: affectu vel effectu. ſm hanc regulã dilectio ꝓximi causaliter reprimit et cohibet omnes motus et actus vitiorum respectu eius. Licet igitur diuersa sint precepta quibus aut vtiliter que appetenda sunt cupimus: aut que vitãda sunt vtiliter precauemus. vnum tamen sunt in radice charitatis qꝛ oĩa in dilectione dei et proximi facere debemꝰ. Recte itaq̃ȝ dič legẽ ⁊ ꝓph̃as referri ad duo mãdata charitatis qꝛ ex hac dependent et ibi finẽ habent.

Charitatis excellẽtia.

O charitas regula ordinis electoꝝ: lex vniuersalis vniuersos ligans: virtus virtutũ: canon canonũ: lex legum. nõ constitutio populi: sed principis placitum sanctio regis regũ: quã non solum edidit vel condidit iubendo: sed et edixit et promulgauit personaliter docẽdo: et adimpleuit seruando. Ecce lex dñi conuertens aïas: mater et origo legum diuinarũ: magistra et dña humanarũ: rationabiliũ ⁊ equarũ: hostis ⁊ inimica iniquarũ. Cuius obseruatio per gratiã in hac vita initiatur: et continuata vsq̃ȝ ad mortem in alia cõsummatur. Et qꝛ (vt ait Chryso.) Iudei estimantes xp̃m hominẽ purũ esse: tentabant eũ: neq̃ȝ tentassent si dei filium credidissent: ideo volens xp̃s eis ostendere qꝛ deus erat: talem ĩterrogationẽ eis proposuit: vt ipsa interrogatio eis ostenderet quis esset. Quia enĩ ad passionem venturus erat opinionem falsam iudeorum corrigit qui xp̃m filiũ dauid nõ dñm eius esse dicebant. Et vt dixit Hieroni. Palam eis de se loquitur: vt inexcusabiles sint ⌊Cõgregatis ergo phariseis⌋ qui ad tentandũ venerant ⌊interrogauit eos iesus⌋ Quasi eis diceret hucusq̃ȝ questionibus vestris satisfeci: tempus est vt in aliquo respondeatis mihi. Interrogat ergo de illo quẽ credebãt esse venturũ: q̃a presentẽ credere nolebant cuiꝰ filius debeat esse dicens ⌊Quid vobis videt̃ de xp̃o?⌋ i. messia in lege ꝓmisso quẽ vẽturũ creditis ⌊cuius filius est⌋

Xp̃m non nouerunt iudei.

Dupliciter errant iudei circa xp̃m. Primo quidẽ circa personã: non enĩ credũt eũ fuisse xp̃m qui venit in mũdũ natũ ex virgine: sed adhuc expectãt eum. Itẽ errant circa eiꝰ naturã: qꝛ nõ credũt etiã quẽ expectãt esse deum: sed purum hominẽ. De isto scd̃o errore eos ĩterrogat cuius filius sit: et hoc ideo forte q̃rit: q̃a ex quo totam legẽ direxerat ad duo mandata dilectionis tanq̃ȝ artificiosus legislator: vult ostendere christus hec duo mandata reduci in vnũ diligibile quod est xp̃us.

Duoꝝ ꝑceptoꝝ in vnũ suppositũ reductio. ps̃. cxxxj.

Nihil enĩ diligit̃ tãq̃ȝ deus ⁊ ꝓximꝰ nisi ipe xp̃s ⌊Dicũt ei dauid⌋ ſm illud ps̃. De fructu vẽtris tui ponã super sedẽ tuã. Credebant illũ fore purũ hominẽ de genere dauid. Unde dicunt dauid solum scȝ diuinitatẽ negãdo ⌊Ait illis⌋ arguendo in contrariũ ⌊Quõ ergo⌋ si xp̃s est purus homo: vt vos creditis ⌊dauid⌋ cui occulta sapiẽtie diuine manifestata sunt ⌊in spiritu⌋ .ſ. sancto et ꝓphetico non de corde suo ꝓprio ⌊vocat eũ dñm suum⌋ quod non liceret si esset filiꝰ eius ⌊dicens. Dixit dñs dño meo⌋ .i. pater filio. Ipsi autẽ sic exponũt ⌊dixit dñs⌋ creator celi et terre ⌊dño meo⌋ id est messie.

Xp̃m seu messiã nõ esse purũ hominem.

Qꝛ ergo iste messias non sit purus homo probatur tripliciter ex hoc v̾bo. Primo ex eo ꝙ Dauid vocat eum dominũ et hoc sic. Nullus pater filium suũ qui traxit naturam suam ab ipso testatur dominũ suum: sed dauid spiritu sancto ĩspiratus testatur dominũ suum xp̃m: ergo non solũ habet naturam quam traxit ab ipo: sed altiorẽ ſm quã dicitur dñs eiꝰ scȝ diuinã: qꝛ non est homo filius et dñs alterius ſm eandẽ naturã: ergo est alia natura ſm quã est filius: et hec est humana. alia ſm quã est dñs: et hec est diuina. Scd̃o ꝓbatur idẽ sic. quando dauid hoc dixit nondum messias homo erat: quõ ergo dñs eius erat qui nondũ erat: et q̃ nõ ante eũ sed post extitit: ergo oportet ponere aliam naturã ſm quã ante eũ erat. Tertio ꝓbatur idem ex hoc qđ sequitur ⌊Sede a dextris meis⌋ ĩpossibile est enĩ purũ hoĩem sedere a dextris dei. Dicat ergo dauid ⌊dixit dñs⌋ scȝ deus pater ⌊dño meo⌋ i. xp̃o filio suo: cuiꝰ dicere est equalẽ sibi filiũ gñare/ergo ⌊dño meo⌋ non ſm ꝙ t̃paliter homo factus est: sed ſm ꝙ patris eternꝰ filius sede quiete regni potitus ⌊a dextris meis⌋ .i. in equalitate mea ſm ꝙ deus: vel in potioribus bonis ſm ꝙ homo. qꝛ vt sic in gloria preest angelis ⌊donec ponam⌋ inclusiue non ꝙ postea non sedeat: qꝛ semꝑ sedebit ⌊inimicos tuos⌋ et inobedientes tibi ⌊scabellum pedũ tuoꝝ⌋ .i. donec hoĩes rebelles tibi subiugauero: vel bona et voluntaria subiectione/scȝ vt credãt te verũ deum et hoĩem sponte vel coacta subiectione: vt in die iudicij puniantur et credant inuite: ita vt velint nolint subiecti sint tibi sicut scabellum pedibus est subiectũ. Hec enĩ subiectio cõplebitur in iudicio quando oĩa perfecte subijcient̃ homini xp̃o. Si ergo dauid vocat eũ dñm ſm veritatẽ: quõ filius eius est. ſ. tm̃ cũ filius ꝓpagatiõe subiectus sit patri: ⁊ maxime ſm ꝯsuetudinẽ patrũ antiquorũ.

Parẽtes filioꝝ dñi sunt.

Potius enĩ parẽtes sunt ⁊ dicunt̃ dñi filiorũ q̃ȝ filij dñi parentũ. filius enim debet esse subiectus patri ⁊ non dñari. Quasi diceret. Cum ſm naturã humanã sit filius dauid: et per cõsequens eo inferior: oportet ponere in eo aliã naturã ꝑ quã sit dñs eius et eo superior: et hec est diuina: ergo ĩ xp̃o sunt due nature. ſ. diuina ⁊ humana. Est itaq̃ȝ filius dauid ⁊ dñs: sed filius inq̃ȝtũ homo. dñs inq̃ȝtum deus. ⁊ sic restat ꝙ xp̃s est homo ⁊ deꝰ. Non ergo errabãt: nec reprehẽdũtur qꝛ xp̃m filiũ dauid dicũt. sed qꝛ ipm̃ purũ hoĩem ⁊ nõ dei filiũ credũt. xp̃s aũt nõ tm̃ dauid sed ⁊ dei filiũ se eẽ ꝓbauit: et ꝑ auctoritatẽ dauid eos cõuicit. ⌊Et nemo poterat ei respõdere verbũ⌋ quia nõ poterant scripturã negare. et irrefragabile erat argumentũ ⌊neq̃ȝ ausus fuit quisq̃ȝ ex illa die eum amplius interrogare⌋ qꝛ plane testimonio ⁊ ratione erant conuicti. vñ Hiero. Ideo confutati sermonibus vltra nõ interrogant: sed apertissime comprehensum romane tradũt potestati. Ex quo intelligimꝰ venena inuidie posse quidem superare: sed difficile posse quiescere.

Oratio.



omine deꝰ sanctificator meus misisti mihi legem tuã. vt toto corde. tota aïa. tota mẽte ⁊ ex oĩbꝰ viribꝰ meis te diligã. sed nec hoc valeo nisi tu dederis mihi cuiꝰ est oẽ donũ bonũ: ⁊ om

ne datū optimum. Jubes te diligi. Da qđ iubes et iube quod vis. Da etiā mihi diligere primū sicut meipsum: vt hic gratiā et ibi gloriā consequamur in idipsum. Da isup mihi bone iesu vt te xp̄m nobis missum deum ꝛ hominē corde credam. ore cōfitear: ꝛ opere cōtester: vt tibi nunc subiectus sponte tecū gaudeā sine fine. Amen.

¶ De scribis et phariseis in doctrina audiendis: sed non in vita imitandis. Capitulum. xxxvij.

Matth. xxiij. Mar. xij et Lu. xx.



Onfutatis autem et tacentibus scribis ꝛ phariseis qui dolose interrogabāt dn̄m vt tētarēt eū ne plebs et alij idonei sine pane doctrine euanescerēt ⌊locutus est dn̄s⌋ eadē feria tertia ⌊ad turbas⌋ scʒ ad simplices ꝛ iperfectos ꝛ ad discipulos suos magis doctos ꝛ pfectos. vn̄ chryſ. Postq̄ dn̄s sacerdotes responsione pstrauit: et incorrigibilē conditionem eorū ostēdit: sicut et clerici si male fecerint inemēdabiles sūt. laici vero delinquentes facile emendantur: tunc conuertit sermonē ad populū. Infructuosum nāq̄ est verbū in quo sic alter confunditur vt alter nō erudiatur. Locutꝰ est ergo ad eos instruens et docens scribarū et phariseorum doctrinā audiendā: sed eorum vitā nō imitandam. et nihilominus hortās eos subijci illis propter sacerdotij et nominis dignitatem non opera sed doctrinam cōsiderantes. Multaq̄ eorꝫ crimina annumerans/ ꝛ alios ab eis dehortans. vn̄ dicit. ⌊Sup cathedrā moysi⌋ .i. auctoritate docendi et iudicandi ⌊sederūt⌋ scʒ idigne ⌊scribe et pharisei⌋ Cathedra doctorꝫ est: et ideo dicuntur sedere sup cathedrā moysi qui docent qđ docuit moyses. vbi chryſ. Multi sacerdotes et pauci sacerdotes. multi in noīe et pauci in ope. Videte ergo quō sedeatis super eam. qꝛ nō cathedra facit sacerdotē: sed sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hoīem: sed homo locū. Nō omnis sacerdos sanctꝰ est sed omnis sanctus sacerdos. Bene quidē docendo et male viuendo: deū instruis quō debeat te cōdemnare. Ut autē dicit idē Chryſ. Ne aliquis dicat qm̄ ppter hoc desidior factꝰ sum ad agendū: quia malus est doctor. ideo hāc destruit occasionem cū subdit ⌊Oīa ergo⌋ ad cathedrā pertinentia ⌊q̄cūq̄ dixerint vobis⌋ .i. ad vestrā vtilitatem ⌊seruate⌋ corde ⌊et facite⌋ opere. i. doctrina. Non tn̄ simpliciter quecūq̄: sed illa tantum que moysi cathedre doctrineq̄ cōueniūt/ et q̄ a vera fide non discrepāt: neq̄ diuinis repugnāt mandatis. vn̄ Chryso. Omnia ait que corrigūt mores et meliorem faciūt vite modum: et nouo testamento concordant legibus: et non dimittunt de reliquo sub iugo legis esse. hec Chryso. Ex quo patet ꝙ etiam malis prelatis et doctoribꝰ bona docētibꝰ est honor obedientie exhibendus: nisi in his que manifeste sunt contra deū. et sunt habendi in reuerētia q̄diu tolerantur in officio suo: qđ patet per exēplū dauid qui venerabaꝛ saulem/ licet sciret eum malū et a deo reprobatū: et p hoc auditoribꝰ tollitur excusatio nō bene agendi. Nā obediēdo malis prelatis et doctoribꝰ deus in eis honoraꝛ cuiꝰ psonam gerunt: nō enim sua/ sed que dei sunt dicūt ⌊ſm vero opera eorꝫ⌋ q̄ preter id qđ oportet nequiter faciūt ⌊nolite facere⌋ qꝛ non sunt imitādi in malis: sed tn̄ in bonis. vbi Chry. Si bene vixerint eorꝫ est et lucrū: si bene docuerint vestrum. Accipite ergo qđ vestrū est: et nolite discutere qđ alienū est. hec Chry. ⌊Dicūt eni et nō faciūt⌋ qꝛ vita doctrina nō cōcordat. Dicebāt eni beneviuere ſm legis pcepta/ ꝛ ipi p preuaricationē legis maleviuebāt. Cōtra quos dicit Aug. Bene docere/ et maleviuere nō est aliud q̄ se sua ligua dānare: de talibꝰ enim qui dicunt et non faciunt pōt dici illud Gen. Vox quidē vox iacob est: manus aūt manus esau. vbi Chry. Maxime accusatione dignꝰ est: q̄ doctrine auctoritatē habēs legē trāsgreditur. primo quidē: qꝛ puaricaꝛ q̄ alios corrigere debet. deinde qꝛ peccās maiori pena dignꝰ est ppter honorē. tertio qꝛ plꝰ corrumpit velut in ordine doctoris peccās ⌊Alligant autē onera⌋ s. suarꝫ traditionū et legū/ vt sit q̄si fascis iportabilis. vn̄ subdit ⌊grauia⌋ q̄tū ad affectū ⌊ꝛ iportabilia⌋ q̄tū ad effectū ⌊et imponūt in humeros hoīm⌋ nō in suos p coactionē obseruātie pceptorꝫ: qꝛ supra legis pcepta constituerūt ex suis traditioībꝰ multa q̄ erāt subditis grauia et iportabilia ⌊digito aūt suo⌋ .i. leui motu vel tactu ⌊nolunt

Oia faciēda q̄ a sacerdotibꝰ pcipiunꝛ.

Ge. xxvij.

ea mouere⌋ et tāgere. Ecce q̄liter eorꝫ rephēsionē aggrauat: nō eni dixit nō possūt/ sed nolūt: nec dicit pleno opere et manu: sed digito et modico tactu: nec dixit portare sed mouere. i. neq̄ ppe fieri neq̄ tāgere: qꝛ modicū conatum ad agendū talia nolebant apponere: et nec minora eorꝫ q̄ ipi pcipiebāt nolebāt opere adiplere. hec Chryſ. ſm ꝯsequētiā aūt tales sūt etiā sacerdotes q̄ omnē iustitiā populo mādant: et ipi nec modicā seruant: videlicet nō vt faciēdo sint iusti: sed vt dicēdo iusti. Tales sunt et q̄ graue pōdus venientibꝰ ad penitentiam imponūt: ipsi aūt nec minimā faciūt. Et sic dū pena pñtis penitētie fugiꝛ: conteniꝛ pena futuri iudicij. Si eni faciē super humeros adolescētis quē nō pōt baiulare posueris: necesse habet vt aut fascē reijciat: aut sub pōdere ꝯfringatur. Sic et hoī cui graue pondꝰ penitentie iponis necesse est vt aut penitētiā suā reijciat: aut suscipiens dū ferre non pōt scandalizeꝛ et amplꝰ peccet. Deinde ꝛ si erramꝰ modicā penitētiā iponētes: nōne melꝰ est ppter misericordiā dare rōnē q̄ ppter crudelitatē? Ubi paterfamilias largꝰ est: dispēsator nō debet esse tenax minister. Si deꝰ benignus vt quid sacerdos est austerus? Uis apparere sctūs: circa tuā vitā esto austerꝰ: circa aliorꝫ aūt benignꝰ Audiāt te hoīes parua mandātē: videant grādia faciētē. Talis est aūt sacerdos q̄ sibi indulget et alios exigit quēadmodū malus descriptor tributi in ciuitate qui se releuat et onerat imponētes. Et iterū. In quo duplicē eorꝫ maliciā ostēdit. vnā q̄dē in hoc ꝙ sine venia expetūt a subiectis summā diligentiā vite. Aliam vero in hoc ꝙ sibiipsis multā concedūt licentiā. Oportet aūt bonū pricipē ecōtrario se habere: in his q̄dem que ſm seipm sunt grauē iudicē esse: in subiectis aūt māsuetū. hec Chryso. Imponēdo ergo modicā penitētiā melius est aīas mittere in purgatoriū q̄ in infernū: sed tn̄ in quibꝰ tenentur saltē est eis innotescendū. Igiꝛ (vt ait Dicto.) hoc gnāliter diciꝛ aduersus oēs magistros q̄ grādia iubēt/ ꝛ minora nō faciūt. Hec est aūt quedā causa non modica que hodie mouet subditos cōtra maiores ꝛ platos: qꝛ dicūt et nō faciūt. Imponunt onera alijs et ea digito non tangunt. Parū taliū verba apud subditos pficiūt qn̄ i eis non videtur que docent et precipiūt. Quicūq̄ ergo primorū animabus vtilis esse desiderat: studeat prius in se habere quicquid alios docturus est: alioquin parū proficiet. Nā eius verbū inefficax erit nisi prius hoīs in eo comperiāt esse ea que docet. Et premissis patet ꝙ ille q̄ legē aliquā cōstituit: licet nō sit subditus legi q̄tum ad hoc ꝙ p hominē puniaꝛ si cōtrariū fecerit: tn̄ obligatus est ad legē implendā: et grauius punietur a deo si fecerit contrariū: qꝛ transgressio eius est grauior ppter scandalū. Propter quod dicit sapiens. Patere legē quā tuleris: et vt alibi diciꝛ quod quisquis iuris in altero statuit ipse eodē vti debet. Pater ergo ex predictis ꝙ illi q̄ statū ecclesie in generali seu aliquē statū eius in speciali regunt et subditos onerāt grauibꝰ statutis sine magna et euidēti necessitate/ abutunꝛ sua potestate sicut faciebant pharisei et scribe. Prelatorū eni tot sunt inhumane sentētie ꝛ mādata/ ligua q̄ vetita/ ꝙ vix possit aliquis trāsire p huiꝰ mūdi vmbrā quin incidat in peccatū ꝛ offensā. vnde ait Aug. loquens de religione xp̄iana. Ipsam religionē nostrā quā dn̄s noster iesus xp̄s in paucissimis sacramentorū celebrationibus voluit esse liberā quidam seruilibus premūt oneribꝰ: adeo vt tolerabilior sit cōditio iudeorū qui non humanis presumptionibꝰ: sed diuinis subijciunꝛ institutis. Deinde ſm Chry. Postq̄ dn̄s arguerat scribas et phariseos crudelitatis ꝛ negligētie: cōsequēter arguit eos inanis gl'ie q̄ fecit eos a deo recedere ꝛ ppter quā nō possūt xp̄o credere. vn̄ subdit ⌊Oia vero opera sua faciunt⌋ ea scʒ intentione et eo fine ⌊vt videanꝛ ab hoībꝰ⌋ ꝛ sic habeāt gloriā inter hoīes. i. ppter gloriā humanā: qꝛ videri in bonis ppter gloriā diuinā nō est malū: sed magis meritorium. Non aūt pōt credere xp̄o celestia predicāti qui gloriā terrenā querit/ et eā celestibꝰ preponit. Non solū ergo desides ꝛ remissi erāt ad bene operandū: sed etiā vane gloriosi et in suis operibus laudē appetētes hominū vt essent in reuerētia ꝛ honore apud populū. Tales aūt nullā mercedē de operibꝰ suis recipiūt: qꝛ nō student vt deꝰ glorificeꝛ: sed vt ipsi in his que agunt laudentur et remunerenꝛ. Et ideo non solum nullā mercedē: sed etiā penam recipiūt qui de bono

Contra onera grauia imponentes.

Penitentia modica imponenda.

Vana gl'ia scribarum.

malū faciunt.vñ Chryſ. Quēadmodū vermis de ligno
naſcit̄:et lignū a verme cōſumit̄/et tinea de veſte a qua
corrodit̄:ſic dyabol⁹ inſidiatur et occaſionē querit/vt q̄
cogere hoīem ad malū nō pōt/ſtudeat vt ex bonis operi
bus malū inanis glorie naſcat̄: et qđ bonum erat ex ina-
ni gloria ſit malū. Igitur vt ait Hiero: quicūq; ita facit
quodlibet vt videatur ab hoībus ſcriba eſt/ꝛ phariſeus
Deinde qđ dñs gñaliter dixerat: ſcꝫ opa ſua faciunt vt
videant̄/cōſequēter in ptes diuidit dicēs ⌊Dilatant eni
philacteria ſua:et magnificāt fimbrias: et volunt am-
bulare ī ſtolis.⌋ Circa hec ſm Hiero.ē ſciēdū eſt dñs cū
dediſſet mādata leg ꝑ moyſen/ad extremū itulit dicēs.
ligabis ea in manu tua:et erūt ſemper ante oculos tuos.
Et eſt ſenſus. Precepta mea ſint tibi ſemp in ope/ ſemp
in meditatiōe:ſint in manu tua vt ope cōpleant̄:ꝛ ſint añ
oculos tuos/vt die ac nocte mediter⌋ in eis:q2 ſpūaliter
ꝑ man⁹ eſt intelligenda operatio:et ꝑ oclos iugis medi-
tatio. Sed pharisei male interpretātes ſcribebāt in mē-
branis et chartis decalogū moyſi.i.decē legis vba ſiue
ꝓcepta:cōplicātesq; ea:et quaſi coronā capiti faciētes li-
gabāt in fronte/vt ſemp ante oculos mouerent̄. Et ſimi
liter ī ſiniſtro brachio circūligabāt:vt ſemp ī manu ha-
berēt. Et dilatabant has mēbranas.i.eas latiores facie-
bant:et decalogum in eis de groſſiori littera ſcribebant.
Et hec oīa faciebant in ſignū religiōis:vt per hec reli-
gioſi apparerent/et recordatores et obſeruatores deca-
logi ab hoībus viderent̄. Et he charte dicebantur phi-
lacteria a philare qđ eſt ſeruare:et theria qđ eſt lex qſi
cōſeruatoria legis:q2 erāt quedā ſigna ſeruāde legis: eo
ꝙ q̄cūq; ea habuiſſent quaſi ob cuſtodiā et munimentū
ſui haberēt. Juſſerat etiam moyſes vt in quattuoꝛ an-
gulis palliorū iuxta pedes facerēt fimbrias iacintinas
ad populū iſraeliticū diſcernendū a ceteris populis in
habitu exteriori ſicut erāt religione diſcreti:ꝛ ponerent
in eis vittas iacintinas:q̄ etiā cū filiis apponebantur: vt
videntes eas recordarent̄ mandatoꝝ celeſtiū/ac vana ꝛ
inutilia nō cogitarent. Sunt igitur fimbrie legis māda-

Fimbrie legis ſunt mādata.

ta:vitte vero iacintine ſancte cogitationes: que ſi ſimul
iuncte fuerint ab omni vanitate oculos auertunt: et tota
mente ad celeſtia dirigunt. Videtes eni iacinctū celi re-
cordamur: q2 vni⁹ coloris ſunt celum et iacintus. Iſtiuſ
modi erat fimbria breuis et parua ex lege ꝓcepta:quam
mulier ſanguine fluēs tetigit in pallio dñi et ſtatim ē ſa-
nata. Per hmōi etiā fimbriā credit̄ ſamaritanā cogno-

Fimbria domini.

uiſſe de dño ꝙ iudeus eſſet. Superſtitioſi vero magiſtri
gl'iam ab hoīb⁹ captantes:et lucra ſectātes:et ad oſtēta-

Fimbria ſuperſtitioſorum.

tionē maiores fimbrias aliis in palliis ſuis faciebant:et
acutiſſimas in eis ſpinas ligabāt/vt videlicet eūdo/vel
ſedendo eis pungerētur:et quaſi ſic cōmoniti memores
mandatorū et beneficioꝝ dei eſſent: et hac cōmonitione
ad officia dei et ad miniſteria ſeruitutis eius traherent̄
non intelligentibus eis ꝙ hec in corde portanda ſint nō
in corpore: alioquin et armaria:et arche libros habent
et dei noticiā nō habent. Pro tanto autē hec faciebant:
q2 hoībus videri:et opinione ſanctitatis ab eis honora-
ri/ac lucra habere cupiebant⌋ Et volebant in ſtolis am-
bulare⌋.i.cultioribus veſtimētis ad publicū procedere:
vt ꝑ hoc honorabiliores viderent̄ et magis venerarent̄:
qđ in diuite reprehenditur qui byſſo et purpura indue-
batur. Stole erāt camiſie linee longe quib⁹ ſcribe vtebā
tur vt ſanctiores apparerent:et dicebant̄ ſtole a thelon
qđ eſt longū:q2 vſq; ad pedes deſcēdebant. He ſtole ad-
huc hodie multas ſimulationes et hypocriſes faciunt:
ac pleroſq; incautos decipiūt⌊ Amabant quoq; primos
recubitus:et ſedes in cenis et cōuiuiis⌋et hoc duplici de
cauſa/ſcꝫ ratione gule:quia ibi primo ſeruitur et fercula
meliora ponūtur:et ratione ſuperbie:vt ſic in loco hono
rabiliori poſiti principaliores et maiores dñi viderent̄
⌊Et primas ⌋et digniores⌊cathedras in ſynagogis ⌋et
cōgregationib⁹ vbi cōueniebāt hoīes ad audiēdū ver-
bum dei⌊et primas ſalutationes in foro⌋.i.loco patenti.
ꝑmas quidē tpe/ac factas alta voce⌊et⌋iclinato capite
⌊vocari ab hoībus rabbi⌋.i.magiſtri vt dicit chry. Vo-
cari volūt nō eſſe:nomē appetūt/et officiū negligūt. Et
notandū ꝙ tripliciter cōueniūt hoīes/vel tractāda car-
nalia ſicut in cenis/vl' ſpūalia ſicut in ſinagogis/ vel tē-
poralia ſicut in foro:et vbiq; volebant principatum ha-
bere:et gloriā in publico querebant ſibi exhiberi. Ecce
ergo quattuoꝛ generaliter in hac ſerie que reprehēdun-
tur in magiſtris et prelatis in quibus nō ſunt imitandi.

Magrorū quattuoꝛ vitia.

Primū eſt defect⁹ bone operatiōis:q2⌊dicunt et non fa-
ciūt⌋ Scđm auſteritas ꝑlationis q2⌊onera grauia aliis
(nō ſibi)ipōnūt⌋ Tertiū oſtētatio ſingularis actiōis:q2
⌊oīa opera faciūt vt videātur ab hoībus⌋ Quartū affe-
ctus ambitiōis ꝛ laudis:q2⌊amāt primos recubitus/et
primas cathedras et ſalutationes.⌋ Et nota ſm bedā ꝙ
dñs nō arguit et vituperat eos quib⁹ hec ex officii oꝛdi-
ne cōpetunt et fiūt:ſed illos qui hec habita/ſiue nō habi-
ta/indebite amant et appetūt:aīm videlicet nō gradum
redarguens:et ad voluntatē nō ad factū vituperationē
referens. Sine cauſa eni hoc loco ſe humiliat: qui corde
ſe ꝓfert et exaltat.vñ nō ꝓhibet magiſtros pmo ſedere/
nec doctrinā ſup cathedrā/nec ſalutationes in foro/nec
noīa magiſtri vel patris:ſꝫ ambitionē et vanā gloriā:ne
q̄s hec appetat vel gl'ietur in eis. Si aūt dicit Chryſ.di-
ligere talia eſt incuſatio:q̄ malū eſt ſtudere vt his aliq̄s
potiat̄. vt ait Beda. Ve miſeris illis ad quos phariſeoꝝ
vitia trāſierūt:q̄ per breue curriculum vite ſue quo petā
plāgere debuerāt ꝓ prioratu certare nō metuūt. Et ſciē-
dum ſm eūdē ꝙ duplici ratiōe a vane gl'ie cupidis attē-

A vane gl'ie cupidis attēdendum.

dere iubemur:ne.ſ.eorū vel ſimulatione ſeducamur:eſti-
mantes bona eſſe que faciūt:vel emulatione ad imitādū
inflāmemur fruſtra gaudentes in bonis laudari q̄ ſimu-
lant. Deinde reuocat diſcipulos ab hac ſupbia et ambi-
tione dicens⌊Vos autē nolite⌋.i.nō velitis et affectetis
⌊vocari rabbi⌋nec vocemini.i.nec appetatis vocari ma
giſtri ꝓpter inanis gl'ie ambitionē⌊et patrē nolite voca
re vobis ſuper terrā⌋ ꝓpter adulationē. Nō honorē vel
nomē magiſtri aut patris inhibet: ſed ne quis indebitū
vel indebite ſibi vſurpet vel alteri attribuat⌊vnus eſt eī
magiſter⌋et pater principalis oīm ſingulariter et per ex
cellentiā⌊q̄ eſt in celis⌋cui eſt cura de oībus : licet aliq̄s
poſſet vocari pater vl' magiſter in terra ratiōe generatio
nis doctrine vel etatis:tñ ſolus de⁹ nature autoꝛ eſt pat
et magiſter pricipalis:q2 ab eo habem⁹ qđ ſumus et ſci-
mus. vbi Chry. Vos aūt nolite vocari rabbi/ne qđ deo

Rabbi vocari non debemus.

debet̄ vobis ꝓſumatis. Nolite ꝛ alios vocari rabbi: ne
diuinū honorē hoībus deferatis. Vn⁹ eſt enim magiſter
oīm q̄ oēs hoīes naturaliter docet⌊Et patrē nolite vo-
care vobis ſup terrā⌋q̄ nō eſtis filii terreni. Ex eo eni ce
leſtē te ꝓfeſſus es habere patrē ex quo patrem tibi voca
ſti de celo dicēs. Pater noſter q̄ es in celis. Ex quo eni
celeſtē te ꝓfeſſus es habere pr̄em.vocando patrē deum/
turpe eſt vt iterū te ꝓfitearis terrenum tibi patrē vocan
do ſup terrā. Et iterū⌊ne vocet⌋patrē in terra⌋nō vt de-
honores eos q̄ te genuerūt:ſed vt oībus illis ꝓpones eū
q̄ te fecit et inſcripſit te inter filios ſuos.hec Chryſ.⌊oēs
aūt vos fratres eſtis⌋q2 filii dei ꝑ creationē et gr̄e ado-
ptionē ad vnā vocati hereditatem.ſ.ad regnū celoꝝ.ſm
hiero. Oēs xp̄iani fratres vocant̄ ſpāliter: et oēs hoīes
ex vno pr̄e deo nati cōiter/nō ſolū aūt dñs ꝓmat⁹ cupe-
re ꝓhibet:ſꝫ ad ꝯtrariū auditorē inducit. vñ vt ī amorē
hūilitatis diſcipulos ducat: oſtendēs formā hūilitatis
ſubiūgit⌊Qui maioꝛ eſt veſtrū⌋vel merito ſctītatis: vel
officio dignitat⌋erit(et ſit)miniſter veſter⌋ꝛ alios pue-
niat obſequēdo:nō ſupbe dñando parat⁹ ad officia hūi-
litatis ſm decentiā dei ſui ſtat⁹.vñ et paps vocat ſe ſer-
uū ſeruoꝝ dei. Vñ agētib⁹ ꝑ hūilitatē ſit ſoci⁹: cōtra de-
linquētes zelo iuſticie ſit erect⁹⌊Qui aūt ſe exaltauerit⌋
in pñti ꝑ elationē et arrogantiā⌊hūiliabit⌋in futuro ꝑ
dānationē ꝛ penā⌊ꝛ q̄ ſe humiliauerit⌋in pñti:nō nequit
ſed veraciter⌊exaltabit⌋in futura gl'ia mirabiliter. Et
notandū ꝙ ꝓpter triplicē gradū hūilitatis hoc vbū ter
ponit̄ in euāgelio:ſcꝫ ſupra vbi monet vt inuitati recum-
bant in nouiſſimo loco:et iterum de phariſeo et publica-
no orātib⁹ in tēplo:et tertio in hoc loco. Eſt eni triplex
hūilitas.ſ.cordis/opis/et oris:quā tria nutriūt et cuſto
diunt. Primā aſſiduitas cordialis ſubiectionis quā nō
habuit lucifer. Scđam conſideratio ꝓprie fragilitatis
quā nō habuit adam. Tertiā benignitas orationis quā
non habebit antichriſtus.

Oratio.


Domine ieſu xp̄e pie/aufer a me defectū bone
operationis:vt merear bona nō ſolū docere ꝛ
dicere:ſed etiā facere et operibus adimplere:
remoue a me auſteritatem ac crudelitatem:ne
grandia iubendo: et minora non faciendo me releuare

videar: et alios onerare. exclude a me gloriam inanẽ et ostentationẽ/ne opera mea vt ab hominibus videar faciem: et gl'iam humanã in eis nõ querã. Elonga etiam a me ambitionis et laudis affectũ: ne prima loca et salutationes amem: vel magistri nomẽ: vt me sic humilians in hoc seculo merear a te exaltari in futuro. Amen.

Quib⁹ debetur ve eternũ. Caplm.xxxviij.

Matth. xxiij.

Post hec domin⁹ qui legi et p̃ceptis euãgelicis obediẽtib⁹ dat bñdictiões ipsis scribis et phariseis inobediẽtib⁹ cõminat ve maledictionis: et in oib⁹ effectibus hypocrisis ipsoꝝ hãc dictionẽ ve p̃ponit: q̃ maledictionẽ significat. Ve q̃ppe in scriptura sacra notat eternã dãnationẽ: et gehẽne supplicium: sed heu hui⁹ seculi pegrinationẽ et p̃ns exiliũ. vnde fm Origeñ. Sicut in veteri lege ponunt bñdictiones obseruãtib⁹ legẽ: et maledictiões trãsgrediẽtib⁹ eã: ita in euangelio ponunt beatitudines respectu iustoꝝ vt habitũ est supra in sermone dñi in mõte. et hic econtrario ponũtur maledictiões ꝯtra hypocritas falso iustitiã simulantes. Et ponit octo ve iuxta octo in quib⁹ ipsoꝝ hypocrisis et fictio patet: ad ostẽdendũ q̃ in eis cauẽda esse docet. In p̃mo redarguit eos de supbia et auaricia: q: regnũ celorũ claudebãt añ hoies: et nec ipi itrabãt/nec itrare sinebãt. Volẽtes. Vñ dicit [ve] .i. eterna dãnatio [vob] imminet [scribe] q̃ putat vos periti i lege [et pharisei] q̃ dicit vos p̃latos in sctitate [hypocrite] simulãtes q̃d nõ estis [q̃ clauditis regnũ celorum ante hoies] .i. q̃ vris prauis expositionib⁹ veritatẽ scripturaꝝ absconditis: vel malo exẽplo alios scãdalizatis [vos aũt nõ intratis] q: intelligere et credere nõ vultis [nec itroire volentes] .i. credere cupiẽtes [sinitis intrare] imo facitis errare. Duplicit enim impedit ingressus alicui⁹ in domũ. vno mõ qñ clauis tollit. alio modo qñ obstaculũ ponit. Spũaliter aũt fm chrys. regnũ celorũ sunt sacre scripture: q: in eis regnũ celoꝝ ẽ insertũ. Iste ergo claudit hoc regnũ alteri: qui clauẽ portat et nõ aperit. s. q̃ hꝫ scientiã et docere cõtẽnit vel negligit. iste vero obstaculũ ponit: q̃ p malũ exemplũ alios ipedit ne itrẽt: vel intrare velit: q̃uis ergo scribe et pharisei p scripturas cognoscerẽt: et scirẽt xp̃i aduentũ/tñ ipi cõsiderabãt q̃ si xp̃s credit⁹ fuisset cõsuetudo sacrificioꝝ et oblationũ cessaret: et sic ipsi oblationib⁹ sacrificioꝝ fraudarent: et iõ praua expositiõe et peruersa interp̃tatione ante ꝯspectũ populi claudebant ianuã legis et ꝓphetarũ: q̃ de aduentu xp̃i manifestissime locuti fuerãt: vt a fide xp̃i hoies retraherent. Malis q̃ꝫ opib⁹ et exẽplis simplices a fide auertebãt. et sic eos scãdalizãtes regnũ celoꝝ añ illos claudebãt. Prio q̃dã ipi cognitionẽ de xp̃o habuerũt: sed postea p inuidiã cecati pdiderũt: et in errorẽ cõuersi sunt: et multos alios errare fecerũt. Vel fm alios regnũ celoꝝ hic accipit ꝓ eterna beatitudine: ostiũ p q̃d intrat ad ipsam xp̃s ẽ fm q̃d ipsemet dicit. Ego sum ostiũ: p me si quis introierit saluabit. Clauis est doctria: et ideo p sanã doctrinã aperit hoc ostiũ: et p falsam doctrinã claudit. Igitur q: pharisei et scribe auctoritates q̃ sunt in lege et ꝓphetis de xp̃o corrũpebant: ideo regnũ celorũ ante hoies claudebant: eos a fide/et noticia xp̃i veri auertẽdo: et in errorẽ mittendo. Ipsi nõ intrabãt: q: a cognitione quã de xp̃o habuerũt p odiũ et rancorẽ in errorẽ conuersi sunt [nec introeũtes] .i. intrare volẽtes [quales erant simplices populi] nõ sinebãt intrare: q: p eos fuerũt decepti/et a fide xp̃i ꝓ maiori parte auersi. In secundo redarguit eos de gula: et gastrimargia: q: sub specie cultus diuini et religionis [oratiõe longa] .s. in verbis sed breui in affectu et sententijs [orãtes] vt sanctiores apparerent: et maiora dona reciperẽt: comedebãt substantiã pauperũ/scꝫ [domos viduaꝝ] affectũ pietatis ad eos habẽtiũ bona earũ sibi attrahẽtes: et cõsumẽtes sub simulatiõe et falsa specie sctitatis: q: sua supstitione nihil intendebant nisi vt predã de subiecta plebe facerent: et magis de viduis que facile decipiunt nõ habẽtes virũ qui ꝯsulat: et habentes dandi libertatẽ q̃d volũtas suggerit. Et ex hoc factũ eorũ aggrauatur: qm̃ nõ a diuitib⁹/sed a viduis ventrem implebant: et illarũ inopiã attrahebant quã emendare oportebat. vbi Chrys. Nõ iudaicos sacerdotes ꝯfundit christianos sacerdotes monet non pmanere cum viduis ampli⁹ q̃ꝫ cũ ceteris. q: et si volũtas mala nõ est/suspicio tñ mala est. Deinde et hui⁹ rapine modus erat grauior: vt eñi dicit Chry. Qui malũ facit dignus est pena: sed q̃ a religiõe cãm accipit: malicie grauiori est obnoxius pene vnde sequitur. [Propter hoc] .s. nõ solũ ꝓpter rapinã sed etiam ꝓpter vestrã simulationẽ [ampli⁹ accipietis iudiciũ] et maiorẽ dãnationẽ. vbi Chrys. Primũ quidẽ ꝓ eo q̃ figmentũ sctitatis assumitis: auariciã eñi vestrã religiõis colore depĩgitis: et quasi dyabolo p̃statis arma dei vt armet iniq̃tas dũ pietas estimat. vñ et fm Bedã. Nõ tñ ait accipiẽt dãnationẽ: sꝫ adiunxit maiorẽ. vt insinuet illos qui orãt vt videantur ab hoib⁹ damnationẽ mereri: sꝫ eos qui hec plixi⁹ q̃si religiosiores agẽdo/nõ solũ laudes ab hoib⁹: sed et pecunias querũt prolixiori dãnatiõe plectẽdos. Istoꝝ ergo orõ fit in pctm̃ vt nõ solũ ꝓ alijs intercedere nõ possint: sed nec sibi ad salutem p̃ficere/imo ꝓ ipsis orõnib⁹ magis dãnabuntur: vñ et Isido. Dupliciter dãnant hypocrite: vl' ꝓ occulta iniq̃tate: vel ꝓ aperta simulatiõe. Ex illo eñ cõdẽnant. q: iniqui sunt: ex isto q: ostẽdũt q̃d nõ sũt. vñ fm greg. Simulata equitas nõ est equitas: sed duplex iniq̃tas: et iõ plectẽda maiori pena. In tertio redarguit eos de inani labore et nequitia: q: multi eorũ circũeunt [mare et aridã] ciuitates et villas lustrãtes orbẽ [vt] [ex gẽtib⁹] [vnũ ꝓselitũ faciãt] .i. aliquẽ de gẽtilitate ad iudaismũ trahãt et cõuertãt: et nõ ꝓpt miam vt eos saluẽt: sed aut ꝓpter vanã gl'iam vt pietate fidei et cultui xp̃iane religionis obsistant/aut ꝓpter auariciã vt additis in synagoga iudeis sacrificioꝝ oblatio adderet eis. Proseliti dicunt qui relicto gentilitatis errore ad iudaismũ ꝯuertunt: quoꝝ raritas p vnũ significat. Vbi patet labor vacu⁹: q: ꝓ vno circumeunt mare et aridã multi: sed vnus de mille xp̃us circuit ciuitates et villas: et sequunt eum turbe multe: Patet etiã nimia eoꝝ neq̃tia: q: ꝓ quo laborãt vt ad se trahãt deteriorẽ se faciunt [et gehenne] seu perditionis [filiũ] duplo q̃ꝫ seipsos. Quia ante dñm ethnic⁹ erat/simpliciter errabat: et semel fili⁹ gehẽne erat: sed postea videns eoꝝ vitia: et corruptus in morib⁹ p malã eoꝝ vitã reuertit ad gẽtilitatẽ: et sic preuaricator et apostata a lege quã seruare ꝓmiserat i morib⁹ et in fide peccat: et maiori pena dign⁹: q: meli⁹ esset illi veritatẽ nõ agnoscere: q̃ꝫ post agnitã retrorsum ꝯuerti. Silr faciũt illi q̃ multũ laborãt ad hoc q̃ possint aliquẽ ad religionẽ adducere/et cũ adduct⁹ est p mala exẽpla faciũt eũ apostatare: et fiũt nouissima ei⁹ peiora p̃orib⁹: q: (vt hic ait Hiero.) nõ eo studio seruam⁹ q̃sita q̃ q̃rimus. In quarto redarguit eos de stultitia et fraudulentia: q: vt pplm ad dandũ et offerẽdũ inuitarẽt: ea q̃ erãt ꝓpter tẽplũ et altare/preferebãt in honore et sctitate ipi tẽplo et altari sanctiora: dicentes q̃ si q̃s iuret p tẽplũ vel altare nihil est. i. nihil debet nec obligat isto iuramẽto: et cõuictus mẽdacij nõ tenetur reus periurij/nec est obligatus in aliquo [si aũt iuret in auro tẽpli] .i. in pecunia que offerebatur sacerdotibus in tẽplo [vel in dono] et oblationib⁹. i. in hostia et victimis q̃ offerunt deo sup altare [debet] .i. obligat et cõuict⁹ stati illud in quo iurauit tenet exoluere: et hoc studiosissime solebãt repetere. Sãctio ergo istoꝝ erat talis q̃ iuramentũ p creaturas nõ erat obligatoriũ: nisi solũ cũ iurabat p aurũ: et dona tẽpli: et altaris in quo nõ attẽdebãt dei timorẽ/sed suã cupiditatẽ. Vñ decipiebãt populũ dicẽtes aurũ et dona sanctiora esse q̃ꝫ tẽplũ et altare vt hoies prõptiores fierẽt ad offerenda dona: sed errabant: q: maius est q̃d sctificat/q̃ꝫ q̃d sctificat: ergo et tẽplũ maius est q̃ꝫ aurum: et altare mai⁹ q̃ꝫ donũ: q: templũ et altare quodãmodo sctificãt in eis oblata: q: erant deo dicata: ergo et iuramentũ p tẽplũ et altare mai⁹ ẽ q̃ꝫ p aurũ tẽpli vl' donũ altaris. vñ vocat eos cecos duces: q: in errore erãt/et alios i errorẽ ducebãt: et iste error maxime ex cupiditate ꝓcedebat. Itẽ ꝯuicit eos alia ratione: q: in iuramẽto q̃d fit p templũ vel altare ꝯtinet iuramentũ p aurũ: vel p donũ: q̃ eñi iurat p altare ex quo deriuat oblatoꝝ sctificatio iurat etiã in contẽtis in illo et qui iurat p templũ: iurat etiã in habitãte in ipso: et iõ iuramẽtũ p templũ vel altare magis est obligatoriũ/q̃ꝫ p dona templi vel altaris. Similiter quia iudei consuetudinẽ habebant per celũ iurare: ideo ad reprehensionem eorum subdit [Et qui iurat p celũ iurat in throno dei: et

Ve in sacra scriptura q̃d notat.

Mat. v.

Ingress⁹ in domũ dupliciter ipeditur. Regnũ celorũ pro scripturis sacris.

Proseliti q̃ dicunt.

Ethnici conuersi graui⁹ dñ retrocedunt peccant.

Iuramentũ p creaturas.

in deo q̄ sedet sup eū] Non ergo sicut arbitrant̄ euadūt
periculū ex eo ꝙ nō iurāt p deū/sed p thronū dei.s.celum
Qui enī p subiectā creaturā iurat implicite/iurat per crea
torē creature p̄sidentē: ꝛ ideo iuramētum p creaturas li
Iurare p euāgeliū. citū est obligatoriū. Adhuc multi insipientes xp̄iani eo
dē vitio ꝛ simili errore laborāt: q̄ putāt maius esse iura:
re p euāgeliū q̄ȝ p deū: et cū p euangeliū iurare timeant:
p deū tñ frequent̄ ex vsu vitioso iurare nō formidant: cū
tñ tota sctitas euāgelij a deo veniat. Scripture enī pro:
Ve de ignauia circa salutaria. pter deū facte sunt nō deus ꝑpter scripturas: ꝛ ideo ma:
ior est deꝰ q̄ sctificat euāgeliū q̄ȝ euangeliū qd̄ scificatur
ab eo. In quinto redarguit negligentiā ꝛ segniciē quam
habebāt circa magna et vtilia ad salutē aīarū ptinentia
gerētes magnā sollicitudinē ꝛ diligētiā circa minuta et
tpalia: qꝛ decimabāt oē olus et minimas res: sed in iudi
cijs iusticiā/in pauperes miam/ ꝛ in deū fidē: q̄ magna
sunt p̄termittebāt. Fides importat debitū ordinē hoīs
ad deū: iudiciū aūt importat debitū ordinem hominis
ad proximū in his que habēt rationē debiti. mia autē in
his q̄ hñt rōnē doni/et in his tribus intelligunt̄ oīa illa
q̄ ad salutē sūt multū necessaria. Hec aūt dicit [deciat]
pōt dupliciter intelligi. Uno mō respectu sui: qꝛ lȝ mini:
stri receperunt decimas a populo: tñ de illis acceptis a
pplo/et de his q̄ habebant ex labore suo decimas redde
bant sacerdoti summo. Ad simulationē q̄ppe sanctitatis
reddebāt eis decimas de minimis/ et rōne cupiditatis:
vt per exēplū sui inducerent populū ad reddēdū sibi de
cimas de oībus vsq̄ȝ ad minima. Aliter pōt intelligi re:
spectu aliorum quos ad stricte soluendū decimas indu:
cebant quas ab eis vsq̄ȝ ad minima extorquebāt. Et ne
aliquis crederet ꝙ de minimis rebus non essent decime
dande subiungit ꝙ principalius oportet facere hec ma:
iora.s. [iudiciū et misericordiam] ac ea q̄ sunt fidei agere
tanq̄ȝ magis necessaria [et illa] scȝ maiora et decimatio:
nē minimarū rex [nō obmittere] tanq̄ȝ bona minora: qꝛ
p̄ceptū dei est de oībus tā miorībꝰ q̄ȝ maiorībꝰ decimas
dare: et oīa precepta leg̃ tā maxima q̄ȝ minima oportet
implere. Deinde has simulatiōes eoruȝ arguit: qꝛ erāt du
ces hñtes regere populū ceci peruertentes intellectum
scripturarū [colātes] ꝛ purgātes [culicē] .i. minora cum
diligētia disquirētes et tractātes [camelū autem glutiē
tes] .i. maiora subticētes et ꝓ nihilo reputādo obmitten
tes. Culex q̄ppe aīal paruū est ab aculeo dictū: hȝ enim
in ore fistulam ad modū stimuli quo pungit carnē et su:
git sanguinem: p qd̄ minor transgressio intelligitur. Ca:
melus ꝟo est aīal magnū et deforme: p qd̄ maior preua:
ricatio designat̄. Ubi Chry. Cū scribarū et phariseorū
ad quos loquebatur: quidam erant sacerdotes: quidam
aūt populares: nō est incōgruū vt duplicē huius loci fa
ciamus traditionē: vt vna ptineat ad populares qui de
cimas dant: alia aūt ad sacerdotes q̄ decimas accipiūt.
Etenī ipse sermo dubiꝰ est qui dicit [Ue vobis qui deci
matis] quia ꝛ q̄ accipit decimas recte decimare dicit̄ et
qui dat. Scribe ergo et pharisei minimorum olerū deci
mas dabant: vt p hoc vidētes eos dicerent hoīes. Pu:
tas quō oīm rerū suarū decīas offerre nō p̄termittūt vt
etiā cōtēptibiliū olerū decimas dare non negligūt. Pu
tas quō oīa precepta dei vita eox consumat/ vt nec i mo
dicis his negligere acquiescant qd̄ non erat verū. Nam
minorum quidem rerū decimas offerebant ostētande re
ligionis gratia: in iudicijs aūt erant iniusti: in fratribus
sine misericordia: in deum semp increduli: liquentes culi
cē: camelū aūt glutientes: qm̄ a modicis quidē delictis
se abstinebant: magna aūt alacriter cōmittebant. Nunc
veniamus ad sacerdotes. Hi ergo auaricia pleni: si q̄s
de populo decimam alicuius rei vel minime nō obtulis:
set: ita eum corripiebāt quasi magnum crimen fecisset.
Minora vitia ꝛ nō maiora castigantes. Si quis autem in populo aut in deum peccabat/ aut al:
terum ledebat/aut aliquid tale faciebat: nemo curabat
corripere eum quasi nullam culpā fecisset. ¶ De suo q̄dē
lucro sollicite agebant: de gloria vero dei et salute homi
num negligebant. Sic et mō fit. Quia oēs de suo hono:
re solliciti sunt: de honore autem dei nullus. Et portio:
nes quiq̄ȝ suas vigilanter aspiciūt et defendunt: sed cir:
ca obsequiū ecclesie curā impendere nō attēdunt. Si po
pulus decimas non obtulerit: murmurant oēs: et si pec:
cantē populū viderint nemo murmurat cōtra eos. Ipsi
sunt qui docent populum suo exemplo liquare culicem

et camelū glutire .i. a modico peccato se continere maio:
ra autē cōmittere. hec Chryso. O q̄ȝtū adhuc hodie ceci
tas scribax ꝛ phariseox regnat: prochdolor in p̄latis tā
religiosis q̄ȝ secularibꝰ qui sollicite curant de solutione
decimarū et censuum que eis debent̄: et parum curant si
subditi in maioribꝰ inuoluant̄ criminibus: q̄ minora sub
tiliter discutiūt et maiora subticent: ac magnam in mini
mis/sed paruā vl̄ nullā in maximis diligentiā adhibēt:
puta si quēpiam de clericis suis vel monachis dep̄rehē:
dunt in cerimonijs exterioribus offendere aspere redar
guūt: ꝛ si supbus est/aut inuidꝰ/ vel detractor / vel semi:
nator discordie/ ꝛ turbator pacis/sub silētio pretereunt:
plꝰ puniūt aliq̄s ꝓ obmissione vniꝰ cōstitutiōis vl̄ admo:
nitionis: ac de transgressione decretaliū ꝛ constitutionū
hoīs q̄ȝ euāgeliorū ꝛ mādatox xp̄i. Curā aīax negligūt
ꝛ negocia exteriora agūt: nō curant fructū animarū: sed
excrescentiā diuitiarū: p mūdū discurrūt: gregē sibi con
missum non custodiunt. Custodiat eū qui custodit israel
In sexto arguit eos simulationis ꝛ mendacij: qꝛ plꝰ cu: Ve de simulatiōe ꝛ mēdacio
rabant lauare sordes exteriores q̄ȝ interiores: plus cor:
porū et vasorū q̄ȝ morū ꝛ vitiorū. Pharisei enī qñ debe
bant ascendere in templum ad ostentationē mundicie:
primo lauabant vtensilia domus ac vestimenta et consi
milia: et parum curabant de interiori mundicia intrinse
cus. Sic etiam foris ostēdebant hoībus sanctitatem in
habitu: in sermone: in philacterijs: in fimbrijs: in oratio:
nū longitudine et ceteris hmōi: intrinsecus aūt in cōsciē
tia et mente erant [pleni rapina] per affectū ambitionis
[et immundicia] p voluptatē carnis: vel [rapina] .i. aua:
ricia [et immūdicia] .i. sordibꝰ vitiorū: qꝛ qd̄ bibebāt et
māducabāt alijs auferebāt: ꝛ p hoc cibꝰ ꝛ potus eox im
mundiciā peccatorū habebat. In hoc vero multū erra:
bant et magna cecitas eox erat: qꝛ plꝰ curādū est de mū
dicia interiori q̄ȝ exteriori: qꝛ exterior non est deo acce:
pta nisi p interiorē. Tales sunt etiam modo multi q̄ sunt
sicut fimus niue dealbatus. exterius decorati: et intꝰ ini
quitate pleni. Unde si quis interiora exterius euolueret
multū fetorē/ multāq̄ȝ saniē inueniret. vñ in Ezech. Fili Eze. viij.
hoīs fode parietē et videbis abominationes: mundan:
dū est ergo qd̄ intus est calicis et parapsidis .i. cor pur:
gādum est a vitijs: qꝛ p interiora [calicis et parapsidis]
intelligit methaphorice interiora mentis: ex cuius mun:
dicia dependet bonitas mundicie exterioris: et ideo se:
quit̄ [vt fiat qd̄ de foris est mūdū] .i. vera sit ostēsio scti:
tatis non malicia dissimulationis. vñ Orige. Hic sermo
nos instruit vt festinemus esse iusti non apparere. Qui
enī studet vt appareat iustꝰ / que a foris sunt mundat/et
que videntur curat: cor aūt et cōsciētiā negligit. Qui au
tē studet ea que intꝰ sunt .i. cogitationes mundare: conse
quēs etiā est vt ea que a foris sunt faciat munda. Et no:
tandū ꝙ in triplici ve positum est nomen cecitatis eo ꝙ
triplex cecitas arguatur in eis. Primo in docendis .s. in
ve quarto. Scdo in corripiendis siue in eligēdis .s. in ve
quīto. Tertio in agēdis: vt hic in ve sexto. In septīo de:
mōstrat hoc idē p exēplū sepulchrox: vt quō sepulchra
dealbata calce leuigata sunt forinsecus et ornata mar:
moribus/ac distincta auro et coloribus [intus autē ple:
na sunt ossibꝰ mortuorū] et ideo horribilia et omni spur:
citia .s. putredine et fetore: et ideo abominabilia. vñ dicit̄
sepulchrū quasi semi pulchrū: sic et ipsi mūdiciā et iusti:
ciā in habitu vestis/et humilitate verbum ondentes ex:
teriꝰ dealbati sunt ꝑpter boni simulationē: intus aūt ple
ni sunt hypochrisi .i. amore vane laudis q̄ȝtū ad intentio
nē simulationis et iniquitate .i. odio veritatis q̄ȝtum ad
affectionē malignitatis. Exteriꝰ habēt conuersationem
honestā vt coopiant maliciā occultā. Isti significātur
p bel q̄ exteriꝰ erat ereꝰ ꝛ intꝰ luteꝰ vbi chry. Merito q̄dē
iustorū corpora tēpla dicunt̄: qꝛ in corpore iusti anima
dñat̄ et regnat quasi deꝰ in templo. vel certe qꝛ ipse deus
in corporibus habitat iustis. Corpa aūt peccatorum se
pulchra dicunt̄ mortuorū: qꝛ aīa mortua est in corpore
pctōris: nec enī viuēs putanda est q̄ nihil viuū aut spiri:
tale agit in corpe: vel qꝛ mors ipsa in corporibꝰ habitat
pctōx. Sicut ergo sepulchrū q̄ȝdiu clausum est pulchrū
videt̄ a foris: si ꝟo apertum horribile: sic simulatores bo
nox q̄ȝdiu nō cognoscunt̄ laudabiles sunt: cū aūt cogni
ti fuerint inueniunt̄ abominabiles. Hic hypocrita si bo:
nū est eē malū: vt q̄d nō vis apparere quod vis esse: Si

bonū aūt est esse bonū vt q̄d nō vis eē q̄d vis apparere? Nam q̄d turpe est apparere turpius est esse: q̄d autē formosum est apparere formosi⁹ est eē. Ergo aut esto quod appares: aut appare q̄d es: q: manifestum malū a sapiētib⁹ nō reprehendit dū insania estimat. hec Chry. vñ ber. Quē dabis de filijs adā q̄ q̄d est nō dico velit sed vel patiat videri. In octauo arguit eos filios eē homicidarū:

De homicidarum. q: ꝑpter opinionē bonitatis ꝛ glīe i ꝑplos vt iusti viderent sepulchra ꝛ memorias prophetarū et occisorū ambitiose edificabāt ꝛ magnifice ornabāt / quos maiores eoꝝ interfecerunt: et dicebant ꝙ si fuissent i dieb⁹ patrū suorū nō essent socij eorū: in sanguine ꝑphetarū. i. ad effundendū sanguinē eorū: nec fecissent ea que patres sui fecerūt: in quo testant se filios eoꝝ q̄ ꝑphetas occiderūt. Scelera patrū ꝑpter speciē scītitatis vbo suo reprobāt: ꝛ ꝑsequēdo sanctos vt xp̄m et suos cadē scelera faciūt: ꝛ sic facto approbāt: q: filij sunt nō solū carne / s; etiā imitatione: nō solū q̄tū ad naturā / s; etiā q̄tum ad mores. Nō ei eos īcusat q̄m sepulchra edificāt: s; intētionē eorū reprehendit: q: nō ꝑpter honorē eorū q̄ occisi fuerant: nec ꝑpter amorē pietatis ꝛ vitatis hoc fecerūt: sed ꝑpt amorē vane laudis quā in hoc querebāt. vñ Chry. Qui

Tēpla nō fiūt ex male acq̄sitis facienda. martyꝝ ecclias edificāt ꝛ ornāt: bonū op⁹ facere videntur: sed siqdem ꝛ alias iusticiā dei custodiunt: si de bonis eoꝝ paupes gaudēt: si alioꝝ bona p violētiam non faciunt sua: scito q: ad gloriā dei edificāt. Sin aūt qs nō intelligat: q: nō ad gloriā dei faciunt edificia illa: s; ꝑpter estimationē humanā edificāt altaria martyrū: vbi pauperes passi violentiā ab eis interpellāt contra eos. Non eni gaudēt martyres q̄n ex illis pecunijs honorantur i quib⁹ pauperes plorabāt. Qualis est ista iusticia munerare mortuos: et spoliare viuētes: de sanguine miserorū tollere et deo offerre. Illō nō est deo offerre: s; velle violētie sue sociū facere deū / vt cū oblatā sibi pecuniam de pctō libenter acceperit / consentiat in pctō. Vis domum dei edificare: da fidelib⁹ pauperib⁹ vnde viuant: et edificasti rōnabilē domū dei. In edificijs eni hoīes habitāt de⁹ aūt in hoīb⁹ sanctis. Quales ergo illi sunt q̄ homines spoliāt ꝛ edificiū martyrum faciunt habitationes hominū cōponūt / ꝛ habitatores dei disturbant. Que est autē iusticia sanctos colere et cōtēnere sanctitatē? Primus gradus pietatis est sanctitatem diligere deinde sanctos

Sāctitas añ sāctos fuit. q: non sancti ante sanctitatē fuerunt: sed sanctitas ante sctōs. Sine causa ergo iustos honorat q̄ iusticiā spernit Non possunt sancti amici esse illorum quib⁹ de⁹ est inimicus. Dicebant apud se. Si bene fecerim⁹ pauperibus: qs illud videt? Et si viderint non multi vidēt: et si multi viderint: p tēpore vidēt. Trāsit tēpus: et cū tēpore trāsit beneficij memoria. Melr⁹ est ergo edificia facere q̄ aspiciāt oēs: nō i hoc tpe solū / sed etiam imposterum. O insipiēs hō quid prodest tibi post mortē ista mēoria / si vbi es torqueris / et vbi non es laudaris. hec Chry. ¶ Meide ꝑbat ꝙ sint filij homicidarum / et ostēdit eos non solum genimina viperarū quo ad maliciā in imitatione malorū ac paterne nequitie imitatores: sed etiam parentibus deteriores: ꝛ ꝙ fictio erat hoc q̄d dicebāt. s. ꝙ non cōmunicassent opib⁹ eorū si in tēpe illo fuissent. vñ dicit. [Et vos īplete] .i. īplebitis [mēsurā patrū vestrorū] s̄m hiero. et Chry. Nō iubet vel precipit: sed q̄d futurum erat

Mēsurā patrū implere. predicit et ostēdit. Mēsura eni patrum suoꝝ implere cupiebāt et iā impleuerunt: q: q̄d illis defuit isti suppleuerunt. Nec solū impleuerūt: s; mensurā mltū excesserunt. q: illi occiderunt hoīes: isti dei filium. illi suos: isti dñm: illi ministros / isti regē. illi mēbra / isti caput. illi prophetas: isti ꝑphetarū magistrū q̄ a ꝑphetis predictus est. s. xp̄m. ¶ Deinde postq̄ ostendit i phariseis multiplicem culpā: ostēdit cōsequēter penā dicēs. [Serpētes] venenū inuidie habētes [genimina viperarū] q: venenū malicie a patrib⁹ traxerūt [quō fugietis a iudicio gehenne] q. d. nullo modo: q: erant in malicia obstinati. Nō solum aūt hanc penā meruerūt ꝑpter mortē xp̄i: sed etiā ꝑpter occisionē apostolorū et discipulorū eius: ꝛ ꝑpter hoc sequit [ideo] sc; q: dicitis non essemus socij eorū. i. homicidarū vt ostendā vestrum mendacium. [Ecce ego mitto] seu mittam [ad vos] instruendos et reuocandos ad me [prophetas et sapiētes ꝛ scribas] sc; apostolos q̄ spiritu prophetico pleni erant: et corda sapiētia diuia erudiebant: et tanq̄ scribe docti de thesauris suis noua et

vetera proferebant [et ex illis occidetis et crucifigetis et flagellabitis in synagogis] et congregationibus [vestris: et persequimini de ciuitate in ciuitatem] q̄d et fecerunt: et quos illi ideo q: non viderunt nō occiderunt: isti videntes eorum desideriū impleuerunt: et sic mores patrū iniquorū secūdo se filios eorū esse testati sunt. Deinde vt ostēdat q̄m nō impune hoc faciūt / timorem eis exhibs incutit dicēs. [Et veniat] cōsecutiue: q: est consecutio equitatis [super vos] .i. generationē vestrā ꝛ oīm malorū vobis consimilē [oīs sanguis iustus] .i. debita vltio p omni effusione sanguinis iustorum [a sanguine abel iusti] cui⁹ munera narrant a deo accepta [vsq; ad sanguinē zacharie filij barachie] .i. ioiade sacerdotis q̄ ꝑpter suā iusticiam dict⁹ est barachias: qui interpretatur bene dictus dñi [quē occidistis] .i. vestra generatio vobis similis occidit [iter tēplū ꝛ altare] sc; holocaustorum q̄d erat extra templū. s. in atrio ipsius tēpli. S; licet multi post et ante ab hac generatione sint occisi: tñ potius nomiat istos duos q̄ alios. vt in vno laici. s. in abel qui fuit pastor ouiū / et in cāpo necatus: in alio clerici. s. in zacharia qui fuit altaris officio mancipatus / et in atrio tēpli occisus intelligant: et p hos duos oēs sancti martyres laicalis. s. et sacerdotalis ordinis designātur [Amē amē dico vobis. venient omnia] sc; scelera et scelerum punitiones [super generationē istā] sc; vestrā ꝛ oīm malorū: ꝛ si nō oēs sint vno tpe: tñ oēs sunt vnum corp⁹ dyaboli Deinde conuertit sermonem specialiter ad metropolim ciuitatē hierusalē in qua erant magis culpabiles: eā pij patris affectu plāgēdo: ꝛ ex hoc auditores erudiēdo dicens [Hierusalē hierusalē.] Hierusalē vocat habitatores nō edificia ciuitatis: ponēdo cōtinēs p cōtēto: et alloqtur hic populum iudaicū sub noie ciuitatis metropolitane. Geminatio vero hui⁹ verbi hirlm miserentis est: et miseriā vocātis ac valde diligentis. Vel geminat ꝑpter vehemētē reprehensionē ꝛ maiorē exprobrationem. Vel q: sanctos affligebant dupliciter ꝛ corporaliter et spūaliter [Que occidis ꝑphetas] dñm etiā occisura prophetaꝝ [et lapidas eos q̄ ad te] .i. ad tuā vtilitatē ꝛ instructionē ꝛ ad increpandū scelera tua [missi sunt] Ideo incurabilis est plaga tua: q: eos abijcis qui tibi salutē offerunt. vñ Chry. Quō saneris que nullum ad te medicum peruenire permittis? Sanctis meis non peperci vt tibi parcerē peccatrici. Illorū vitā neglexi ne mortē tuam viderem. Oēs medici spirituales in te defecerunt: et tu curata non es. Si de morte tua gauisus fuissem nūq̄ ad te misissem ꝑphetas. Si te perdere voluissem / nunq̄ ad te ipse venissem: ego quid faciā si tu ipsa viuere nō vis? hec Chry. [Quotiens volui] ego qui mortem peccatoris nolo: ego q̄ oēs peccatores saluare volo: nō quidē semel vel bis: sed multotiēs. Primo p legē nature. Secūdo p legē scripture. Tertio p legē gratie. Itē in mane puericie: in tertia adolescētie: in sexta iuuentutis: in nona senectutis. in vespere decrepite etatis [congregare] sub cultu vnius dei per fidem et charitatē [filios tuos] sc; iudeos predicationib⁹ prophetarum et miraculis: et te mihi adiungere et meis. Multi sunt dispersores: sed pauci ad bonū cōgregatores: dispergit eni dyabol⁹: dispgit mundus: dispgit carnalis affect⁹. dispergunt tentatores. S; dñs vult congregare in vnitatem fidei: in vnitatem charitatis: in vnitatem superne ciuitatis. Sequitur [quēadmodū gallina congregat pullos suos sub alas] Ponit exemplum de gallina / ad ostendendum affectum suū ad populū: q: inter alias aues videtur magis affici ad nutritionē et conseruationem pullorū: tam magnū eni affectum in filios habet vt eorū infirmitate affecta infirmetur et ipsa: ꝛ eos alis protegēs ꝯtra miluū pugnet. Sic ꝛ dei sapientia p carnis susceptionē infirmata protegit nos et defendit a dyabolo: ac nutrit et cōseruat sua gratia. Et noluisti quinimmo neglexisti: cōtradixisti: impediuisti: q: ꝑphetas a deo missos: postea iohānē baptistā: ꝛ vltio dñm nostrum iesum xp̄m ꝛ ei⁹ discipulos cōtēpserūt: imo et occiderūt: ac si diceret. Ego volui: sed tu noluisti: Ego q̄d meum est feci: s; tu q̄d tuū erat non fecisti. Ego ꝑ tua salute ꝑphetas ad te misi: s; tu eos interfecisti. Ego ad te ipse veni: et tu me recipere noluisti. Tibi ergo iputandū ꝛ tue malicie: nō mihi. O quotiēs monet nos deus: modo blandicijs: modo increpationibus: nunc sic nūc sic. Et parū auertim⁹. Et ideo valde timēda est no:

Zacharias barachie filius fuit.

bis pena que sequit̃. ¶ Eadem eni ex multiplici eoꝝ cul:
pa multiplicē eis ꝯminat̃ penā. Primo tēporalē quam
plus timebāt ꝛ semꝑ formidabāt: subuersionē ciuitatis
Deserta hierusalē a deo. et templi desertionem dicens. Ecce relinquetur vobis a
deo domus vestra.s.templū et ciuitas deserta: qꝛ ꝑ roma
nos fuerunt destructa: deserta quidē et nudata auxilio
xp̄i: qꝛ habitatorē xp̄m reliquerūt ac perdiderūt: et here
ditatē preripere gestientes heredem occiderunt. Ergo
xp̄us erat qui antea eis p̄sidebat: et eos manutenebat ac
gubernabat: et ab ostium manib⁹ eripiebat. Item deser:
ta angelorū custodia: qꝛ audita est vox in templo trāsea:
mus ab his sedib⁹. ¶ Mystice etiā dom⁹ iudeoꝝ deserta
et vacua derelicta ē.i.idigni habitudine sancti spirit⁹ re:
manserūt: qꝛ in icredulitate ꝑseuerātes xp̄m hospitē nō
susceperūt. vbi Chrys. Deserta est a sanctis: deserta a san:
titate/a fide/a charitate/a gratia et spū. Deserta deniqꝫ
ab ip̄o deo/et a bōis oīb⁹ q̄ sunt dei. vbi ꝛ Orige. Semꝑ
etiam eis qui noluerūt ꝯgregari sub alas eius cōminat̃
xp̄s: ecce relinquet̃ vobis dom⁹ vestra deserta.i.aīa ꝛ cor
pus. Deinde ꝯminat̃ eis penā eternā q̄ est carētia sue visi
onis: nisi a suis ꝯuertant̃ nequitijs dicēs. Dico eni vobis
Nō me et faciē meā videbitis amodo ab hoc.s.tp̄e passio:
nis mee: donec dicatis benedict⁹ q̄ venit i nomine dn̄i.i.
donec etiā inuiti cōfiteamini me esse xp̄m benedictum fi:
lium a patre missum: a ꝓphetis p̄dictū qd̄ erit in aduen:
Zach.xij. tu claritatis ad iudiciū. vn̄ Zach. Aspicient me quē con:
fixerunt. Reuera eni post passionem suam visus est a di
scipulis et amicis suis: sed nō a iudeis. Uel nō videbitis
me.i.nisi dicatis penitēdo et me dei filiū ꝑ fidē ꝯfitendo
[benedict⁹ q̄ venit in noīe dn̄i].i.hic est benedict⁹ qui ve
nit in mundū ꝑ icarnationē missus a patre. i quo innuit̃
ꝯuersio reliquiaꝝ an̄ aduentū ad iudiciū: tūc eni iudei q̄
in fine mūdi credituri sunt in xp̄m laudabūt et ꝯfitebun
tur ip̄m. Et his dictis exiēs dn̄s iesus de tēplo cū discipu
lis recessit a iudeis. vbi Origen. Sed ꝛ vnusquisqꝫ cū sit
tēplū dei ꝓpter spiritū dei inhabitantē i se: ipse sit causa
sue desertiōis vt egrediatur xp̄s ab eo. Oratio.

Domine iesu xp̄e q̄ legi ꝛ p̄ceptis tuis obediētī:
bus das benedictiōes: et inobediētib⁹ maledi
ctiones: da mihi de tua largitate ipsis tuis p̄:
ceptis semꝑ obtēperare/et errores hypocrita
rū i oībus euitare. da mihi tuis monitionib⁹ et benepla:
citis sine tedio acquiescere: et me sine negligentia emen:
dare: vt tandē in aduētu claritatis tue ad iudiciū te be:
nedictū ad plenā nostrā redēptionē: hoc est perfectā cor
poris et anime libertatē manifeste venietē letus aspiciā:
et cū electis tuis te sine fine benedicam. Amen.

¶ De signis aduentus domini et consumma tionis seculi. Capitulum.xxxix.

Matth.xxiiij. Mar.xiij. Lu.xxj.

Et cum dominus iesus
eadē feria iꝫtia egressus esset de tēplo:
ip̄o egressu designās qd̄ dixerat.s.do:
mū iudeoꝝ deserēdā.i.ciuitatē ꝛ tem:
plū: discipuli admirātes si tēplū tāte
pulchritudinis ꝛ fortitudinis destrue
retur.i.ad nichilū redigeret̃ [ostende:
rūt ei edificationes tēpli] non ignotas: sed tāq̄ admirā:
das: vt ꝓpter nobilitatem ꝛ magnificentiam edificiorū
que ad diuinū cultum facta erant flecteretur ad miseri:
cordiā: et mitigaret penā cōminatā. Uidebat̃ etiā eis ꝙ
nec rapi/nec euerti posset vel dirimi. Non respiciebant
ad tēpli sanctitatē: sed ad edificiorū preciositatē et forti:
tudinē: sic hodie multi plus attēdunt ad cultū eccl'ie cor
poralē q̄ spiritualē. vnde Bern. Gēmis altaria fulgent
et ministrorū dei nulla electio est. Sed cōtrariū fuit in p̄
mitiua ecclesia: qꝛ maior vis fiebat in ornatu sp̄uali q̄ in
materiali. vnde Aug. Olim erāt parietes eccl'ie viles et
viri preciosi: mō econuerso. Eccl'ie quippe ornatus non
est in edificijs et redditibus: sed in humilitate/hospitali
tate/et pietate. Et respōdēs iesus dixit. Non solū hec de
struenda fore: sed et ꝙ in eis non relinqueret̃ lapis super
lapidē qui nō destrueretur et cōminueret̃: q̄tūcunqꝫ pre
ciosa et fortia viderent̃: hoc aūt factū est a romanis.xlij
anno post passionē dn̄i. Similiter erit de magnis ꝛ sum
ptuosis palatijs: qꝛ non relinquet̃ lapis super lapidē in
eis. s̄m Bedā. Diuinit⁹ ꝓcuratū est et ꝓuisum/vt patefa
cta euangelica gratia ꝑ orbem: templū ip̄m cū suis cere
monijs tolleret̃: ne quis adhuc paruulus ꝛ infirm⁹ i fide
si viderit illa ꝑmanere q̄ a deo sunt instituta: a sincerita:
te fidei ad iudaismū laberet̃. Aufert̃ ergo vmbra et pal:
mā tenet veritas ꝑ orbē declarata. Dis eni ꝯpositio mā:
datoꝝ sic est destructa vt iudei nihil impleant: et capite
sublato mēbra inter se pugnēt. vn̄ Chry. Illa hierl'm fi:
guralis typū gerit hierusalē spiritalis.i.eccl'ie. Nā nisi
tēplū istud destructū fuisset: obseruātia legis non facile
fuisset cōpescenda. Ideo aūt destructū est vt si velint iu:
dei pōstmodū s̄uare legē nō possint/aut de pascha/aut
de sacrificijs/aut de ceteris festiuitatibus. Deciderunt
corporalia et figuralia vt surgerēt spiritalia et vera my:
steria. hec Chrys. Et vadens dn̄s ipsa die cū discipulis
in montē oliueti et sedens ibi [cōtra templū] in loco vbi
postea ꝯstructa est eccl'ia: iterrogat̃ ab eis de tp̄e destru
ctionis hirl'm et tēpli/et de signo aduētus sui ꝛ ꝯsumma
tiōis seculi: q̄ putabāt sequi statim destructionē ciuitatis
et tēpli. Iste questiones fuerūt ei facte i monte oliueti: et
hoc rationabiliter: qꝛ ex illo loco templum et ciuitas cla
rissime vident̃/et occasiōe hui⁹ destructio ibi queritur.
Silr̄ ꝛ iudiciū extremū futurū est circa illū locum: ideo
conuenienter fit ibi questio de futuro iudicio. Et respon
dens iesus dixit eis signa predictoꝝ: et eos circa quodli
bet in necessarijs et vtilibus instruxit: nec dicebat quod
eos scire nō expediebat. De signis docet: de tp̄e intiman
dū nō putat: qꝛ incertitudo tp̄is inducit terrorē ꝛ ita pre
parationē: sed ignorātia signoꝝ posset inducere in erro:
rē. Et q̄uis plura ex his signis possint referri simul ad
euersionem vrbis ꝛ templi: et ad xp̄i aduentū ante ꝯsum
mationē seculi. s̄m eni Chry. Dn̄s nō separati que signa
ꝑtineāt ad hoc vel ad illud ponit/vt eadē videantur ad
vtrūqꝫ ꝑtinere: qꝛ tn̄ euersionē vrbis et tēpli iam cōpletā
et p̄teritā dinoscim⁹: ideo ad instructionē nostrā oīa ad
ea q̄ restant referam⁹: qꝛ possunt oīa de aduētu xp̄i ꝛ ꝯsū
matione seculi intelligi: et ꝑ apl'os oīm credentiū ꝑsone
signari. Nam dicit hec discipulis: non tanq̄ eis q̄ dura:
re deberēt in vita ista vsqꝫ ad finē mūdi: sed i ꝑsonis eoꝝ
dixit hec oībus posteris eoꝝ credituris q̄si vnū corpus
existentib⁹ cum ipsis. Sed anteq̄ eis ad interrogata re:
spondeat: mentē eoꝝ vt nō seducant̃ cōfirmat. vn̄ Chry.
Neqꝫ eni de hierosolime destructione: neqꝫ de sc̄do suo
aduētu statim respōdit: sed de malis quib⁹ statim obuiā
dum erat. Premunit ergo dn̄s fideles ne seducantur.i.
seorsum a veritate fidei ducant̃ [Multi eni pseudo xp̄i:
et pseudo ꝓphete].i.simulati et falsi [venient] ascriben:
tes sibi nomē xp̄i ex p̄sumptiōe [et dicētes se xp̄m esse: et
seducēt multos] ꝑ falsam doctrinā: ꝑ simulatā vitā: per
signa mirabilia. vn̄ Athanasi⁹ dicit. In vnaquaqꝫ here:
si: dyabol⁹ figuratus dicit. Ego sum xp̄s: ꝛ apd̄ me ē ve:
ritas. Multi etiā vident̃ hoc dicere facto: qꝛ statuta sua
districti⁹ faciūt obseruari q̄ p̄cepta dei: volētes magis
sibi q̄ deo obediri. Sed nō est ventur⁹ xp̄s nisi p̄cedāt si
gna ab eo predicta. Que ideo nobis dn̄s p̄nūciat vt nos
ab amore mūdi ꝯpescat ꝛ timorē nobis incutiat: ac sem:
per vigilantes et paratos nos inueniat: qꝛ min⁹ iacula
feriunt que ante preuisa sunt. Et p̄mittit dn̄s primo in
generali signa priora scꝫ prelia q̄tum ad hostes extra:
neos: et seditiones q̄tum ad domesticos. Deinde subdit
in speciali eoꝝ multitudinē: tangēs mala septē que sunt
Mala.vij inimicitie populoꝝ: qꝛ surgit gens cōtra gētē: discordiā
principū: qꝛ regnū aduersus regnū: cōmotio locorū per
loca: infectiones morborū: qꝛ pestilētie: defectus victua:
liū: qꝛ fames: terror celestiū impressionū: qꝛ terrores de
celo: nouitas euentuū mūdanoꝝ: qꝛ signa magna erunt.
Per hec autem septem que hic tangunt̃ possunt intelli:
gi septem mala que hodie ecclesia dei patitur. quoꝝ pri:
mū est discordia ecclesiarum. Sc̄dm impugnatio hereti
coꝝ. Tertiū turbationes seculariū. Quartum exempla
maloꝝ. Quītū defect⁹ doctorū. Sextū fulminatiōes sen:
tentiarū. Septimū monstruositas ordinationū eccl'arū.
Sap.v. Multa ergo mala precedēt ita vt impleat̃ qd̄ dicit̃ Pu
gnabit ꝑ eo orbis terraꝝ ꝯtra insensatos: vt qui contra
auctorē omniū ꝓcaciter pugnauerūt: iusto tunc dei iudi
cio ab oībus oppugnent̃: ꝛ q̄ in cunctis deliquerūt in cū
ctis feriant̃. [Oportet] et ꝯueniēs est [primum hec fieri]
tanq̄ a deo ordinata: malicia hominū exigēte et deo bo
nū inde eliciente.s.ad ꝓbationē et vtilitatē bonoꝝ/et ad
destructionē ꝛ ꝑditionē maloꝝ: qꝛ [hec omīa iitia] ꝛ q̄si

preconia[sunt dolorū]futurorū[sed nondū]statim est fi
nis]et consummatio eorū:qꝛ ista sunt signa remota non
propinqua:vel qꝛ ista sunt tpalia:sed cōsummatio dolo:
Malorū magnitudo. rū erit eterna. Magnitudo enī maloꝝ iudiciū generale
precedētiū est figura sequentium incōparabiliter graui
orū. Nā (vt dicit Greg.) per crebra mala q̄ preueniunt i
dicant mala ꝑpetua que sequūtur:qꝛ multa debēt mala
ꝯcurrere vt malū valeant sine fine nunciare. Spūaliter
(ſm Ambro.) sūt ⁊ alia bella q̄ vir sentit xpianꝰ.s.diuer:
sarū ꝓlia cupiditatū:studiorū cōflictus: multo etiā gra:
uiores sunt hostes domestici q̄ȝ extranei. Et ſm Chrys.
Spūaliter in ecclesia pestilentie carnaliū vitioꝝ fames
verbi diuini terremotus tribulationū erunt:qꝛ ecclesia
multū in fine tētabit. Deinde subdit quo merito hec oia
cōtingent:qꝛ ante hec oia.s.hec predicta erunt ꝑsecutio:
nes sanctorū quibꝰ inijcient manus ad capiendū:quiqȝ
tradent ad tribulationes/et mortē etiā a propinquis et
amicis:et erunt odio oibus hoibꝰ humū et terrā seu hu
mana nō diuina sapiētibꝰ:amicꝰ enī dei inimicꝰ est mun
di:et in tali odio erunt ꝓpter nomē xpi ac confessionem
huiꝰnois et assertionē veritatis:qđ quidē iocūdū et glo
riosum est sanctis:qꝛ felix est iniuria cū deꝰ est in causa:
Capillus non peribit.ꝛc. qꝛ ad hanc sequit magnū premiū et gloria immēsa. Qui
etiam post dura que predicūtur de afflictiōe mortis:pro
tinus consolantur de gloria resurrectionis: qꝛ etiā capil
lus minimus de capite eoꝝ nō peribit:et ideo multo ma:
gis cetera maiora non peribūt:et hoc addit ad declarā:
dum veritatē future resurrectiōis:nam quicquid siue ad
substantiā/siue ad decorem corporis facit in resurrectio
ne redibit. Scđm sensum spiritualē capillus de capite
dicitur non perire:quia nec minima mētis cogitatio bo
na manebit irremunerata.vñ Beda. Non solum ossa no
stra.i.fortia gesta vel dicta remunerāt:sed etiam capilli.
i.minutissime cogitationes bone:que de corde quasi ca:
pillus de cerebro exeunt apud iustū iudicem digna mer
Ps.lxxv cede donabuntur.vnde ꝓpheta. Reliquie cogitationum
diem festū agēt tibi. Similiter nec cogitatiōes male re:
manebūt impunite. Et qꝛ grauia sunt q̄ scti in persecuti
onibus pati habebūt:ideo cōsequenter ad tollerātiā con
Patiētie laus. fortātur:i predictis enī maxime necessaria est patientia:
qui in patientia possidebunt.i.custodiant aīas suas. Cu:
stos enī omniū virtutū patientia est:in qua aīas que cor
pus possident: possidemꝰ cū ipsas aīas ad patiendū ra:
tione regimus. Qui autē impatiēs est animā suā nō pos:
sidet:qꝛ animi sui furorē et iram cohibere non potest.vñ
Beda. Sic enī cōditi mirabiliter sumus vt ratio animā:
et aīa possideat corpus. Jus vero aīe a corporis posses:
sione prepedit si non prius aīa a ratione possidetur. Cu
stodē igit cōditionis nostre patientiā dñs esse monstra:
uit:qꝛ ipsa nos possidere nosmetipsos docuit.hec Beđ.
Magna igit est virtus patientie sine qua anima perdit
et per quā possidetur. Qui enī patienter suffert tentatio
nē accipiet coronā:sed qui ꝑdit patientiā perdit et coro
nā.vñ ⁊ Greg.eā cōmendans dicit. Ego virtutē patien:
tie signis et miraculis esse maiorem puto. Et Salomon.
Pro.xvj. Melior est patiēs viro forti.et qui dñatur aīo suo expu:
gnatore vrbiū.vñ ⁊ Seneca. Tormenta patienter ferre
notabile est.hoc enī fortitudinis pars est. Non enī pati
tormenta optabile est: sed pati fortiter quod est virtus.
Cum aliquis tormenta fortiter patitur:oibus virtutibꝰ
vtitur:fortasse cum vna in promptu sit:et maxime appa:
reat patientia:illic est indiuiduus comitatus virtutum.
Quicq̄d honeste fit vna virtus facit:sed ex cōsilij senten
tia.hec Seneca. Igitur vt ait Chry. Iniurie hoim nul:
lū faciūt dānū:sed magis patiētie lucrū. Quia vero tot
terroribus auditis sancti turbari potuerūt:timētes q̄d
tūc respōdeant:consolationē supponit de dando eis im:
premeditatis os et sapientiā:ac dicendi et respondendi
materiā:quibus nullus poterit resistere vel cōtradicere:
qꝛ non ex ingenio vel arte eorū ꝓcedēt verba:sed ex spi:
ritussancti gratia. Tūc multi scandalizabunt.i.discedēt
a fide:et ruent in errores timore vel immanitate tormen
toꝝ:aut portētis seu muneribꝰ seducti[Et qm̄ abunda:
bit iniquitas]et malicia in falsis xpianis: ideo [refrige:
scet]et deficiet[charitas].i.vera dilectio erga deū et ꝓ:
ximū:in multis alijs ab igne diuini amoris:licet totali:
ter nō cadat in eis. Ex abūdantia enī iniquitatis oritur
tepiditas charitatis pro tribulatione: q̄ calere videbat

ante tribulationem et in pace. Deniqȝ (vt ait Amb.) tunc
iustus in deserto:iniquꝰ in regno. Uel in eisdem in q̄bus
abūdat iniquitas/refrigescit charitas. Nam (vt ait Re
migiꝰ) q̄ȝto magis ab vnoquoqȝ iniquitas suscipit:tanto
ampliꝰ in corde ipsiꝰ ardor charitatis extinguitur.[Qui
autem perseuerauerit]in fide veritatis:in amore bonita:
tis[vsqȝ in finē]et terminū vite presentis:quocūqȝ tēpo
re incipiat:et quocūqȝ tēpore reincipiat[hic saluus erit]
quia non cepisse:sed persistere virtutis est:et non incho:
atio tolerantie:sed perseuerantia coronatur. De hac ma
teria persecutionum habes latius supra post missionem
apostolorū. Sed hec predicta more isolito et multo vio:
lentius tunc fient q̄ȝ euenire soleant:ita vt pro signis ha:
beant [Et predicabit hoc euangeliū regni in vniuerso
mundo] Predicatio noui testamenti dicitur euangeliū
ratione sue perfectionis ⁊ bonitatis:videlicet qꝛ bonum
honestū:quia bonū iocundum:qꝛ bonum vtile:et dicitur
euangeliū regni ratione sue dignitatis vel finaliter:quia
ad regnū ducit qđ lex nō faciebat. Uel causaliter:qꝛ re:
ges facit. Uel materialiter:qꝛ de regno disserit:et hoc [i
testimoniū oibus gētibus].i.in accusationē his qui non
crediderunt: qui enī crediderunt testabuntur aduersus
eos qui nō crediderunt:et eos cōdēnabūt[et tunc veniet
cōsummatio]cū ad fines orbis terre sermo pietatis per
uenerit ne aliquis excusare se possit.ſm Augu. Predica
tio euangelij i toto mundo q̄ȝuis fuerit cōpleta quo ad Euāgelij diuulgatio.
oēs mūdi partes:nō tñ quo ad oēs hoies in omnibꝰ
partibus mundi existentes. Unde in omnē terrā: sed nō
in oēs oēs terre exiuit sonus eoꝝ:nisi forsitan per cō:
munē in generali relatum aliorum :et qđ nondū in oibꝰ
fuerat cōpletū expectat complēdū.vñ ⁊ Hiero. Signū
dñici aduentus est in toto orbe euāgelium predicari: vt
nullus sit excusabilis:qđ aut iam nūc est completū/ aut
in breui credimꝰ esse cōplendū. Nō enim puto aliquā re:
māsisse gentē que xpi nomen ignoret: et q̄ȝq̄ȝ non habue:
rit ꝓdicatorē/tamē ex vicinis nationibꝰ opinionem fidei
nō potest ignorare.hec Hiero. De predictꝭ signis sic di:
cit Chry. Est q̄ppe res ista prorsus ambigua:⁊ oīno ne:
Signa ferre ꝯpleta sunt. scimꝰ an etiā nostra etate hec oia finiant: et dies ille me:
tuēdus adueniat: atqȝ horribile illud nobis ostendatur
tribunal. Nā ⁊ signa multa prorsus impleta sunt:et euā:
geliū toto iam fere orbe personuit:et prelia terrarum tre
mores et fames vt predictū fuerat acciderunt:nec gran:
de iam mediū est. Que omnia cōsiderantes ad eam nos
qua hinc abcessuri sumus perfectionē paremus. Nam li:
cet cōis illius finis nondū instet dies peculiaris: tamen
iste vniuscuiusqȝ nostrum finis in ꝓximo est. Et si enim
senex sit aliquis: ⁊ si adolescēs:morti tñ i qualibet etate
Supbie mala. vicinus est.hec Chry. Causa vero et radix oim malorū
in mundo est supbia et ꝓsumptio. Populus enī contra
regē erigitur:clericus contra sacerdotē:monachi cōtra
abbatē:filij cōtra parētes:iuuenes cōtra seniores super
biendo diuersa sentiūt. Malum ergo superbie quod su:
pernā angelorū curiā corrumpēdo destruxerat:presens
quoqȝ seculū inordinate peruertēdo destruet.vñ petrus
damianus cuidā de fuga mūdi cōgratulando sic scribit
Magnas deo grās debes/qui te hoc tpe de mundo ele:
git quo in eo difficile quis saluat. Iam sterile aratrum
per littus ducitur arenosum. Iam illud ꝓpheticū vide:
Osee.iiij. tur impletum. Non est veritas:non est misericordia:non
Ibidem. est scientia dei in terra. Maledictū/ et mendaciū/ et ho:
Esaie.j. micidiū/et furtum/et adulteriū inundauerunt. Et illud
Oēe caput languidū:⁊ oē cor merēs a plāta pedis vsqȝ
ad verticē non est in eo sanitas. Non est huiꝰ tpis vt qui
puritatis et innocentie tramitē tenere desiderat ecclesie
baiulare regimen acquiescat: cū videlicet oēs pene per
vitioꝝ abrupta precipites et tanq̄ȝ furentes equi ꝑ volu
ptatū suarū cāpos ferunt effrenes. Claustra vocāt: euā:
geliū clauditur/et ꝑ ora ecclesiastici ordinis forensia iu:
ra decurrunt. Pauci sacrarū meditant eloquia scriptu:
rarum:sed oēs scita legum et forense litigium. Et reue
ra tam immanis pressura incumbit ecclesijs: vt tanq̄ȝ ba
bilonice legionis acies circūfusa et hierlm cum ciuibus
suis videatur obsessa. Iam non oculum ꝓ oculo iuxta le
gē:sed referunt cum fenore lesionem:et disciplina vindi:
cte q̄ sub gentili dudū seruabatur imperio:nunc euange:
lio pena terribiliter itonāte nascit. Ideoqȝ ꝓ virga tau:
reā:pro scutica clauā:pro verbo ferrum:pro vecte adhi:

bēt gladiū. Erubescāt nūc nō excedentē iniurie vicem
ōdignanē illati discriminis eq̄tatē videri victores atq̄
terribiles ambiūt:triūphalis glorie titulos cōcupiscūt
Sic itaq̄ dū vn⁹ parūp irascit:alter ad insaniā puocat
Antixpi Et qd aliud inter hec tot flagitiorū mala ppēdim⁹:nisi
aduentus. q̄ vēturo citi⁹ antixpo via iā sternit:per quā in offensis
ij.Thessa.ij. neq̄tie sue vestigijs gradiat? Nā sicut dicit aplus. My:
steriū iā operat iniquitatis.hec Petrus. Oratio.

Domine iesu xpe iudex oim vēture:da mihi cō
stātiā in fidei veritate ne seducar a simulatis
et falsis hoibus:nec succūbā in tribulatiōib⁹
sed in cōfessione tui nois z assertiōe vitatis va
leā fortiter psistere:z pro hac odia hoim z aduersa gau:
dēter sustinere. Tribue mihi vtutē patiētie/z vt abūdā
te iniquitate nō refrigescat in me ardor charitatis:sed
vsq̄ in finem vite ptis perseuerem in fide veritatis et
amore bonitatis/quatenus te miserante saluus fiam do
mine deus salutis mee.Amen.

De aduētu et psecutione antixpi. Capi.xl.

Post prelia autē et seditio
mat.xxiiij nes z alia que premissa sunt sequit ad
Mar.xiij. uentus antixpi:quia vt pax precessit
Lu.xxi.et xpm:ita discordia pcedet antixpm.
xvij. Et vt ait Chry. Sicut ante ignem fu
mus pcedit:z añ victoriā pugna:sic z
ante gloriā xpi tētatio ātixpi.vñ sub
iūgit ⌊Cū videritis⌋ .s.oculis corpis in successorib⁹ vris
⌊abominationē desolationis q̄ dicta⌋ .i.predicta ⌊est a
Daniel.ix Daniele ppheta⌋ dicēte. Erit in tēplo abhominatio de
solatiōis ⌊stātē in loco scō⌋ .i. i templo dei ⌊q̄ legit⌋ .s.di
ctam pphetiā ⌊itelligat⌋ eā tūc ipleri/z ɔsūmationē in:
stare. Nā ibidē dr z vsq̄ ad ɔsūmationē z finem pdura
bit desolatio:h ipletū ē qñ Elyus adrian⁹ ymaginē su
am statui fecit vbi steterat archa testamti:z h fuit signū
destructionis z desolatiōis ciuitatis z tēpli:h ēt de abo:
Abomina minabili antixpo pōt itelligi:q̄ dr abominatio rōne sup
tio dicitur bie qua se ɔfert deo ex h q̄ aduersus deū veniens hono:
antixps. rē dei sibi vēdicat:z dr desolatiōis:q2 tunc erit maxima
electorū desolatio qñ cult⁹ dei destruetur:vel q2 terra z
ij.Tim.ij. cultus dei p ipm desolabit. Tūc eñ(vt ait apls)reuela
bitur.i.manifestabit hō peccati:fili⁹ pditiōis q̄ aduersa
tur z extollit supra.i.ɔ oē qd dr deus:aut qd colit:ita vt
in templo dei sedeat:oñdēs et ostētās se tanq̄ sit deus.
In loco eñ sanctificationis stabit:vt vbi sanctorū pcti
bus de⁹ inuocabat/ibi ab infidelibus recept⁹ dei hono
re venerabilis dign⁹ videat. Cui⁹ species iā pcedit:q2 iā
mysteriū iniq̄tatis opat i mēbris suis. Moraliter prela
Zach.ij. tus mal⁹ ē ydolū abominatiōis z desolatiōis.vñ i Za:
ch. O pastor z ydolū derelinquēs gregē. Dr aūt abomi
natio ppt fastidiū respectu dei:abominabilis eñ ē deo
ppt prauitatē cordis:ppt ipietatē opis:ppter indigni
tatē oblatiōis:vñ tot⁹ est abominabilis. Sz addit deso
latiōis ppter dispēdiū siue dānū respectu pximi. Deso
lat eñ ppłm:vel per negligentiā officij:vel p corruptio
nē exēpli:vel per subtractionē tpalis subsidij: sed stat i
loco sancto ppter mōstrū respectu officij:est eñ figura
antixpi q̄ sedebit in tēplo dei:z iō iā antixpi sunt multi
Tunc ⌊qui legit intelligat⌋ videlicet eccłe destructionē
plati dānationē:ppli piclitationē.vbi Beda. Iuxta ve
ro sensus spiritales cū viderimus abominationē desola
tionis stare vbi nō dz:h est hereses z flagitia regnare in
ter eos q̄ celestibus mysterijs videbant esse cōsecrati:cū
operātes iniquitatem/loquētes mēdaciū/viros sangui
nū z dolosos q̄s abominabit dñs pacē fideliū turbare
perpēderim⁹:tūc quicūq̄ in iudea h est in cōfessione ve
re fidei psistim⁹:nō terrenis infimisq̄ actib⁹ mācipari:
sed tāto alti⁹ virtutū culmē debem⁹ ascēdere quāto plu
res ampla et exabunda vitiorū sequi itinera videmus.
Fuga a fa Hec Beda. Vñ ɔsequēter monet vt ⌊tūc⌋ .s.veniēte an:
cie ātixpi. tixpo ⌊q̄ in iudea sunt fugiant⌋ q2 iudei eū pmitus susci
pient:z ibi ppter corporalē antixpi psentiā maior pse:
cutio erit ⌊fugiant inq̄ ad mōtes⌋ .i.ad loca secreta z de
serta vbi latitare possint.vñ Lyra. Iudeā deseri monet
z trāsfugi in montes:ne admixtione plebis illi⁹ que cre
ditura est antixpo vis aut cōtagio afferat ⌊Et qui in te
cto sunt⌋ .i.in eminētia pfectiōis ⌊nō descēdant aliquid
tollere de domo sua⌋ p cupiditatē rerū secularium/ppt

quas sepe etiā pfecti deijciunt a culmine pfectionis tpe
persecutionis.hec Lyra. ⌊Et qui in agro sunt⌋ laboran
tes p fructu bonorū operū q̄tū ad actiuos ⌊nō reuertā
tur tollere tunicā suā⌋ .i.nō redeāt ad occupatōes seculi
pctīs iplicātes q̄ intelligunt per tunicā. Ad litterā vult
ostēdere q̄ ppter instantiā tribulationū z malor pñtiū
ac ppter expectationē iudicij z malorū futurorū:nō va:
cabit alicui intendere negocijs tēporalib⁹:sed meli⁹ est
q̄ saluet vitā suā q̄ rem possessā/z cogitet quō occurrat
iudicis cōspectibus. Mystice autem distingui possent
pdicta tria p tres status hominū. Per eos q̄ in iudea
sunt intelligi pōt status incipientiū q̄ tñ in confessione
fidei manēt fm illō apłi. Corde credit ad iustitiā. Per Rom.x.
illos q̄ i tecto sunt stat⁹ pficientiū q̄ iā supra carnē q̄ ē
dom⁹ aie:supra mūdū:q̄ est dom⁹ hoim supra aerē q̄ est
dom⁹ demonū ascēderūt.fm illud Psal. Et fact⁹ sum si Ps.ci.
cut passer solitari⁹ in tecto. Per illos q̄ in agro stat⁹ pfe
ctorū q̄ in se pfecti iā alios pficere conant.fm illud Cā Cāti.vij.
ti. Egrediamur in agrū. Scdm hec triplex est cōsilium
ammonitiōis. Primis eñ dat cōsiliū ascēdēdi ad mō:
tes:sic et q̄ in iudea sunt.i.in cōfessione fidei:lz impfecti
(iudea eñ ɔfessio interptat) ⌊fugiāt ad mōtes⌋ z nos.i.
ad scripturas apłor z pphetarū:vel ad culmina vtutū
vt illuminent a deo.vñ Psal. Illuminās tu mirabiliter Ps.lxxv.
a mōtib⁹ eternis. Secūdis dat cōsiliū nō descēdēdi: sic
z q̄ in tecto.i.q̄ aio excedit carnē z mundū p celestē con
uersationē:nō descēdat tollere aliq̄d de domo sua.i.nō
inclinet se ad carnalia desideria:nec redeat ac act⁹ psti:
ne cōuersationis mūdane.fm illud apłi. Carnis curam Rom.xiij
ne feceritis. Tertijs datur cōsiliū nō reuertēdi sic ⌊z q̄ i
agro⌋ .i.q̄ opat in eccłia sicut vos in agro dñi:nō reuer:
tat tollere tunicā suā.i.rē aliquā tpalem qua se exuit:vt
nud⁹ nudū xpm sequeret.fm illud cāti. Expoliaui me Cāti.v.
tunica mea.fm eñ Aug. In tribulationib⁹ cauendū est
ne quisq̄ deuict⁹ ad carnalē vitā de spūali sublimitate
descēdat:aut q̄ pfecerat in anteriora se extēdēs deficiē
do in posteriora respiciat. Et bene dixi q̄ nō est reuertē
dū retro p defectū pseuerātie in bono:z vt h facili⁹ facia
tis mēores estote vxoris loth:que q2 retro respexit natu Gen.xix.
re sue mun⁹ pdidit. Fugiēs ei sathanā z sodomā p intē:
perātiā respexit ea:z mortua statua salis seu colūna est
effecta.fm Aug. Hec vxor loth significat eos qui in tri:
bulatione retro respiciūt/z a spe diuine promissionis se
auertunt. Et ideo statua salis facta est vt exēplo āmo:
nēdi hoies ne silia faciant tāq̄ cōdiat z erudiat cor eor
ne fatui fiant. Querit aug. Quare mulier ista fuit punita Retrospe:
respiciēdo z vidēdo sodomitas:nō autē abraam. Et rñ ctō abrae.
det q̄ abraā respiciebat dei sentētiā approbādo:ista au:
tem in pctis eor delectādo. Et ne hoies i psecutione re
troaspiciāt fidem negādo z vitā bonā deserēdo:vt vitā
corporalē saluēt:ɔsequēter ammonēdo iducit q̄ q̄cūq̄
quesierit sic animā suā.i.vitā corpalē saluā facere timo:
re mortis deficiendo in antichristi tribulatione.s.chri:
stū negando vł bona deserendo/z retro ad mala eūdo/
pdet illā incurrēdo dānationē eternā ⌊z quicūq̄⌋ pma:
nens fortis in confessione fidei z tribulatione ⌊pdiderit
animā suā⌋ .i.vitam corporalē:estimans eam vt occisio:
nis ouē:et preeligens mori q̄ cadere a fide z virtute ⌊vi:
uificabit eam⌋ .i.vita eterna eam dignam faciet:quā in:
de merebitur/z in premium recipiet. Ve aūt pregnanti:
bus z nutriētib⁹ in illis diebus:q2 ad litteram pregnan:
tes non possunt bene fugere aggrauante pondere:nec si
militer nutrientes propter curam qua circa paruulos
sunt occupate. Mystice pregnātes sunt qui fetū mali
propositi conceperunt:z nutrientes qui partū mali ope
ris fouent z nutriunt:z sic notatur in conceptiōe pecca:
tum in corde:in nutritione peccatum in opere. Vel pre:
gnantes sunt qui bona pposita que conceperunt nō im
pleuerunt:nutrientes qui peccata sub spe longioris vi:
te vsq̄ ad mortem deduxerunt. Vel fm Aug. Pregnā:
tes sunt auari qui aliena concupiscunt z spem habent
adipiscēdi:sicut mulier pregnans in spe est prolem ha:
bendi. Nutrientes vero sunt qui quod concupierūt pos
sident: z possessa nutrire student ea detinendo z augen:
do:z sic anime cupide tpaliū pregnātes sunt in acquirē
do z nutriētes in possidendo. Et nota fm Aug. q̄ q̄dru Charitas
plex est charitas:sc3 incipiens que nascitur: proficiens q̄druplex.
q̄ nutritur:perfecta que roborat:perfectior que mortem

desiderat. Pregnãtes ergo sunt q̃ bonũ opus ↄceperũt
sed nõ fecerũt:nutrientes que facere ceperũt:sed nõ pfe-
cerũt. Istis aũt pregnãtibus ꝛ nutriẽtibꝰ ve:qꝛ cito scã
dalizabunt in antixpi psecutione:vel amore male inflã
mãte:vel timore male humiliãte:vl' modo vtroq;. Dein-
de hortat vt oremꝰ [ne fiat fuga nostra hyeme vl' sabba-
to] id est ne aut i frigore pctõꝝ/aut ocio bonorũ operũ
reperiamur:vtrũq; em̃ multũ ĩpedit hoiem a fuga anti
christi imo magis facit approximare sibi:sicut ecõtra-
rio diuertẽdo a malo ꝛ faciẽdo bonum hõ approximat
Defectus duplex. deo. Spũaliter signat hic duplex defectus.s.charitatis
i hyeme:ꝛ bone opatiõis in sabbato. In hyeme est geli-
cidiũ amoris:in sabbato cessatio boni operis. Vel ne tũc
incipiamꝰ pctã nr̃a fugere ꝛ pniam facere/ qñ iã non lz
ambulare ꝛ bñ agere. Ambulare em̃ longiꝰ sabbato nõ
Tribulatio sub antichristo vbi. licet:hyems q̃z ad ambulandũ ipedimẽtũ est. [Erit ei
tũc tribulatio magna qualis nõ fuit ab initio mũdi vsq;
modo:neq; fiet vlteriꝰ talis tribulatio. Tũc em̃ omnes
psecutiones ↄflabunt in vnũ.s.infideliũ/ hereticorũ/ ty-
rãnorũ/ꝛ falsorũ fratrũ. Hi sunt quattuor vẽti ꝛ q̃ttuor
bestie pugnãtes in mari. Tunc creberrima et acerrima
tormẽta longe lateq; inferunt fidelibꝰ:sed in illis regio
nibꝰ tũc fideles sunt vexandi vehementius vbi dñs fuit
crucifixꝰ. Et vt dĩt haymo sup Apocal'. Illa tribulatio
non p partes:sed simul totũ examinabit mundũ:soluen
tur em̃ tunc demones q̃ mõ ligati sint ne possint nocere
q̃ztũ vellent. Sicut autẽ antixp̃s crudelior erit oĩbꝰ pse
cutoribꝰ/ita sancti tunc fortiores erũt oĩbus martyribꝰ
Illã vero tribulationẽ dñs sciens infirmitatẽ hũanam
abbreuiabit ꝑpter electos ẜm moderamẽ sue eterne sa-
piẽtie: ꝛ affectũ sue misericordie/ ne mora tẽporũ fides
cõcutiat credentiũ:ꝛ malicia mutet intellectũ: qꝛ nõ du
rabit nisi p tres annos cũ dimidio. Et ei dĩ in Daniele.
Duratio persecutionis. Durabit p tp̃s ꝛ tpa ꝛ dimidiũ tpis.i.tribꝰ annis et di-
midio:in q̃bus regnabit antixp̃s q̃ztũ ꝛ predicauit xp̃s
Dani. vij. Et iterũ in daniele. Dies mille ducẽtinonaginta.i. tres
Apoca.xj. annos ꝛ dimidiũ.ꝛ i Apoca.dĩ q̃ data est ei ptãs face-
re menses quadragintaduos .i.tres annos cũ dimidio.
Et nisi abbreuiati.i.breues a deo ꝓstiti fuissent dies illi
quibꝰ.s.operabit antixp̃s nõ fieret salua oĩs caro iusti
id est hõ:qꝛ nisi hoc esset rarus aut nullꝰ pressuras susti
nere:ꝛ per patiẽtiã saluari posset:qꝛ ĩfirmitas humana
diu tribulationẽ sustinere nõ põt:sz ꝑpt electos breuia
bunt:ne ex tribulationis magnitudine cadãt a verita-
Breuiatio dierũ. te. Breuiabunt aũt nõ mẽsura:sed numero: qꝛ breuiati
dies non breues dies sunt intelligendi:sed pauci. Unde
dies accipiunt ꝓ tpe: qꝛ tp̃us illius persecutionis erit
breue. Que ergo spes electis/nisi gr̃a dei que dat patien
tiam pijs ꝛ citius demit potentiã impijs? Quãto enim
erit hec tribulatio ceteris que precessere pressurarũ põ-
dere grauior:tãto erit tpis breuitate moderatior:vt sal
ui fiant electi qui soli i horreo celesti sunt reponendi. vñ
dicit Raba.q̃ talis tribulatio tũc erit in circuitu aree
dñi:vt oĩbꝰ velut cribro examinationis paleis seq̃strat
solũ frumentum in horreis dñi remaneat colligendum.
[Tũc] scz tpe antixp̃i/ꝛ in illa ꝓssura [si q̃s vobis] imita
toribꝰ meis [dixerit. Ecce hic] .i.in hac patria vel natio
ne:vel secta:vel ꝑsona [est xp̃s aut illic] .i.i alia a p̃dict̃
[nolite credere] ꝛ nolite ire pede intellectꝰ eoꝝ doctrine
credẽdo:neq; sectemini pede affectꝰ eoꝝ vitã imitando:
qꝛ multi discipuli antixp̃i veniẽt ad seducendũ pplm di
cẽtes q̃ ipse sit vere christꝰ in lege ꝛ ꝓphetis promissus.
Pseudo christi. [Surgẽt ei pseudo xp̃i] q̃ se eũ q̃ est xp̃s eẽ mentientur:
sed reuera erunt antixp̃i.i.falsi xp̃iani ꝑuertẽtes doctri-
nã xp̃i/ꝛ mẽtientes de xp̃o [ꝛ pseudo ꝓphete ꝛ ꝑuerten
tes doctrinã legis ꝛ ꝓphetarũ:vel vsurpãtes sibi diui-
nas reuelationes.s.antixp̃s ꝛ discipuli eius qui sunt mẽ
bra eius [ꝛ dabunt signa] aliquid magnũ signãtia [ꝛ ꝓ-
digia] hoĩbus admiranda: que digito produnt:et pro-
pter admirationẽ demonstrat:vel signa q̃ aliq̃d signifi-
cant de presentibus:ꝛ ꝓdigia que aliquid prodũt ꝛ ma
nifestant de futuris:qꝛ virtute demonũ multa miracula
fieri possent qñ deus ꝑmittit:ita vt in errorem ducãtur
si fieri potest:etiã electi ꝛ ꝑdestinati:id est si aliquo mo-
do fieri posset vt dei ꝑfinitio mutaret. Sed non seducũ
tur:quia perire nõ põt quos deus ad vitam ꝑordinauit.
vñ Greg. Quia electorũ cor ꝛ trepida cogitatione cõcu
titur:ꝛ tñ eorũ cõstantia non mouet:vna sententia dñs
vtrũq; cõplexus est. Quasi em̃ iã errare est in cogitatio
Cõcussio fidelium. ne titubare. Sed si fieri põt subiungit:qꝛ fieri nõ põt vt
in errorẽ electi capiant. Hec tpibꝰ antixp̃i ꝓprie ↄgru-
unt. Cuius em̃ nõ paueat ꝛ cõcutiat fides qñ nõ solum
tormẽta crebriora ꝛ acerbiora q̃z prius cõsueuerant in-
ferent fidelibꝰ:sed q̃d grauiꝰ est:signoꝝ quoq; operatio
eos q̃ tormẽta ingerent: nõ eos q̃ sustinebũt cõcomita-
bit/ꝛ ꝑsecutor ꝟitatis erit operator ꝟtutis:ideq; ipse q̃
tormentis seuit vt xp̃s neget ꝓuocat miraculis: vt an-
tixp̃o credat. Nec mirũ si ista tũc mali operãt qñ a deo
ꝑmittunt. Soluet em̃ (vt ait Aug.) tunc sathanas:ꝛ per
antixp̃m in oĩ ꝟtute sua mirabiliter quidẽ:sed mẽdacit
Martyrũ tentatio. operabit. Vñ Greg. Pensemus que erit humane men-
tis illa tẽtatio qñ pius martyr ꝛ corpꝰ tormẽtis subijcit
ꝛ tñ ante oculos eiꝰ miracula tortor facit. Et Chry. Si-
cut in aduẽtu xp̃i ante illũ ꝓphete/ꝛ cũ illo apl'i in spũ
sancto faciebant ꝟtutes: sic ꝛ in aduẽtu antixp̃i pseudo
xp̃iani:ꝛ ante illũ:ꝛ cũ illo in spũ maligno faciẽt ꝟtutes
Et subiũgit. [Uos ergo videte/ecce predixi vobis om-
nia] vt prescij vigilet]:qꝛ moniti estis:quasi diceret. Ad
hoc ista predico nũc vt caueatis protunc et pericula se-
quentia preuideatis:qꝛ premoniti estis:ꝛ vt minus no-
ceant vobis iacula que preuidistis. vñ Chry. Propter-
ea dixit ecce ꝑdixi vobis:vt excusationẽ ignorantie tol
lat ab omnibus:ꝛ precedens contestatio ꝓuidere faciat
penam sequentem. Misericordia em̃ est mãdatis preue-
nire periculũ. Nõ vult enĩ quẽq; perire qui omnibꝰ mon
Tempus ignoratur Luc.xvij. strat perditionis aduentũ. hec Chry. Nõ est igitur cre-
dendũ alicui:vel de ꝑsona vt ipse sit xp̃s:vel de tempo-
re futuri iudicij:neq; fides adhibẽda his q̃ calculant et
certum tempꝰ determinant qñ deus vẽturꝰ sit:qꝛ hoc a
nemine potest sciri vel obseruari. Unde interrogatꝰ dñs
de aduẽtu regni dei. R̃ndit nõ venit regnũ dei ꝛ dies iu-
dicij cũ obseruatione.s.tpis neq; ab angelis:neq; ab ho
Regnum dei ꝛ eius aduentus. minibꝰ põt obseruari qñ veniet. Per aduentũ regni dei
intelligitur aduentus ad iudiciũ:qꝛ veniet tanq̃z rex ad
iudicandũ:ꝛ qꝛ tunc manifestabitur dei regnum ꝛ cessa-
bit omne aliud regnũ. Et addit [Ecce em̃ regnũ dei in
tra vos est] qꝛ donũ gr̃e est in mente:regnũ gratie intra
nos est:qñ oẽs vires ꝛ motus in nobis diuine guberna
tioni obediunt secus qñ rebellãt. Ac si dicat. Nõ curet̃
scire qñ veniat regnum dei/ꝛ omittite questionem de re
gno glorie:qꝛ eius aduentus sciri non potest:sed queri-
te regnum gratie q̃d intra vos eẽ potest:ꝛ parate vos in
tra vos per fidem in dilectione operantem:qꝛ intra vos
est regnum dei. Nam in nobis cum dei gratia est vt re-
Regnum dei triplex. gnum dei capiamus:nisi nos obicem ponamꝰ. Ubi no-
ta q̃ triplex est regnum dei. Primũ est circa nos/vel in
quo nos scz regnum militantis ecclesie. Secundum in-
tra nos.s.regnum gratie quo videlicet deꝰ regnat i aia.
Tertium est regnũ glorie: quo deus regnat cũ sanctis
in gloria. Uel regnum dei dicit seipsum in cordibus fi-
delium regnantem. vnde Beda. Dicit regnum dei itra
fideles positum:qui enim quandoq; venturus est iudex
oĩm/nũc etiã regnat in cordibꝰ fideliũ. Vñ Ansel'. Qui j. Cor.iij.
vere iustus est deum in se manẽtẽ habet. Templũ enim
dei sctm̃ est q̃d estis vos. vt ait apl's. Summa igitur di-
ligentia considerandum est cum q̃ta ratione ꝛ reueren-
tia sensus nostros ꝛ membra corporis nostri monere de
bemus quibus diuinitas ipsa presidet. Demus igit (vt
dignum est) tanto inhabitatori omne imperium cordis
nostri:vt nihil ei repugnet in nobis:sed omnes cogitatio
nes ꝛ voluntatum motus:omnia verba ꝛ vniuersa ope-
ra nostra illiꝰ nutũ attendant:eius volũtati deseruiant:
ad rectitudinis eius regulam dirigantur. Sic enim ve-
re regnum eius erimus/ꝛ ipse in nobis manebit: ꝛ nos
in illo manentes bene viuemus. Uos estis [ait apl'us] j. Cor.xij.
corpus xp̃i ꝛ mẽbra de mẽbris. Serua igitur corpꝰ ea
dignitate qua decet. Oculi tui oculi xp̃i sunt. Nõ igitur
licet tibi oculos christi ad aliquas vanitates conspiciẽ
das dirigere. Os tuum os christi est. Non ergo licet ti-
bi os christi:non dico ad detractiones/non dico ad mẽ
dacia : sed neq; ad ociosos sermones aperire: quod ad
solas laudes dei ad edificationem proximi debes para
tum habere. Sic de ceteris christi membris tue custo-
Christus alius non querẽdus die commissis intellige. hec Anselmus. Deinde subiun-
git. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est christus/
scz tanq̃z homo religiosus in loco deserto/quasi sub spe.

cie sanctitatis vos decipere volētes nolite exire a vro loco ꝛ ꝓposito ad videndū eū: vel ad sequendū per operis imitationē. Et si dixerint ecce in penetralib⁹ ꝛ i locis occultis est sub specie cognitiōis diuinoꝝ arbanorū malicia ei⁹ palliātes: ꝛ vos decipere volentes nolite credere vel ſm hiero. Si qs ꝓmiserit vobis ꝙ in deserto gentiliū ꝛ phariseoꝝ dogmate xp̄s moꝛeẗ: aut in hereticoꝝ penetralib⁹/ꝛ occultis seu obscuris ꝯuēticulis: q̄ dei pollicenẗ arcbana nolite credere. Nō eni de⁹i secūdo aduētu i deſto vagabiẗ/nec i penetralib⁹/aut i aliq̄ angulo terre/vel in occulto loco/seu i aliqb⁹obscur la titabit: sed de celo veniēs manifeste oībus vbiq̄ apparebit: q2 lȝ aduēt⁹ xp̄i in carnē fuerit occult⁹/tñ aduentus ei⁹ad iudiciū erit ita manifestus ꝙ non poterit aliquem latere tanq̄ incognit⁹. In pꝛimo eni aduētu venit i hūilitate/ꝛ a paucis cognit⁹: ꝛ a multis d̄spect⁹ et reprobatus: sed in secūdo aduētu veniet manifest⁹ ꝛ glo2iosus i ꝑtāte oꝛbē iudicaturus. nā vt ait Aug. Occultum opoꝛtebat eū venire vt iudicareẗ: manifestus autē veniet vt iudicet. q. d. Nolite ei credere: q2 dies aduentus mei ita clara erit ꝙ null⁹ de ea dubitare poterit. Ad qd̄ similitudinē fulgoꝛis introducit Sicut eni fulgoꝛ et splendoꝛ solis erit ab oꝛiēte/ꝛ subito apparet vbiq̄ vsq̄ i occidentē oculis. s. oīm manifest⁹: ꝛ nō in vna parte videẗ ꝛ fulget: sed in oīb⁹: nec annūciante vel precone indiget: sed in instanti momento tp̄is i oꝛbē terrarū vniuersum apparet ita aduētus filij hoīs ad iudicium generale erit subdit⁹ ꝛ choꝛuscus ꝛ manifestus omnibus: ꝛ ita patens ꝛ clarus ꝙ null⁹ dubitare poterit: ꝛ non hic vl' illic/ sed simul vbiq̄ ꝓpter effusionē ꝛ splēdoꝛē glorie apparebit. Stultū est ergo eū credi eē: vel q̄rere in paruo loco et in abscōdito q̄ toti⁹ mūdi lumē est. vñ Amb. Chꝛistus sicut fulgur choꝛuscans ꝑ vniuersū mūdū luminis sui globos spargit. Et iō nec in deſti vagaẗ/nec aliqb⁹ locis claudiẗ: q2 celū ꝛ terrā ego impleo dicit dn̄s. Sȝ luce fulgoꝛis fulget: vt in illa nocte resurrectiōis gloriā videre possim⁹. Et vt dicit Chꝛy. Sicut fulgur ſm q̄litatē fulgoꝛis sui non digne aspiciẗ: sic ꝛ cū venerit xp̄s ſm mensurā glorie ei⁹/nō poterūt eū sufficienter aspicere. Et sicut iam istruxit discipulos de modo apparitionis sue: q2 sicut fulgur manifeste veniet: sic nūc ꝯsequenter instruit eos de loco in quo venturus est. vñ subiūgit Ubicūq̄ fuerit corpus, i. chꝛistus in humanitate: q2 iudicabit in foꝛma humana. s. gloriosa ibi congregabuntur et aquile i. sancti occurrētes obuiā xp̄o ad iudiciū venienti/q̄bus innouata est iuuētus vt aq̄le. Chꝛist⁹ d̄r coꝛpus ad denotandū carnis veritatē: ꝛ ostensionis speciem in qua videbit eum oīs ocul⁹. Electi vero dicūtur aquile propter resurrectionis innouationem/ꝛ visionis subtilitatem qua solem iustitie irreuerberatis oculis videbim⁹. q. d. ſm Chꝛyſ. Cū in glorioso coꝛpoꝛe aduenerit fili⁹ hominis nō opoꝛtet in angulis estimare eū esse q2 tāta erit obsequentiū sibi sanctoꝝ multitudo: vt vnicuiq̄ pateat ꝙ ip̄e est xp̄s dn̄s caput toti⁹ ecclesie: ꝛ supoēm principatū ꝛ ꝟtutē: et sup omne qd̄ noīaẗ in hoc seculo et futuro: per aquilas enim multitudinē angeloꝝ et sanctoꝝ vniuersoꝝ ostendit. Nō eni sancti aq̄lis assimilanẗ: q2 sicut filij aquilarū ad solē ꝓbanẗ: vt siquidē recto aspectu intendere potuerint ꝯtra radios solis itelligunẗ esse legitimi: si aūt nō potuerit cognoscanẗ adulterini: sic ꝛ filij dei ad xp̄i iustitiā ꝓbantur. Si ei potuerint pleno coꝛde iustitie ei⁹ verba suscipere intelligūtur esse legitimi: si autē nō potuerint cognoscuntur de dyabolo esse nati. hec Chꝛy. Quia ergo aduētus chꝛisti erit ita publicus ꝛ manifestus: ꝛ q̄tū ad modum et q̄tū ad locum: ideo ipse non indiget preconibus et nuncijs talibus qui vobis annuncient dicentes hic vel illic est chꝛistus. Igitur nolite talibus credere.

Chꝛistus coꝛp⁹ d̄r.

Aquilis assimilanẗ sancti.

Oratio.



Domine iesu xp̄e pie/da mihi visis mūdi abominationib⁹: ꝛ seuiētib⁹ tribulationib⁹ ad mōtes ꝛ culmina virtutū fugere: et in celestib⁹ cōuersādo de sp̄uali sublimitate ad carnalia desideria ꝛ actus pꝛistine cōuersationis mūdane nō descēdere: vel me inclinare: ꝛ in āterioꝛa me extendendo: ꝛ ꝓ fructu bonoꝝ operū laborādo: in posterioꝛa et ad tēpoꝛalia quib⁹ me exui nō respicere. Da etiā mihi vt nullis seductoꝛib⁹ credens regnū gratie quod itra nos potest esse queram: et ad regnū glorie perueniam. Amen.

De remedijs cōtra sp̄uales nouissimi temporis tētatiōes: et exercitio mētis in deū. Capl'm. xli.



Et q2 vt dictū est ante aduentū dn̄i venient multi pseudo xp̄i et pseudo ꝓphete. i. simulati et falsi: ꝛ seducent multos: q̄ aū videbanẗ etiā ꝑfecti: iō hic ꝯsequēter ponūtur aliq̄ remedia cōtra quasdā tētatiōes sp̄ituales q̄ isto tp̄e abundāt ad ꝓbandū ꝛ purgandū electos/q̄ et iā in coꝛdib⁹ q̄rūdā seminātur a dyabolo: ꝛ ꝑparāt locū antixp̄o. Dupliciter autē veniūt ꝑdicte tētationes. Pꝛio ꝑ suggestionē ꝛ illusionem dyaboli q̄ decipit hoīe i regimine qd̄ d3 hr̄e erga deū: ꝛ i h̄ qd̄ est dei. Secūdo ꝑ coꝛruptā doctrinā ꝛ modū viuēdi alioꝝ: q̄ iā venerūt ꝑ tētationes hmōi: ꝓpter qd̄ ostēdendū est pꝛimo qd̄ regimē debes habere apud deum: et ad id quod dei est: ꝛ post quō debes regi erga alios q̄tum ad doctrinam: ꝛ modum viuendi eoꝝ. Pꝛimū remediū ꝯ tētationes sp̄uales istius tp̄is quas ꝓcurat dyabol⁹ in coꝛdib⁹ illoꝝ q̄ volunt se dare deo ꝑ orōnē ꝛ cōtēplationē: vl' per alia opa ꝑfectiōis est istud/vt nō desideres visiones aut reuelationes: vel sentimenta q̄ sunt supra naturā ꝛ supra cursū illoꝝ q̄ deū diligunt: ꝛ timēt ꝑ verissimū amoꝛē: q2 istud desideriū esse nō pōt sine radice: ꝛ sine fundamento sup̄bie et presumptionis: vel sine intentione alicuius vane curiositatis circa secreta dei: vl' sine fragilitate ꝛ defectu fidei/ꝓpter q̄ iustitia dei dimittit aīam q̄ habet desideriū huiusmodi: ꝛ venit quādoq̄ talis in tentationē ꝛ illusionem dyaboli. Per hunc modū seminat dyabolus maioꝛem partē tētationū sp̄ualiū isti⁹ tp̄is: ꝛ radicat in coꝛdib⁹ illoꝝ qui sunt nūcij antichꝛisti: prout videre poteris in subsequētibus Uñ debes scire ꝙ vere reuelationes: ꝛ sentimenta spiritualia secretoꝝ dei nō veniūt ꝑ antedictū desiderium/ neq̄ ꝑ aliqd̄ conamē vel studiū qd̄ aīa habeat in se: sed tm̄ veniūt ꝑ purā bonitatē dei in aīam que est in magna hūilitate ꝛ magno timoꝛe/ac reuerētia dei. Itē scias ꝙ exercitare se i magna hūilitate: ac timoꝛe magno: ac reuerentia dei ꝓpter hoc vt hō habeat visiōes ac reuelationes ꝛ sentimenta supradicta: est habere in se radicem et fundamentū: ac finalem intentionē quā habet antedictum desiderium: et ex hoc in eodem delicto venit hō i quo est per desiderium supradictum. Secūdū remediū est ꝙ in tua oratione vel cōtemplatione non sustineas i anima tua aliquā consolationem magnam vel paruam ex quo tibi videtur ꝙ fundat se in presumptiōe ꝛ estimatione superbie tuipsius: ꝛ postq̄ ducit te in ambitionē tui ꝓprij honoꝛis vel glorie: siue istius vite: siue alteri⁹. Quia anima q̄ se sentit in tali consolatione venit in plures erroꝛes ꝛ mala/ꝛ deus per suum iustum iudiciū permittit dyabolo posse augmentandi ꝛ accelerandi predictam consolationem: ꝛ imprimit cū illa in aīa falsissima ꝛ periculosissima sentimenta/ꝛ alias illusiōes quas aīa imbuta dicta consolatione credit ꝛ reputat esse veras reuelationes. O quot persone per istum modum sunt decepte. Et propter hoc caueas ꝙ in tua oratione vel cōtemplatione non sustineas aliquā consolationē: nisi illā que venit per perfectā noticiā ꝛ cōpletū sentimentum tue humilitatis ꝛ imperfectionis: ꝛ que facit perseuerare dictā noticiam ꝛ sentimentum tui in te/ac magnitudinē ꝛ altitudinē dei ꝑ altam reuerentiā ꝛ cum magno desiderio honoꝛis ꝛ glorie dei: sic ꝙ antedicta cōsolatio fundetur et totaliter sit in his predictis vel simib⁹ aut equalibus. Et idē qd̄ dictū est de diuina ꝯsolatione itellige etiam de feruoꝛe ꝛ ardoꝛe ꝑfectionis q̄ ꝑnt eē in eisdē modis. Tertiū remedium ē ꝙ oē sētimētū q̄tūcūq̄ altū: ꝛ oīs visio q̄tūcūq̄ secreta tibi appareat: q̄cūq̄ etiā sit si ducit coꝛ tuū in opinionē ꝯtra aliquē articulū fidei: vl' cōtra bonos moꝛes/ꝛ maxime ꝯtra hūilitatē vel ꝯtra honestatē: fugias eam ꝛ hoꝛrescas: q2 sine dubio ex parte dyaboli venit. Et si appareat tibi aliqua visio de qua sis certus ꝙ venit ex parte dei: ꝛ ꝙ illud qd̄ i duc it visio est placitum deo: noli te firmare in dicta visione. Quartum remedium est: ꝙ propter altam vitam: vel propter magnam deuotionem: aut propter preclarum intellectum: seu propter aliquam aliam sufficientiam quamuis des in aliquib⁹ personis non sequaris eoꝝ consilia: vel

Remedia cōtra tētationes sp̄ituales.

Reuelationes vere.

modos:ex quo cognoscis clare ⁊ rationabiliter ꝙ eorū
consilia nō sunt ꝭm deum ⁊ veram discretionem per viā
iesu christi et sanctorum mōstratā:et perfectā scripturā
in dictis sanctorum notificatam. Nec propter h̄ timeas
ꝙ spernendo talia consilia dictarū personarū pecces ꝑ
superbiā ⁊ ꝑsumptionē solū ꝙ facias ꝓpter zelum et ve-
ritatis amorē. Quintū remediū ē ꝙ fugias ⁊ vites fami
liaritatē illarū personarū q̄ dictas tētationes semināt
⁊ diffundūt:et illas personas q̄ easdē sustinēt ⁊ laudāt:
et noli eorū verba vel etiā collocutiones audire:neqꝫ eo
rum modos velis videre:q: tibi demōstrabunt magnū
signū ꝑfectiōis in plurib⁹ v̄bis ⁊ modis:per q̄ si vis ac-
cipere:et eos tāq̄ diuinales seq̄/venies i pericula et p̄ci
pitia errorꝫ ⁊ inhonestorū morū eorūdē. Post hec vide
remedia q̄ debes attēdere circa aliq̄s ꝑsonas:q̄ ꝑ suā vi-
Primum remediū ꝯtra seminatores tētationū. tā et doctrinā seminānt dictas tētatiōes. Primū reme-
diū est ꝙ nō habeas magnā estimationē visionū/aut sē-
timentorū/vel raptuū eorū: imo si ducūt te in aliq̄d qd
sit ꝯtra fidem:vel ꝯtra scripturas sanctas:aut cōtra bo-
nos mores:vel ꝯtra vitas sanctorū:seu v̄ba eorꝫ sane ac
cepta:abhorreas eorū visiones et sentimenta tanq̄ stul
tas dementias:⁊ eorꝫ rapt⁹ sicut rabiamēta. Tamē si du
cūt in hoc qd est ꝭm fidem et ꝭm scripturā:et ꝭm sctōs:
et ꝭm bonos mores noli spernere:q: forsitan sperneres
hoc qꝫ est dei. Non tn̄ totaliter cōfidas:q: sepe ⁊ maxi-
me in tentationibus inducit̄ seu abscōditur falsitas sub
specie veritatis:et malicia sub similitudine bonitat̄:vt
dyabolus possit melius ⁊ sepe mortalē errorē diffunde
re. Et ideo videtur pl⁹ placere deo q̄ visiōes et sentimē
ta ac raptus que ꝭm ꝙ dictum est habēt similitudinē ve
ritatis et bonitatis/dimittas ire pro tanto q̄tum valēt
nisi contingat aliquibus personis ratione sanctitatis ⁊
humilitatis eorum ꝓbate certissime ⁊ manifeste/de qui
bus esset certū et manifestū ꝙ nō possent decipi ꝑ illusio
nes vel ingeniū dyaboli. Et tūc q̄uis sit pium visioni-
bus ⁊ sentimentis taliū personarū cōsentire:tn̄ securum
est non totaliter ꝑ rationem veridicā eis credere:sꝫ solū
q: ꝯcordāt cū fide catholica ⁊ sacra scriptura ac bonis
morib⁹ ⁊ vita ⁊ verbis sanctorū:⁊ cū ratione fundata su-
pra predicta. Secūdū remediū est ꝙ nullā expositionē
scripture et v̄borū sctōrū velis accipe:nisi concordaret
vite iesu xp̄i et sanctorū: qd tn̄ intellige q̄tum ad illos
nobis ꝓpositos ad imitandū:nō q̄tum ad imitandum
priuilegia ⁊ singularitates eorū. Et istud dicit̄ ꝯ aliq̄s
nūcios seu discipulos antixp̄i q̄ palliāt ⁊ defendūt suos
errores ⁊ periculosos modos viuendi:exponēdo sacrā
scripturā ꝭm eorū ꝓpriā affectionē: ducētes in exēplū
aliquos excessus ⁊ singularitates quas aliq̄ sancti fece-
runt. Tertiū remediū est ꝙ si per reuelationē/vel senti-
mentū:vel per aliū modū cor tuū moueat̄ ad faciendū
aliquod opus ⁊ maxie opus graue vl' notabile ⁊ nō tibi
cōsuetū/de quo nō habeas certitudinē an deo placeat:
immo ⁊ rationabiliter dubitas ꝯtrahas morā ad faciē
dū dictū op⁹ vsqꝫ quo inspexeris oēs circūstātias:⁊ ma-
xime finales:⁊ cognoscas qd deo placeat:nō tn̄ ꝙ tu iu-
dices ꝑ tuam opinionē:sed si pōt per testimoniū certum
scripture/vel per exemplū sanctorꝫ patrū imitabile. Et
bene dictū est imitabile. Q: (ꝭm Greg.) aliqui sancti fe-
cerunt aliqua opera in quib⁹ nō debem⁹ eos imitari q̄-
uis essent in eis bona:sed debemus ea habere in reueren
tia. Et si ꝑ teipm̄ non pōt venire in noticiam an deo pla
ceat vel non/petas cōsiliū a ꝓbatis ꝑsonis in vita et do
ctrina/⁊ cōsilio veritatis. Quartū remediū est ꝙ si tu es
imunis a p̄dictis tentationib⁹ sic ꝙ nūq̄ eas habueris:
vel q̄tūcūqꝫ eas habueris liberatus fueris: dirige cor
⁊ intellectū ad deum recognoscendo humiliter gratiā
tibi factā/⁊ quā tibi multotiens super hoc facit. Et ca-
ueas tibi ne hoc ꝙ per puram grām ⁊ bonitatem dei ha
bes velis ascribere tue virtuti vel sapientie:seu merito
tuo aut bonis moribus tuis:neqꝫ qd factū fuerit a casu
seu a fortuna:q: (vt dicūt sancti) hoc ē principali⁹ ꝑ qd
de⁹ bn̄ficium sue gratie aufert ⁊ subtrahit hoī:permittit
eum subijci tentationibus ⁊ illusionibus dyaboli. Quin-
tum remedium est ꝙ te seu tuo corde existente in tenta-
tione sp̄uali per quā es in dubio: nō incipias tua ꝓpria
volūtate aliq̄d notabile tibi incōsuetū ante: sed tuū cor
⁊ tuā voluntatē refrenando expectes humiliter cum ti-
more et reuerētia dei vsqꝫ quo de⁹ cor tuū clarificet:q: si
existendo in dicto dubio inciperes ex tua ꝓpria volūta
te aliq̄d notabile tibi incōsuetū/nō posses exire ad finē
bonū. Sextū remediū est ꝙ ꝓpter tētationes an̄dictas
si habeas non dimittas aliqd bonū qd tu incepisti dū i
tētationib⁹ illis nō eras:⁊ maxime nō debes dimitte-
re orare aut cōfiteri/vel opa facere hūilitatis:licꝫ cōsola
tionē nō inuenias in ipsis. Unde scriptū est. Mane scꝫ
ꝓsperitatis ⁊ gratie:semina scꝫ opus bonū:⁊ vespere scꝫ
aduersitatis ⁊ tētationis:ne cesset manus tua scꝫ a semi
nando. Septimū remediū est ꝙ oēs imaginatiōes ⁊ er-
rores q̄ te venire faciūt quasi in dubiū alicui⁹ veritatis
expellas a corde tuo:⁊ a memoria tua cū summo studio
⁊ conamine:tm̄ cor ⁊ intellectū cōuertendo i puritate ⁊
veritate radicū nostre fidei:⁊ in vita sanctorꝫ:⁊ in verita
te sanctarum scripturarū/de quib⁹ si humiliter ⁊ discre
te ad easdē cōuersus fueris:poteris lumen extrahere ad
certe cognoscendū hoc:i quo pri⁹ dubitaueras. Et istū
modum debet homo tenere in tentationibus spirituali-
bus/que non sunt de principalibus fidei articulis:sꝫ de
aliquibus veritatibus ipsi fidei ꝓximis. Octauū reme-
diū est ꝙ te existente in antedictis tentationib⁹ habeas
firmā ⁊ certā spem ꝙ de istis tētationib⁹ deus te ad ali-
qd bonū te adducet:⁊ cor tuum clarificet:⁊ credas fir-
miter ꝙ de⁹ ꝑmittit te venire in p̄dictas tētatiōes ꝓpt
exercitiū tue virtutis ⁊ vt te humilies. Attamē ita se ha
beat spes supradicta ꝙ negligētia nō includat̄ in ea sic
ꝙ tuū posse facias de expellendo a te tentationes predi
ctas. Et silr̄ sic se habeat credulitas predicta ꝙ supbia
nō includat̄:sed ꝙ dubites ꝙ ille tētationes veniāt pro-
pter tuā culpā. Nonū remediū ē ꝙ si habeas an̄dictas
tētationes multū abscōsas ⁊ secretas nō eas teneas:im
mo eas reueles tuo sapienti ⁊ discreto cōfessori:⁊ aliqui
bus singularibus ꝑsonis: sed nō multis:de quibus per-
pendere possis ꝙ ratione experiētie tētationū quas ha-
buerīt:vel ratione luminis sapiētie et sanctitatis possūt
tibi dare ꝯsiliū ⁊ auxiliū/ac cōsolationē. Istd remediū
cōmendant multi sancti:q: narrat̄ in vitas patrū ꝙ qui
dā monachi q̄ ꝑ magnā vitā erāt alti:q: ꝯtēnebāt ꝯsiliū
et auxiliū sanctorū patrū sup tētatiōib⁹ eorū veniebāt
ad finē malū. Et cōtigit aliq̄b⁹ alijs ꝙ deo volente pro
debant tentationes propter eorum simplicitatem: ⁊ hu
militatē quā habebant in petēdo cōsiliū :et auxiliū sup
tentationib⁹ suis finē salubrē inueniebāt:et citi⁹ libera-
bant̄. Decimū remediū est ꝙ si antedictas tētatiōes ha-
beas:leua cor ⁊ intellectū tuū ad deū:querendo humili-
ter hoc qd ei fuerit honorabilius:⁊ tue aie salubri⁹ sup
tua tentatiōe:subijciendo tuā voluntatē voluntati diui-
ne:sic vt si sibi placet ꝙ ꝑseueres in tentatione similiter
⁊ tibi placeat solū vt deū nō offendas. Undecimū reme
diū est ꝙ nisi ꝑ aliā viā possis euadere p̄dictas tentatio
nes debes eas obliuisci:et per quandā negligentiam fu
gere ⁊ dimittere: cōsiderans ꝙ nō sunt tentationes per
dyabolū ꝓcurate:sed passiones:⁊ fragilitates:seu debi-
litates q̄ sunt cōmunes statui hui⁹ vite. Et q: supra ⁊ in Exercitiū mētis in deum.
sequētib⁹ multis modis hortat̄ dn̄s vt vigilem⁹:⁊ ad in
certum ei⁹ aduentū nos p̄paremus:ideo vt cōtinue ad
opera virtutū ascendas:vel saltem vehemēter ascēdere
desideres. Ponūtur hic cōsequenter alique rationes ꝑ
quas poteris sentire pigritiā ⁊ nihilitatē boni qd ince-
pisti:⁊ cor tuū excitare et mouere ad maiores ꝑfectiōes
omnimode virtutis quā non incepisti. Prima ratio est
quia si aspicias quomodo deus est dignus amari et ho-
norari ꝭm suam bonitatem et sapientiam/⁊ alias suas
nobiles perfectiones que sunt in eo sine numero et sine
termino: videbis ꝙ hoc quod credidisti facere multum
et magnum ad honorem dei:⁊ ꝭm suam voluntatem est
minimū: ⁊ quasi nihil in respectu quod deberet esse ꝭm
ꝙ deus est dignus. Ista ratio idcirco primo ponitur:
quia principaliter debemus attendere in omnibus ope-
ribus nostris honorem ⁊ reuerentiam ⁊ amorem dei:
quia in se dignus est amari:⁊ honorari per omnem crea
turam. Secunda ratio est : quia si attendas quot despe-
ctus et vituperia:quot egestates ⁊ penurias:quot dolo
res ⁊ passiones sustinuit filius dei amore tui vt ames
deum: ⁊ honores: cognosces quia parum est quod feci-
sti ad deum amandum ⁊ honorandum ꝭm hoc quod
facere deberes . Ista ratio est altior et perfectior quā
aliqua sequentium : et ideo ponitur secundo . Tertia

ratio est: qr si cogitas innocentiã et perfectionẽ quã deberes habere ſm dei mãdatũ per qḋ teneris esse absqȝ oĩ vitio / ⁊ sine omni culpa / ⁊ in plenitudine totius virtutis / sicut est ꝙ deberes amare deum ex toto corde tuo: ⁊ ex oĩ mẽte tua: ⁊ ex totis virib⁹ tuis: videbis manifeste infirmitatẽ ⁊ distantiã in qua es a predicta innocentia et pfectione. Quarta ratio est: qr si cogitas multitudinẽ ⁊ largitatem beneficiorũ dei: ⁊ gratiarũ corporalium et spiritualium cõmuniũ tibi ⁊ alijs / vl' que singulariter tibi sunt date: senties ꝙ hoc qḋ facis ꝑpter deum ẽ nihil ad recõpensandũ dicta beneficia ⁊ gratias dei: ⁊ maxie si dei liberalitatem attendas ⁊ bonitatem. Quinta ratio est: qr si cogitas altitudinẽ ⁊ nobilitatẽ remunerationis et glorie promisse ⁊ parate illis qui faciunt opera virtutũ ad honorẽ dei: que gloria tanto maior dabit quanto opa erũt virtuosiora et maiora: cognosces ꝓ tanto tuũ meritũ nihil esse i ꝯparatione tãte glorie: ⁊ desiderabis facere opa virtuosiora ꝙ̃ ante feceras. Sexta ratio est: qr si attendas pulchritudinẽ et gratiositatẽ quã habẽt vtutes in se / ⁊ nobilitatẽ quã aĩa recipit p ipas vtutes Si attẽdas etiã vilitatẽ ⁊ turpitudinẽ quã in se habent vitia ⁊ pctã: ⁊ nihilitatẽ quã aĩa recipit per ea: conaberis (si sapiens es) ad amplĩ⁹ acqrendũ vtutes: ⁊ ampli⁹ fugere vitia ⁊ peccata ꝙ̃ vnꝙ̃ conat⁹ fueris. Septima ratio est: qr si attẽdas altitudinẽ ⁊ pfectionẽ vite sctõꝝ patrũ / vel eorũ multas ⁊ perfectas virtutes: cognosces ipfectionẽ infirmitatem vite tue ⁊ operũ tuoꝝ. Octaua ratio est: qr si cogitas magnitudinẽ ⁊ multitudinem offensarũ quas fecisti ꝯtra deũ: cognosces ꝙ oĩa opera que facis ꝙ̃tũcũqȝ bona: nihil sunt ad satisfaciẽdũ per viam iusticie offensis dei. Nona ratio est: qr si specularis diuersitatẽ et periculũ tentationũ carnis / mũdi / ⁊ dyaboli: conaberis ad assumendũ maiorẽ firmitatem ⁊ altitudinem in omni virtute ꝙ̃ vnꝙ̃ feceris: vt possis esse in maiori securitate cõtra dictas tentationes. Decima ratio est: qr si cogitas districtũ iudiciũ dei finale / ⁊ cũ quo apparatu bonorũ operũ: ⁊ cũ qua satisfactione de offensis dei debes venire ad dictũ iudiciũ: videbis ꝙ parum est ꝙ fecisti p bona opa: vel p miam ſm ꝙ facere debuisses. Undecima ratio est: qr si cogitas breuitatẽ vite tue: et necessitatẽ tue mortis dubie / postꝙ̃ non habebis spaciũ faciendi opera meritoria vel penitẽtiam: cognosces ꝙ cum maiori corde ⁊ studio deberes facere bona opa / ⁊ penitentiam ꝙ̃ nunc facis. Duodecima ratio est: quia si aduertas qualiter si incipias bonam vitam in quouis gradu sine conamine ⁊ desiderio ascendendi in maiorem ⁊ altiorem vitam / non potest esse sine fundamento presumptionis ⁊ supbie hui⁹ qḋ incepisti: nec potest esse sine inclusione magne tepiditatis et negligẽtie: ⁊ ex quo hec duo mala includuntur nõ potest esse sine magno periculo veniendi in multa spiritualia vitia: non dubium ꝙ si velis dictorum malorũ esse liber et imunis ꝙ̃tũcũqȝ altam vitam inceperis: tu conaberis ad ascendendum ad altiorem vitam ⁊ perfectiorem. Tredecima ratio est quia si cogitas abyssalia iudicia dei facta sup aliquos qui diu pseuerauerant in magna sanctitate et perfectione: sic ꝙ deus eos deserebat ꝑpter aliqua occulta vitia que non credebant habere: non dubiũ ꝙ ꝙ̃tuncũqȝ altã vitam inceperis / omni die eleuabis tuas affectiones et intentiones / deserendo omne vitium plus ꝙ̃ feceras ante appropinquando ad perfectam ⁊ integram sanctitatem / timendo ne forte sit in te aliquod vitiũ occultũ ꝑpter quod sis dign⁹ deseri a deo. Quartadecima ratio est: quia si recogitas penas infernales dãnatorum paratas peccatoribus cunctis: credo ꝙ leuis erit tibi omnis penitentia: ⁊ omnis humilitas paupertatis vituperiũ: ⁊ omnis labor quem in vita ista propter deum possis sustinere vt euadas penas supradictas / ⁊ conaberis ꝯtinue ad tenendum altiorem et perfectiorem vitam / timendo periculum veniendi ad penas illas. Predicte quattuordecim rationes plus in breui tacte sunt ꝙ̃ explicate: vt addiscatis in paucis magna cogitare: sic ꝙ quelibet ratio sit tibi materia considerationis spaciose. Attamen scias ꝙ si velis proficere cum dictis rationibus debes eas formare / nõ solũ per intellectũ: immo est necessariũ ꝙ per affectionẽ moneas tuam voluntatẽ ad hoc quod dictant ipse rationes. Et nota ꝙ conclusio cuiuslibet rationis debet esse in duobus. Primo in sentimento propzie imperfectionis ⁊ nihilationis: deinde in desiderio ⁊ conamine veniendi in altiorem vitã ⁊ maiorẽ pfectionẽ: sic ꝙ non sit sentimentũ proprie impfectionis ⁊ nihilationis sine desiderio ⁊ conamine maioris pfectionis et vite altioris: nec maior perfectio ⁊ altior vita sine sentimento proprie imperfectionis ⁊ nihilationis. Oratio.

Domine iesu xpe mitis ⁊ humilis corde: funda cor meum in vera humilitate / ⁊ exclude a me omnem motum presumptionis et superbie: vt nunꝙ̃ visiones desiderem / aut reuelationes: nec per aliquas tentationes seducar spirituales que me ducere quoquo modo possent in errores. Fac me domine pijssime quotidie ad opera virtutũ ascẽdere / et semp in bono ꝓficere: ac continue in altiorẽ vitã tendere ⁊ suspirare: vt sic vigilãdo / ⁊ sollicite agendo ad incertũ tuum aduentũ me valeam preparare. Amen.

¶ De orando et expectando aduentum domini: ⁊ de posterioribus signis aduentus eius / ⁊ cõsummationis seculi. Capitulum.xlij.

Postꝙ̃ ergo domin⁹ erũnarum et periculorũ meminit consequẽter horum remediũ subdit quod est oratio premeditata / ac iugis ⁊ assidua. vnde in libro Parali. Cũ ignoramus quid agere debeamus: hoc solũ residui habem⁹ vt oculos nostros dirigam⁹ a te. Quia eñ dixerat dñs de suo futuro aduẽtu qui subito veniet: ⁊ cuius tp̃s certum latet: sollicitos nos vult eẽ ⁊ dispositos ne dies illa nos inueniat imparatos. Inter cetera autem que nos preparãt vt secure ⁊ digne aduentum dñi expectemus / ẽ orationis sedulitas ⁊ assiduitas: vt iusti iudicis misericordiam imploremus: ⁊ horantis humilitas: vt iudicem per humilitatem flectemus: ⁊ eius rigorem temperemus: quia ei semper humilium placuit oratio. vñ in Ecclesiastico. Oro humiliãtis se nubes penetrabit: ⁊ donec appropinquet nõ cõsolabit: ⁊ nõ discedet donec aspiciat altissim⁹. Oratio aũt supborũ exaudiri nõ meret: orans eñ defectum ꝓpriũ cõfitetur ꝙ superbie repugnat: qr defectũ suũ magis celare ꝙ̃ ꝓdere affectat. Docet ergo dñs qm̃ oportet iugiter ⁊ semper orare: ⁊ ab oratione non deficere: qr multũ valet oratio iusti assidua. Sed quis põt semp orare. Ergo hoc intelligẽdũ est de quotidianis horis canonicis iuxta ritum ecclesie constitutis: et oremus semper. s. ꝓ tpe ⁊ horis debitis: ⁊ sic semp nõ ĩportat cõtinuitatẽ tẽporis: qr opꝫ interrũpi tpe dormitionis et quarundã necessitatũ corporis: sed ĩportat instantiã orationis tẽporib⁹ et horis ad hoc cõgruis. Aut certe qcqd iustus facit et dicit ſm deum ad orationẽ ẽ reputandum. Nã sp orat q semper bene facit seu in bono perseuerat: nec desinit orare / nisi cũ desinit iustus esse. Orat eni nõ solũ lingua sed et cor / et cogitatio / desideriũ / sensus / man⁹ / oculi: et omnis operatio bona. Hec eñ si orare cessauerint: oĩs lingue oratio inutilis est. Et hoc modo semp ⁊ sine intermissione possumus orare: et ab oratione non deficere. vñ Aug. Qui deum laudat lingua non semp potest: qui moribus deum laudat semp potest. Multum autem valet apud deũ oratio cum lachrymis: quia hanc deus magis diligit ⁊ citius exaudit. vñ angel⁹ ad Thobiam quãdo orabas cũ lachrymis: ego obtuli orationẽ tuam dño. Et dñs p Esa. ad Ezechiã. Audiui orationẽ tuã: vidi lachrymas tuas. Nã (vt ait Hiero.) oratio deũ lenit: lachryma cogit: hec vngit: illa pungit. vñ Bern. O humilis lachryma: tua est potentia: tua est regni gloria ãte faciẽ iudicis sola intrare nõ vereris: quicquid petieris impetrabis: accusatori silentiũ imponis: ⁊ qñꝙ̃ sententiam ab ore iudicis rapis: vincis inuincibilem: ligas omnipotentẽ. Et ad probandum efficatiam orationis assidue ꝓponit parabolã de perseuerantia in oratione ⁊ de eius exauditione: inducẽs exemplũ de iudice [q deũ non timebat offendere] ⁊ hominẽ non reuerebatur [publice scãdalizare: nec diuino timore mouebatur / nec humano pudore: ⁊ de vidua petente vindicari de aduersario suo. s. vt faceret sibi iustitiam de eo: quam tãdem ob solam importunitatem precum suarũ exaudiuit: ne eum suggilaret. i. suggerendo sua ĩportunitate offenderet: et fecit victus tedio quod nolebat facere bñficio: mot⁹ ad

Lu.xviij.
et.xxi.
Matth.
xxiiij.
ij.par.xx.

Orationis virt⁹ ⁊ excellentia.

Thob.xij

Esaie.
xxxviij.
Oratio ⁊ lachryma

faciendũ iustitiã:nõ ꝓpter amorẽ iusticie/sed ad euita:
tionẽ sue molestie. Ex quo ptȝ aliq̃s hodie peiores isto
eẽ:qꝛ nec dei timorẽ:nec hoim pudorẽ:nec aliq̃ iportuni
tate volunt grauatis iusticiã facere. Hãc parabolã dñs
ideo ꝓposuit vt ostẽdat quãto certiores de exauditiõe
esse debeãt q̃ deũ fontẽ iusticie ꝛ mĩe ꝑseuerãter rogant:
cum apud iniquũ iudicẽ valuerit ꝑseuerãtia deprecan:
tis ipm:qꝛ ꝑ iportunitatẽ precũ obtinuit petitionis ef:
fectũ. Sic ei multofortiꝰ [deꝰ] q̃ ẽ bonꝰ et iustꝰ exaudiet
ꝓces:ꝛ [faciet vindictã electorũ suorũ] i ꝓssura ꝛ tribula
tione existẽtiũ ꝛ [clamãtiũ ad se die ac nocte] .i.orantiũ
instanter pro sua liberatione ꝛ declaratiõe diuine iusti:
cie. Aduertendum tñ ꝙ scti viuẽtes in terra nõ petũt a
deo de aduersarijs vindictã ꝑ gehẽne penã:sȝ ꝙ ꝯuersi
ad iusticiã desinant esse mali.ꝭm illud in Prouer. Uer
te ipios ꝛ nõ erũt.s.ipij. Ulꝰ ꝙ amissa ptãte quã nũc hñt
desinant iustos ꝑseq̃:vel qꝛ ad bonos ꝑtinẽt bona spiri
tualia ꝛ eterna suis ꝑsecutoribꝰ optare:ꝛ h̃ modo ꝓ eis
orare:sed qꝛ pene tꝑales sunt q̃dã medicine/ꝛ valent ad
emendationẽ vite ꝛ ad declarationẽ diuine iustitie:ideo
ad sctõs hñ ꝑtinet petere a deo h̃ mõ vĩdictã de suis ꝑse
cutoribꝰ:nõ ex motu ire: sed ex zelo iustitie:et sic nõ ẽ ꝯ
Mat.v. illud qd̃ dr̃. Orate ꝓ ꝑseq̃ntibus vos ꝛc. Deinde post
orõnẽ subiũgit dñs de fide interrogationẽ dicẽs. [Ue
rũtñ cũ venerit filiꝰ hoĩs] .s.xp̃s ad iudiciũ: [putas inue
niet fidẽ sup terrã? q] .d.parũ inueniet respectiue loquẽ:
do de fide formata charitate. De fide post orationẽ iter
Rom.x. rogat qꝛ si fides deficit:orõ perit. Quõ ei inuocabũt in
quẽ nõ crediderũt? Ergo vt oremꝰ credamꝰ:ꝛ vt ipsa fi
des q̃ oramꝰ nõ deficiat oremꝰ:ꝙ aũt q̃rit dñs an in ad:
uẽtu suo iueniat fidẽ:nõ facit dubitãdo q̃ oĩa nouit: sed
q̃rit arguens ꝛ increpans infideliũ multitudinẽ:qꝛ i ad
uẽtu suo multos ab antichristo seductos reperiet a fide
corruisse:respectu quoꝝ paucos inueniet i ṽa fidei ꝯfes:
siõe ꝑstitisse:tũc eñ ꝭm Bedã:tãta erit charitas electo
rũ:vt nõ tã ob clamorẽ infideliũ q̃ȝ ob torporẽ alioꝝ to
tiꝰ iã mũdi sit accelerãda ruina:qꝛ eĩ abũdabit iniq̃tas
refrigescet ꝛ deficiet charitas multoꝝ. Et qꝛ ꝓmuniuit
dñs fideles cõtra aduẽtũ antixp̃i et suoꝝ pseudo ꝓphe
tarũ:ac insup monuit eos orare semꝑ in tãtis malis ad
expectandũ aduentũ suũ:nũc ꝯsolat̃ eos ꝑ suũ ꝓpiquũ
Aduẽtus dñi tri:plex. aduentũ. Ubi sciendũ ꝙ cũ triplex sit aduẽtꝰ dei salua:
toris nr̃i videlicet in carnẽ:in mẽtẽ:ꝛ i iudiciũ.ꝓmi duo
sunt amoris:tertiꝰ est timoris:tertiũ celebramꝰ ꝓpt̃ pri
mũ:ꝛ ꝓmũ ꝓpter mediũ. De aduẽtu eñ ad iudiciũ mẽ:
tio fit ipo tꝑe in officio: vt timore nobis immisso ad ve:
nerandã futurã festiuitatẽ natalis dñi i carnẽ nos solli:
citiꝰ ꝓpararemꝰ. De aduẽtu in carnẽ iõ festa recolimus
q̃tenꝰ ꝑ ea ṽbũ eternũ mẽtaliter cõcipe mereamur dum
ipa mẽtalis cõceptio est maxia gr̃a oĩm donorũ q̃ i hac
vita ꝭm legẽ cõem aĩe deuote ꝑ gr̃am ꝯferunt̃. vñ dicit
aug. ꝙ beatior fuit maria ꝯcipiẽdo xp̃m mente q̃ȝ carne
Et qꝛ dicit idẽ Aug. ꝙ timoris est ꝓparare locũ:ꝛ ꝙ in:
troducit charitatẽ sicut seta filũ:iõ eccl'ia celebrãs ad:
uentũ dñi in carnẽ:pariter et in mentẽ q̃ sũt aduẽtꝰ amo
ris simul mẽtionẽ facit in officio de aduẽtu eiꝰ ad iudi:
ciũ q̃ est aduentꝰ timoris: vt videlicet ꝑ timorẽ introdu
cat̃:ac ꝑ hoc nos moueamur ad amorosam nr̃i hospicij
ꝓparationẽ:q̃tenꝰ ṽbo eterno mentaliter in nobis ꝯce:
pto dicamꝰ cũ ꝓpheta a timore tuo dñe cõcepimꝰ spm̃
salutis. Cõsolat̃ g̃ eos dñs de suo aduentu ꝓpinquo:qꝛ
stati nõ imediate:sȝ paruo tꝑe elapso post tribulationẽ
antixp̃i ꝛ pseudo ꝓphetarũ q̃ durabit ꝑ tres annos cũ
dimidio:ꝛ etiã post mortẽ ipsius antixp̃i apparebunt si
gna manifesta ꝓpinqui iudicij:qꝛ post tribulationẽ illã
anteq̃ȝ appareãt signa ista erit tꝑus breue.s.q̃draginta
dierũ vel circa ad refrigeriũ bonorũ: ꝛ ad penitẽtiã ma
loꝝ: in quo penitere poterũt illi q̃ ꝑ antixp̃m fuerunt de
Turbatio vniuersal'. cepti. ¶ Et sciendũ ꝙ appropinquante finali iudicio:oĩ
creature apparebit turbatio. Uniuersitas autẽ creatu:
rarũ reduci põt ad quattuor genera: videlicet ad natu:
rã celestẽ/ elemẽtarẽ/rõnalẽ/ꝛ intellectualẽ. Primo g̃
Turbatio celi. describit̃ turbatio in natura celesti videlicet [in sole/lu:
na/ꝛ stellis] in quibus erunt aliqua apparẽtia insolita
ꝛ nature sue repugnantia:ꝛ ideo dicunt̃ signa que in eis
Stellarũ casus. erũt [Sol ei ꝛ luna obscurabunt̃:ꝛ stelle cadẽt de celo]
nõ a situ suo qd̃ naturaliter impossibile est fieri:cũ terra
nõ sufficeret eaꝝ magnitudini:ꝛ corꝑa celestia maneãt
in natura sua integra:sed ꝓpter nimiã scitillationem q̃
erit in aere cadere videbunt̃ a suo lumine:nõ ꝙ eo ꝓuen
tur cũ sit eis naturale:sed quia vincunt̃ a maiori lumine
Hec eñ luminaria obscurari ꝛ cadere dicunt̃ compara
tione maioris lucis supuenientis:qꝛ in glorioso xp̃i ad:
uẽtu apparẽte vere gl'ia lucis:oĩa mũdi lumia tenebris
cõparant̃ ꝛ vmbris:sicut stelle nõ apparent sole oriente:
ꝛ lumen candele nõ lucet in die. vñ Beda. Sydera i die
iudicij videbunt̃ obscura:nõ diminutiõe sue lucis acce:
dẽte:sed supueniente claritate veri luminis:hoc est sum
mi iudicis cũ venerit in maiestate sua/ꝛ pr̃is ꝛ sanctorũ
angelorũ. Quis nil ꝓhibet intelligi veraciter solẽ:tũc
ꝛ lunam cũ syderibꝰ ceteris ad tꝑs suo lumine priuari:
quõ de sole factũ cõstat tꝑe dñice passiõis: luna eñ tũc
tꝑis cũ eẽt plena sub abdito terre latebat. Ceteꝝ pacto
die iudicij ꝛ clarescẽte future gloria vite cũ fuerit celum
nouũ/ꝛ terra noua:tũc fiet quod Esaias ꝓpheta dicit. Esa.xxx.
Et erit lux lune sicut lux solis:ꝛ lux solis septẽplicit̃:si:
cut lux septẽ dierũ.hec Beda. ¶ Mystice ecclesia specio
sa vt luna/electa vt sol/ꝛ q̃ noctem mundi illuminat vt
stelle:tunc nõ apparebit impijs vltra modum seuiẽtibꝰ:
ꝛ cedẽt ꝑsequentibꝰ:ac cadent multi qui gratia fulgere
videbant̃:ꝛ quidam fideles firmissimi turbabũt̃. ¶ Mo
raliter vero per solem status ꝑfectorũ designatur: eorũ
enim est ad modũ solis influere alijs ꝛ illuminare. Per
lunã status ꝓficientiũ significatur ad quos ꝑtinet exte
rioribus exercitijs virtuosis que sunt circa mutabilita
tem humanorũ actuũ insistere:ad similitudinẽ lune q̃ i
ter planetas specialiter habet influẽtiã sup mutabilita
tem istorũ inferiorũ. Per stellas vero status incipiẽtiũ
accipit̃ ad quos ꝑtinet ꝓterita pctã deplãgere ꝛ a futu:
ris cauere:stelle eñ emissione radiorũ aerem ipurũ de:
purãt:ꝛ earũ ṽtute aufert̃ a mũdo iferiori pestilẽtie cor:
ruptela. In q̃libet istorũ statuũ:vt verbũ eternũ ꝯcipia:
tur i mente:debẽt certa signa ꝓcurrere. In sole nãq̃ȝ le:
gemus accidisse signũ statiõis: signũ retrogradatiõis/
ꝛ signũ obscuratiõis. Et in sole q̃ȝtum ad ꝑfectos/prio Signa ꝑ:fectorũ in sole.
dȝ esse signũ stationis:ꝛ hoc ꝑ mẽtis i deo stabilitatem/
ne varijs cogitationibꝰ euaget̃.ꝭm illd̃ Psal. Iacta co
gitatum tuũ in dño. Secũdo in signũ retrogradatiõis Ps.liiij.
ꝑ ꝯtẽplatiõis ꝛ exactiõis alternationem.ꝭm illud Eze
chielis. Animalia ibant et reuertebant̃. Animalia enim Ezech.j.
id est sectatores euangelice ꝑfectionis vadunt ad vitam
contẽplatiuã: in qua quia diu immorari non preualent
reuertũtur ad actiuã. Tertio signũ obscurationis ꝑ ꝓ:
prie glorie exinanitionẽ vt in suis oculis nihil se esse re:
putent. Sic semetipsum obscurauit apostolus dicens.
Ego sũ minimꝰ apl'orum. Et sequit̃. Gratia dei sum id j.Cor.xv.
quod sum. In luna q̃ȝtum ad ꝓficientes debet appare: Signa in luna.
re signũ ꝯuersiõis in sanguinẽ ꝑ passionis iugem recor:
dationẽ. vnde eis dicit xp̃s i Trenis. Recordare pau: Tren.iij.
pertatis mee:ꝛ absclnthij ꝛ fellis. Et respondere debet
homo illud quod ibi sequit̃. Memoria memor ero ꝛ ta:
bescet in me aĩa mea. In stellis vero q̃ȝtum ad incipien:
tes debet esse signũ casus ꝛ ꝓprie delectiõis ꝑ defectuũ
multipliciũ humilem recognitionẽ. De quo casu expo:
ni põt illud Prouer. Septies i die cadet iustus ꝛ resur: Pro.xxiiij.
get. Iustificatus eni ꝑ gratiã dei omni tꝑe qd̃ per septe
nariũ numerũ innuitur:debet cadere per ꝓpriam reco:
gnitionẽ:ꝛ tũc semꝑ post lapsum resurgit:per diuine mi
seratiõis subleuationem:quotiens enim q̃s pro suis de:
fectibus ingemuerit totiens diuine ꝓpitiationis gr̃am
sibi amplius cumulabit. Hec autem signa facere in quo
libet statu nõ est ex nobis:sed ex supeffluentia diuine bo:
nitatis. Ideo sapiens orat. Miserere nostri deus omni: Ecclesi.xxxvj.
um:ꝛ ostende nobis lucem miserationum tuarum. Et
subdit. Innoua signa/ꝛ immuta mirabilia. Secũdo de:
scribitur turbatio in creatura elemẽtari cum dicit̃ [Et Terre et maris si:gna.
in terris pressura gentium pre cõfusione sonitus maris
ꝛ fluctuũ.] Nam ex impressiõe corporum celestium fiet
commotio elementorũ. Terra enim commotione cõmo
uebit̃:ꝛ in aere caligo/ꝛ venti/tonitrua/ꝛ fulgura coru:
scationes/ ꝛ varie tempestates generabũtur. In mari
quoq̃ȝ ꝛ fluctibus generabunt̃ spiritus ꝓcellarum:ꝛ ab
intus/ꝛ ab extra concutientes mare ꝛ fluctus : ex quo:
rum cõfractione generabitur maximus ꝛ horribilis so
nus:ꝛ pre nimia aquarum hincinde agitatione absq̃ȝ or
dine:quasi sonꝰ confusionis apparebit. Et insuper ade:

rit etiā incendiū ignis q̄ precurret faciem iudicis: ita vt mare ⁊ oīa credant̄ cōsumi oīno dicēte petro. Elementa calore soluent̄: ⁊ terra ⁊ oīa que in ea sunt opera exurent̄. Ex quib⁹ oībus corda hominū nimio terrore ꝯcutient̄: ⁊ hoīes attoniti q̄si fugere volentes: ⁊ ꝑpter tenebras horrēdas se mutuo videre nō valentes: discurrendo se inuicē ꝑmēt: ⁊ impingendo cōprimēt vt fiat ꝑssura gētiū/ ⁊ ruat vn⁹ sup aliū ex cōcursu multoꝝ timētiū ab aq̄s absorberi: ⁊ ab igne ⁊ tēpestatib⁹ consumi: et ſm h̄ ꝓprie d̄r ꝑssura q̄si ꝑmēs sura. Maxie aūt hui⁹ pressure cā est sonit⁹ maris ⁊ fluctuū: q: mare inusitato modo terribilit̄ fremet: ⁊ litt⁹ maris vehemēti⁹ agitabit̄ tēpestate. Tertio describit̄ turbatio in creatura rationabili .i. hoīe cū subdit̄ [Arescētib⁹ .i. deficiētib⁹] hoīb⁹ a vigore sue corporalis ṽtutis ⁊ colore: in dieb⁹ eñ illis efficient̄ hoīes aridi ⁊ stupidi: ⁊ pallescentes: ⁊ velut amentes: ⁊ ꝯtabescēt in seipsis: ita vt alter alterū nō alloquatur: vel audiat seu attēdat [ꝑ timore .s. maloꝝ ꝑntium] [⁊ expectatiōe] maloꝝ adhuc restātiū [que] inq̄ timor et expectatio [supuenient vniuerso orbi] q.d. nec natio: nec ꝓuincia excludit̄ ab his angustijs. De his autē sic dicit Esa. Eritq̄ repente ⁊ ꝯfestim visitabit̄ a dño exercituū in tonitruo/ ⁊ cōmotione terre/ ⁊ voce magna turbinis ⁊ tēpestatis/ ⁊ flāme ignis deuorātis. Et sic iplebit̄ qd̄ dicit dauid de ipio. Quesiui eū/ et nō est inuētus loc⁹ ei⁹. q.d. Quesiui ipio locū in mūdo ⁊ nō inueni. Nā iudicio imīnēte celū tonitruis ⁊ fulgorib⁹ repellet ipiū: aer depellet ꝑ turbinē: mare ꝑ tēpestatem: terra eū excutiet ꝑ ꝯmotionē: vt in toto mūdo locū nō inueniēs sepeliat̄ i flāma ignis deuorātis i inferno. Quarto ponitur turbatio i creatura itellectuali cū infert̄. Nā ṽtutes celoꝝ .i. angelice ꝑtātes mouebunt̄. Ille aūt mot⁹ erit multipliciter: q: mouebunt̄ quodā motu ammirationis vidētes insolitos effectus accidere ꝑter ordinē naturalē. Itē mouebunt̄ ex diuina voluntate ad faciēdū miraculosas trāsmutatiōes in elemētis ad incutiendū hominibus terrorē iudicis veniētis. Itē mouebunt̄ ad peccatoꝝ vindictā ⁊ separationē: expetēdo ab eis vltionē q: separabūt malos de medio iustoꝝ/ ⁊ mittēt eos i caminū ignis. Itē possunt dici moueri ex magno timore: videbūt eñ totū orbē iudicari/ ⁊ luciferū q̄ eoꝝ princeps fuit. vñ dicit Chry. q̄ valde decenter cōmouebunt̄ ⁊ cōcutient̄ videntes tātā trāsmutationē fieri/ ⁊ cōseruos suos puniri: ⁊ orbē terrarū terribili assistētē iudicio. Est aūt in angelis timor cuiusdā reuerētie et admirationis respectu dei: q: sc̄z admirant̄ dei maiestatē eis incōprehēsibilē: ⁊ ad modū trementiū se habebūt. De tali timore d̄r i Job. Colūne celi cōtremiscūt ⁊ pauent in aduentu ei⁹. Quid ḡ faciēt virgulta deserti vbi timore concutit̄ cedrus libani paradisi. Vñ nō est mirū si hoīes q̄ i natura ⁊ sensu sunt terrestres arescēt: cū etiā angelice potestates q̄ de se secure sunt mouebunt̄. ¶ Moraliter celorū noīe ꝑnt intelligi aīe sancte in qb⁹ de⁹ ꝑ grām ꝯcipi dignat̄ et habitare. De qb⁹ d̄r: celū mihi sedes ē: aīa enim iusti sedes est sapīe. Huī⁹ celi ṽtutes sunt aīe vires: sicut aūt in aduētu i iudiciū ṽtutes celoꝝ corporaliū mouebunt̄: sic in aduētu ṽbi eterni in mētē oēs ṽtutes ⁊ potētie aīe mouebunt̄ ad oꝑatiōes superexcedētes: superiorq̄ ⁊ inferior portio rōnis mouebunt̄ de exercitio bone operationis ad studiū orōnis ⁊ ꝯtēplatiōis. Iudiciū diuinum ꝑcedēt signa ⁊ mirabilia: irā dei i pctōres designātia: ⁊ ad ostēdēdā dei paratā cōtra eos vindictā. Et sicut offenso dño turbat̄ ei⁹ familia ꝯ offendētes/ sic creatura dei turbat̄ ꝯ pctōres. Et ſm Bedā. Quō ipulse ad casū arbores fragores motusq̄ sui ꝑmittere solent indicia: sic termino mūdi appropiquāte q̄si pauētia mutāt ⁊ gemūt elemēta ⁊ oīs creatura. Et vt dicit chry. sicut hō cū morit̄ patit̄ fātasias ⁊ turbatiōes marias q̄ ē microcosm⁹ siue minor mūd⁹: sic macrocosm⁹: siue maior mūd⁹ deficiens tot⁹ cōturbabit̄. Modū eñ deficiendi i maiori mūdo ex minori oportet accipere. Nota h̄ dñm breuiter q̄dā tetigisse signa diē iudicij ꝑcedentia. Dicit̄ aūt in scholastica historia q̄ Hiero. in annalibus libris hebreoꝝ inuenit signa .xv. dieꝝ añ diē iudicij: s̄z vtrum dies illi continui futuri sint an interpolati nō expssit: h̄ autē multā h̄z dubietatē. Prima die eriget se mare .xl. cubit̄ sup altitudinē montiū stans i loco suo quasi murus. Secunda intantum descendet vt vix videri possit.

Hominū turbatio.

Esa.xxix.

ps.xxxvj.

Uirtutū celestium motus.

Job.xxvj

Esa.lxvj.

Signa.xv iudicij futuri.

Tertia marine belue .s. balene et hmōi apparētes supermare dabūt rugit⁹ vsq̄ ad celū. Quarta ardebit mare ⁊ aq̄ oēs. Quīta herbe ⁊ arbores dabūt rorē sanguineū. Sexta oīa ruent edificia. Septima petre adinuicē collidēt̄. Octaua fiet generalis terremot⁹. Nona equabit̄ terra. Decima exibūt hoīes de cauernis: et exibunt velut amentes: nec mutuo poterūt loq̄. Undecia surgent ossa mortuoꝝ/ ⁊ stabunt supra sepulchra sua. Duodecima cadēt stelle de celo ſm quosdā q̄ ad apparētiā. Tertiadecima morient̄ hoīes viuētes vt cū mortuis resurgant. Quartadecima ardebit celum et terra .i. supficies aeris ⁊ terre. Quītadecima fiet celū nouū ⁊ terra noua/ ⁊ oēs hoīes resurgent. Cor neq̄ si ad hec audita non mollieris: nec ad pnīam ꝓuocaris/ duri⁹ es lapide: duri⁹ adamāte. Hec enim signa terribilia q̄ ꝑcedūt terribilit⁹ iudiciū qd̄ sequit̄ ostēdūt. vñ Chry. Terribile est illud iudiciū ⁊ inuitabilis est pena: ⁊ intolerabile illud tormentū. Si aūt vis neq̄ hic dare vindictā decerne de teipso: ⁊ expete a teipo noxas. Audi paulū dicentē. Qm̄ si nosmetipsos iudicarem⁹/ nō vtiq̄ iudicaremur: si hoc feceris viā preueniēs/ ⁊ ad coronā deueniēs. Et qualiter expetem⁹ vinctā a nobisipsis. ait Ber. Luge. ingemisce amare: humilia teipsum: vitupera te: rememora peccatorum ſm speciē. Qui eñ facit hoc ita cōpūgetur: vt neq̄ vita dignū seipm esse estimet: q̄ autē hoc estimat cera oī mollior erit. Neq̄ igit̄ parua hec estimes esse: s̄z cōgrega oīa: ⁊ sic vt in libro scribe. Si eñ tu scripseris de⁹ delebit: sicut si tu nō scripseris: de⁹ ⁊ iscribet et vindictā expetet. Multū igit̄ meli⁹ est a nobis inscribi et diuinitus deleri/ q̄ ecōtrario nobis obliuione tradentib⁹ deū ea ante oculos nostros offerre ſm diem illam. Ut igit̄ hoc nō fiat oīa cum diligentia recogitemus: et inueniemus multis nosipsos obnoxios. Qualiter igitur est saluari aīs. Contraria his formata imponentes. Attendamus igit̄ et per oīa vulnera expurgemus. Ita enim poterimus et innocentia delictorum potiri: et ꝓmissis perfrui bonis. hec Chry.

Oratio.

Domine iesu xp̄e da mihi imitari signa in sole/ luna/ ⁊ stellis: hoc est bonoꝝ operū exempla in te sole iusticie ⁊ matre virgine/ ⁊ in oīb⁹ sanctis tuis: vt fiat in terra carnalitatis mee pressura gentiū .i. motuū icircūcisoꝝ ꝑ cōfusione sonit⁹ cōfessionis ⁊ maris contritionis/ ⁊ fluctuantiū afflictionū arescentib⁹ in me humanis ꝯcupiscētijs pre timore gehēne/ ⁊ expectatione glorie q̄ subuenient vniuerso orbi q̄n vnicuiq̄ ſm opa sua dabis virtutes: etiā celoꝝ .s. potentie aīe moueant̄ de virtute i virtutē: vt paratus inueniar in aduentu tuo. Amen.

De aduentu christi iudicis. Capi.xliij.

Et tunc scilicet post predicta signa per dñm tacta [appebit] hora q̄ nō putat̄: hora eī iudicij ignorat̄ [signū filij hoīs .s. signū cruc̄] [in celo] h̄ ē in aere q̄ aliq̄n i scptura celū vocat̄: vt passus in hūilitate ignominiā cruc̄ ostēdat i sua veniēs maiestate: salutarē fructū ⁊ dignitatē eiusdē gloriose crucis. Filiū hoīs nō filiū dei se hic appellat: q: nō i forma dei/ s̄z hoīs iudicabit. ſm Chry. Crux appebit sole luculētior existens: vt nō sit necessitas accusationis cum viderint crucē: sed ꝑ se sine excusatione ꝯdēnabile eoꝝ efficiatur pctm̄: quēadmodū si q̄s lapide vulnerat⁹ ipm ostēdit lapidē vel vestimēta sanguine madefacta. Et ſm eūdem chry. Nō erit crux lignū in q̄ .s. passus est dñs: sed lux in modū crucis splēdidior sole. Per h̄ autē signū cruc̄ intelligi possunt etiā alia signa ⁊ instrumēta sue passionis ⁊ mort̄ vt claui/ lancea/ corona/ ⁊ flagella: q̄ q̄si vexilla triūphi ⁊ victorie in iudiciū deferent̄. Quidā aūt per h̄ itelligūt cicatrices seu stigmata ⁊ testimoniū passiōis i carne iesu vt impleat̄ illud Zacha. Uidebunt in quem transfixerunt. vñ Hie. Signū autē hic crucis intelligamus: vt iudei videant in quē cōpunxerunt: aut vexillū si dei victoris triūphātis. ſm Chry. Quemadmodum ingrediente rege in ciuitatem exercitus antecedit qui signa atq̄ vexilla regalia preferens annunciat regis introitum. Ita domino descendente de celis precedet exercitus angelorum et archangelorum/ qui signū crucis

mat.xxiiij

Cruc̄ apparitio.

Zach.xij.

vt triūphale vexillum ꝓferentes diuinum regis celestis ingressū terris tremētibꝰ nūciabunt. [Et tūc] .s.cū triū phale vexillū videbūt [plangēt se] incōsolabilit͛ /sero ac cusante ꝯsciētia [oēs tribꝰ terre] .i.aliq̄ de oībus tribu: bus:⁊ nationibꝰ.s.mali vel oēs tribꝰ terre.i.oēs homīes terreni ⁊ iniqui:q̄ terrena dilexerūt:⁊ ea deo ꝓposuerūt: q̄ cū terrena volūtate decesserūt/quibꝰ grauis et trista: bilis erit aduētus iudicis quē terrenis postposuerunt. Et recte dicit tribꝰ terre:q͛ (vt dicit hiero.) hi plangēt qui municipatū nō hn̄t in celis:sed scripti sunt in terra. vbi Chry. Plangent iudei: plangent gentiles:plāgent christiani q̄ magis dilexerūt mūdū q̄ xp̄m. Non sic tri bus dn̄i. Illuc em̄ ascēderūt tribꝰ tribꝰ dn̄i:ad ꝯfitendū

Planctꝰ terrena a: mātium.

noī dn̄i. Plangent autē se.i.suā culpā quā cōmiserunt: suā stultitiā quā nō correxerūt.suā gloriā quā amiserūt suā penā quā incurrerunt. Et iterū [Nūc plangent se oēs tribꝰ terre] q̄ magis dilexerunt mūdū q̄ xp̄m cū au dierit eū hec v͛ba dicentē ad se. Ego ꝓpt͛ vos hō factꝰ sum:ꝓpter vos alligatꝰ:⁊ delusus:⁊ cesus:⁊ crucifixus: vbi est tantarū iniuriarū mearū fructꝰ? Ecce premium sanguinis mei quē dedi ꝓ redemptiōe aīarū vestrarū vbi est s͛uitꝰ vr̄a quā mihi ꝓ precio sanguinis mei debe: tis. Ego sup gloriā meā vos habui cū essem deus appa rens hō:⁊ viliorē me oībꝰ rebꝰ vestris fecistis. Nā oēm rem vilissimam terre ampliꝰ dilexistis q̄ iustitiā meam: et fidem. [Nunc plangent se oēs tribꝰ terre] q͛ nec resi: stendi v͛tus est cōtra eū/nec fugiendi facultas ante faciē eiꝰ/nec penitēdi locꝰ:ex angustia em̄ oīm rerū nihil eis remanet preter luctꝰ. Merito plāgent se:q͛ tūc neq̄ pe: cunie diuitibꝰ ꝓsunt ad elemosynā faciendā:neq̄ paren tes iusti ꝓ filijs intercedēt: neq̄ ipsi angeli ꝓ hoībꝰ:si: cut solebāt facere v͛bū:q͛ nō recipit natura iudicij mise ricordiā:sicut nec tēpus misericordie iudiciū dicente ꝓ

Ps. c.

pheta. Misericordiā et iudiciū cātabo tibi dn̄e:miseri: cordiā in priori aduētu:iudiciū in sc̄do.hec chrys.vn̄ ⁊ effrē. Vtiq̄ si scirem̄ q̄d imineat vel incūbat o fratres iugit͛ plangeremus deū obsecrātes. Si em̄ oīs creatura ꝯtremiscet:et ipsa agmina sanctorum angelorū expaue: scēt in aduētu eiꝰ:q̄d tūc dicemꝰ si hoc paruo tp̄e negli:

Bn̄ficiorū dei exprobratio.

et cōpassionis sue peccata nostra sint. Magnā habemus
materiā flendi et causam lugendi si intime cogitemus q2
sumus occasio necis vnigeniti filij dei rei lese maiestatis
eius. Consideremus quanta tunc amaritudine repletus
erat angelorum dulcedo: q̄tum etiam aggrauabat eum
non tantum pene illatio et nostra ingratitudo: sed etiam
assistentis matris afflictio/ quā sic diligebat: et q̄si defi
cere pre compassionis dolore videbat. Iam ergo trans
figant cordis nostri intima eius cōuicia/ flagella et vul
nera: nec in nobis sit qḋ nō p̄fundat ex cōpassione: et nō

affligatur dolore immēso. Tertio cōsiderem⁹ quis/q̄ et pro quibus passus est/et multum mirari debem⁹. Quis sc3 dei filius deus verus summe potens/sapiens/et bonus. Sed que peregrinationē/fugā/famē/sitim/frig⁹/calorē/tēpestates/horrores/psecutiones/obseruationes/vincula/flagella/illusiones/et dolores. Cōsputitur glia: contēnitur iustitia: iudex iudicat: inoffensus inculpat: innocēs infamat: deus blasphemat: xp̄s conculcat: vita occidit: sol obscurat: luna denigrat: sydera dispergunt. Sed pro quibus hec patitur? pro sceleratissimis inimicis: p nequissimis mancipijs: p cōtēptorib⁹ diuine maiestatis/et pro ingratis diuine pietati. Ergo talis et tātus talia et tanta pro tam vilissimis et abiectis passus ē. Sed a quibus? a specialiter dilectis quibus omnem benignitatē ostendit: et a vilissimis: a stultissimis: ab ipsis. maxim⁹/sapiētissim⁹/summe pius: et a sanie fetidissima splēdor etern⁹. Et in his oibus in diuie pietatis ammirationē eleuemur. Quarto cōsiderem⁹ eā ad exultandū. Exultare in ea debem⁹ de redemptione humana: restauratione angelica: et clementia diuina. De redēptiōe humana sine dubio nimis gaudere debemus facta p christi passionē et mortē. Quis queso non exultet et gaudeat cū cernat se p hāc redēptū a damnatione eterna: a culpe ignominia: a potestate dyabolica. Exultemus etiam q per christi passionem restaurata est angelica ruina. Magna preciositas d3 esse nobis cū videm⁹ per xp̄i mortem tā nobile collegium reparari de nobis vt fiat vnū ouile et vnus pastor/et simus vnū de vno. Precipue aūt exultare debemus cernentes i predictis omnibus summam dn̄i nostri clemētiā. Ubi queso magis apparet benignissima dn̄i nostri clementia q̄ i passiōe sua? vbi tā turpia et grauia sustinere voluit p inimico suo liberādo et glorificādo qui puniend⁹ erat quadā morte eterna. Quito cōsiderem⁹ beatissimā christi passionē ad cordiū nostrorū resolutionem in xp̄m: hoc est p perfectam transformationē in ipm: qḋ fit qn̄ non solum imitat/cōpatit/admirat et exultat: sed etiā totus hō quodāmō conuertitur i ipm sc3 dn̄m iesum christum crucifixum: vt iam quasi vbiq3 et semp sibi crucifixus occurrat: imo tūc vere i ipsum resoluit qn̄ ex se exiens homo et suprapositus vniuerso: imo totus supra se totū abstractus ab oibus totus est cōuersus in dominū suū passum: vt nō videat sentiatq3 itra seipsum nisi christum crucifixū illusum: exprobratū et passum pro nobis. Sexto consideremus illā beatissimā passionē ad quietē dulcoris: quod fit cū iam resolut⁹ vt dixi sitibundus eandē passionē ruminare non cessat: intrans fm posse i illum passionis thesaurum humiliter et deuote: et liqsit amore deuoto et feruida deuotione/deficit a se et quiescit in christo crucifixo. Sed quanto plus deficit a se amore et deuotione/tanto plus eidem dilecto p se mortuo inheret: et plus requiescit i ipso. Et sic mutuo se auget adhesio et amoris deuotio donec tot⁹ deficiens absorbeatur ab illo camino amoris passiōis dilecti. Sicut in amplexibus sponsi sponsa quiescit que clamat et dicit. Adiuro vos filie syon ne euigilare faciatis dilectā

Canti.ij. donec ipsa velit. Sic circa passionē dn̄i debet esse imitatio ad purgationem et directionem: cōpassio ad vnionē et amorē: ammiratio ad mentis eleuationem: gaudium et exultatio ad cordis dilatationē: resolutio ad perfectā cōformationē: quies et pausatio ad deuotionis consummationem. Docet aūt passio christi tria. s. q̄ odiosa sint

Tria q̄ passio docet. de vitia: q̄ lachrimosa iferni supplicia: q̄ gratiosa celi gaudia. Christus enim passus est pro culpis delēdis: p supplicijs nobis auferendis: et pro gaudijs celi conferendis. Hec in quadā generalitate sunt dicta: sed videam⁹ diligenter singula. Nō eni nos decet tedere illa cogitare que xp̄m dn̄m non teduit tolerare. Et prout dr̄ non solū semel p oib⁹ hec tolerare: sed etiam iterato pro peccatoribus singulis si necesse esset omnia sustinere deliberauit et paratus fuit. O deus me⁹ misericordia mea. Quid

Carpi visio. est hoc? Quis ad tantam pietatem non obstupescit? Un̄ sanctus vir carpus dicebat se aliqn̄ contristatum a q̄dā infidelium/q̄ quendā bonū ab ecclesia seduxerat. Cūq3 staret in diuino colloquio indignatus non esse iustum dicens: si viuerent impij subuertētes rectas vias domini: petijt a deo igne celesti vtrūq3 imisericorditer consumi. Et vidit subito in visione iesum humaniformiter in dorso celi angelis ipsi astantibus dicentē sibi. Carpe carpe paratus sum p hoīb⁹ resaluandis iterum pati. Oratio.

Dulcissime dn̄e iesu infunde obsecro multitudinē charitatis tue mihi peccatori/vt nihil terrenū vel carnale desiderem: sed te solum super oia diligā: vt penitus rēnuat cōsolari aīa mea nisi in te deo meo dulcissimo. Scribe digito tuo in tabulis cordis mei eorum que pro me pertulisti memoriam vt ea semp pre oculis habeā: et dulcescat mihi nō solū il la cogitare: sed etiam si necesse sit pro meo modulo tolerare: et non solum tibi ex omnibus virib⁹ obsequi: s3 etiā propter te contumelijs affici/aut certe morte turpissima condemnari. Amen.

De primo completorio. Capitulum.lix.

Resume igitur a principio passionis meditationes istas et psequere p ordinem vsq3 ad finem: et attēde ad singula ac si psens esses. Conspice itaq3 dn̄m iesum attente cū a cena exiens hora cōpletorij in hortū cū discipulis suis vadit: vltimo nunc ab eis associandus itinere quō affectuose socialiter ac familiariter eis loquitur et eos ad orationē hortatur/et cum intrasset in hortū cū discipulis suis dixit. Sedete hic. i. expectate: non moueamini: sicut nec loco ita nec mente donec vadā illuc et orem/et vos etiā orate ne intretis in tentationē p consensum. ne. s. succūbatis tētationi vt ait Hiero. separantur in oratione qui separantur in passione. et Chry. Consuetudo eni erat sine eis orare: hoc autē faciebat erudiens nos in orationib⁹ quietē constituere nobisipsis: et solitudinem multā q̄rere. Un̄ et Cyril. Semotim orat vt discas q animo attento et corde qeto colloquendū est cū deo sublimi: hec autē dixit octo apostolis: qr iudas ibi nō erat et tres secū duxit. s. petrum/iacobū/et iohānē. Per hoc q xp̄s volēs orare assūpsit petrū iacobū/et iohannē/docet nos q ois volens deuote orare debet habere tres comites. s. fidei firmitatē designatā in petro q̄ iterpretatur agnoscens: et temporaliū abdicationē eā sub pedibus per cōtemptū ponēdo: et nihil de temporalibus dū orat cogitando: hoc designat in iacobo qui dr̄ supplātator: ac ponere se in statu gratie et habere gratie feruorē: que designat in iohanne qui interpretatur in quo est gratia. Assumpto igit petro et duob⁹ filijs zebedei/specialiter tanq̄ de suis secretarijs et magis familiaribus: vt quibus in transfiguratione ostēderat gloriā sue maiestatis/eisdē reuelaret etiam tristiciam sue passionis: et qui viderant gloriosa/viderent et humilia cepit/ille cuius sunt oia: et in quo aduersarius nihil habebat: q̄ pctm̄ nō fecerat morte sibi imminente cōtristari et pauere. quid ergō nos oportet facere? vn̄ Hiero. In hoc pauere et tristari docemur ante iudicium mortis qui non possum⁹ p nos dicere nisi p illū venit pnceps mundi huius: et in me nō habet quicq̄. Hec aūt tristicia dn̄i maxima fuit: qr tūc ait illis. tristis est anima mea vsq3 ad mortē. Usualiter dictū ē. i. multū tristis est anima mea: qr tristicia tn̄ intensā erat q̄tum esse poterat: vl' tristis est vsq3 ad timorē mortis/et pro timore mortis: quia mortem naturaliter timebat/vel vsq3 pōt esse exclusiuū tristabat enim donec se et suos morte liberaret: mors dp pe corporis absolutio est doloris in christo et suis: vl' potest esse inclusiuū. s. donec post mortē suā rediret apostoli ad ei⁹ fidē. Un̄ Ansel. Dato aūt charitatis et patientie salutari mandato/et disposito fratrib⁹ regno pris tui ad locū proditori tuo notū cum illis diuertisti sciens oia q̄ ventura erant super te. Ibi aīe tue tristiciam quā ex imminēte passiōne spōte assumpsisti sicut et cetera q̄ passus es in auribus fratrū pfiteri non erubuisti dicens. tristis est aīa mea vsq3 ad mortē. Et iterū pcedit ipse ad mōtē oliueti: tu eum sequere. Et licet assumpto petro et duobus filijs zebedei ad secreta secesserit: vel a longe intuere quomodo in se nostram transtulerit necessitatē. Uide quō ille cui⁹ sunt oia pauere cepit et tedere/tristis est inquiens aīa mea vsq3 ad mortem. Unde hoc deus meus. Ita compateris mihi exhibēs hominē: vt quodāmodo videaris nescire q deus es. hec Ansel. Assumpsit autem christus istum pauorē et tristitiā propter plura. Primo fm Hiero. vt veritatē assumpti hominis probaret. Naturale ei est hoi timere mortē. Ex hac naturali tristicia

mat.xxvi. mar.xiiij. Luc.xxij. et io.xviij.

Orans d3 secū hr̄e tres comites.

Pauor et tristicia domini.

vere contristatus est dominus. Sed sciendum φ q̄dam est tristicia ꝛ quidā timor ratione͂ submerge͂s / et hoie͂m ꝯte͂pto dei precepto in peccatū duce͂s: sicut petrꝰ timore negauit christum: de huiusmodi loquuntur expositores qn̄ dicunt xp̄m nō timuisse: q̄ppe q̄ ad hoc venerat vt pateret / et petrū temeritatis arguerat cū eum vellet auertere a passione dice͂s. Absit a te dn̄e nō erit tibi hoc. Est et alius timor moderatus qui naturaliter inest omni hoi ꝛ est sine peccato sicut et fames / et sitis / et tales passiones fuerunt in christo. Vn̄ ipse naturaliter horruit mortem ꝛ penas acerbissimas quas presciuit se passurū de proximo. Aliter tamen huiusmodi passiones fuerūt in christo q̄ꝫ in nobis. In nobis eni plerūqꝫ huiusmodi passiones ꝓueniūt iudiciū rationis / et iperiū voluntatis. In xp̄o aūt semp sequebant̄ ratione͂ et voluntate͂: vn̄ volens esuriuit et sitiuit: vole͂s timuit et cōtristatus est. Nihil enim coactum in christo consideratur: sed oi͂a voluntaria creduntur. Ista ergo tristicia ita fuit naturalis φ tn̄ fuit voluntaria et rationalis. Et ideo signanter dicūt hic euangeliste φ cepit contristari / et φ cepit pauere: non dicunt fuit contristatus vel pauefactꝰ: qꝛ ipse motꝰ tristicie non ei dominatus est: sed ipse statim eū assumpsit / et voluntati diuine subiecit. Aliud est eni contristari: et aliud incipere contristari. Vn̄ cōtristat eū ꝓpassio: sꝫ passio nō dominat̄ eius aio. Propassio eni dicit inceptionem: sꝫ passio cōtinuatione͂. Qꝛ ergo timor et tristicia incepert surgere in parte sensitiua: sed nondū ꝓuenerūt ad eius animū siue mente͂: ideo dixit. tristis e͂ aia mea vsqꝫ ad mortem vbi aia sumitur ꝓ parte sensitiua in qua sunt passiones / non aūt in ratione sicut etiā alibi dixerat nunc aia mea turbata est. Poterat quide͂ christus natura nō mori: sicut adā potuit nō mori ante pctm̄: in eo eni nullū culpe debitū: nullius peccati fuit vestigiū. Sed sicut verā humanitate͂: ita et humanas infirmitates nostras assumpsit que a deo nō separant velut ecōtra ignorātia: impotentia: concupiscentia: et huiusmodi faciunt. Et nota φ cōpassio turbās pōt in aia triplr̄ accedere: aut preter imperiū et iudiciū rationis: vt motus subitꝰ q̄ appellatur ꝓpassio: aut cōtra imperiū ꝛ iudiciū rationis / vt motus progressiuꝰ vsqꝫ ad ꝑturbationem ratiōis: vl̄ a sua rectitudine vt in malis: vel a sua tranq̄llitate vt in bonis imperfectis: aut ꝯm imperiū et iudiciū rationis: vt motus a ratione imperatus ꝛ ordinatꝰ: vt turbatio penite͂tis et ꝓpatie͂tis. Primo mō passiōes sunt in oibꝰ puris hoibꝰ etiam ꝑfectis. Secundo mō in imꝑfectis solum. Tertio mō in xp̄o: qꝛ in eo totaliter subdita erat sensualitas rationi / et ratio inferior superiori / et superior deo: nec tn̄ vna potentia impediebat aliā in opere suo naturali. Cōtristabat̄ etiā xp̄s ꝯm Hiero. non solū timore immine͂tis mortis quā ipsa natura abhorret et recusat: sed et ꝓpter infelicitate͂ iude / et scādalū discipulorū / et delectionem iudeorū / et euersionem hierusale͂ misertus his et cōpassus. Et possumus etiā addere φ ideo tristabatur: qꝛ presciuit φ tā acerbe passiōis sue flagella ꝛ vulnera et mors amarissima in multis adhuc hodie miseris et obstinatis peccatoribꝰ frustrari debere͂t. Secūdo assumpsit pauore͂ et tristiciā ꝓ nobis me͂bris suis / vt ipse nostras tristicias i se vinceret / sicut et morte͂ nostrā sua morte destruxit: et sicut suscepit tentatione͂ et passione͂ vt nos a tentatione et passione liberaret. Tertio quoqꝫ hmōi pauorem ꝛ tristiciā assumpsit nobis in exemplū et doctrinā moralē vt sequit̄: ex hoc eni articulo q̄ est pauoris et tristicie assumptio pl'a habemꝰ docume͂ta. Primū est vt nos exemplo xp̄i discamꝰ timores ꝛ tristicias ac passiōes al'as in nobis insurge͂tes freno rationis cohibere / ne vsqꝫ ad animā pertingāt: sed in inferiori parte aie sub volūtatis imperio cōstringant̄ vt dictū est de xp̄o. Secūdū est vt eiꝰ exe͂plo discamꝰ nos desperare nō debere: si aliqn̄ nobis surripiat tristicia / timor / vel pusillanimitas in obsequia et opere diuino. Vn̄ Aug. Moriturus tristatus est xp̄s vt doceret martyres suos nō debere desperare si in hora passionis surripiat tristicia quā tn̄ vincāt. Tertiū est vt nos discamus ꝯtristari ꝓ proximis ꝛ necessitatibꝰ eoꝝ: sicut xp̄s tristatꝰ fuit nō pro se: sed ꝓ alijs vt dictum est ꝯm vnū intellectū. Quartū documentū est vt exe͂plo xp̄i discamus tristicias et turbatiōes nr̄as ad deū cum oratione referre / sicut fecit et ipse. Nā statim vt dixerat tristis est aia mea iuit ad orandū. Quintū documentū est φ nos orare volentes deuote debemꝰ secedere ab hominibꝰ ad alique͂ locū secretū / sicut fecit xp̄s dās nobis exemplū. Sextum est φ oe͂s tristicias / tribulationes / penas / aduersitates / et infirmitates nr̄as etiā si petamus ab eis liberari sicut xp̄s fecit / semp post oratione͂ cōmittamus voluntati diuine: ac per hoc eas quasi in cor xp̄i reponamus: orāte͂s vt ipse eas in vnione sue passiōis perficiat / et offerat eas deo patri ad laudem et gloriā suam. Et ex hoc nostre tribulationes et passiones multū nobilitant̄. Nā sicut passio xp̄i in celo ꝛ in terra infinitū attulit fructū: sic pene ꝛ q̄cūqꝫ tribulationes nostre hoc mō xp̄o cōmisse in vnione passionis sue tā fructifere erūt vt angelis in celo gloriā: iustis in terris meritū: peccatoribus veniā: purgandis aiabꝰ conferāt releuame͂. In recogitādo istū articulū studeat hō semetipsum contristare cū gemitibꝰ cōpatiendo xp̄o de sua tristicia ꝓpt̄ nos assumpta: et si in aliq̄ turbatiōe vel aduersitate sit / vniat illā cuꝫ tristicia et aduersitatibꝰ xp̄i: vt ex vnione ipsarū dulcescāt: et ideo i summa patientia redoleant. O dn̄e iesu xp̄e qui tristari pro me misero voluisti: da mihi omnes tristicias meas ad te iugiter sufferre: tuqꝫ eas in vnione tue tristicie mecū digneris sufferre. Deinde dn̄s Jesus volens se etiā sequestrare a tribus aplīs secū assumptis dixit eis. Sustinete hic expectando ꝛ vigilate mecū nō cū dyabolo vel cū mūdo tanq̄ꝫ amici speciales pre ceteris qui debent in angustijs assistere amicis. Sustinete pondus te͂tationis / vigilāte͂s a somno ifidelitatis / ꝛ torpore mentis / ne ingrauāte dyabolo obrepat vobis. Ceteris quidem iussi sedere ibi quasi inferiores ab agone isto seruans eos securos: vos aute͂ quasi firmiores vsqꝫ huc adduxi / vt collaboretis mecū i vigilijs ꝛ orōnibꝰ: sꝫ nolo vos ꝓgredi vlteriꝰ: nondū eni potestis. Propter hoc manete hic vigilāte͂s sicut et ego vigilo: et vnusq̄sqꝫ i gradu sue vocatiōis cōsistat: qꝛ et ois gra q̄ꝫuis magna fuerit superiore͂ habet. Et ꝓgressus est ab eis pusillum. s. quātū iactꝰ est lapidis et positis genibus procidit in facie͂ suā super terrā: vt humilitate͂ mentis ostenderet habitu corporis / et orabat corde dice͂s ore. Abba pater si possibile est salua cōgrue͂tia redemptionis humane: ꝛ si morit̄ mors me ꝯm carne͂ nō moriente transfer calice͂ hunc. i. experime͂tū passionis a me. Quasi diceret. Si possibile est sine morte mea te͂porali saluari genꝰ humanū: transfer calice͂ amare passionis a me. Per oratione͂ offerebat spm̄ deo patri: q̄ quide͂ oratio ex pluribꝰ ostendit̄ perfecta. Primo qꝛ solitaria erat: est eni oratio eleuatio me͂tis in deū qd̄ melius fit qn̄ hō est sequestratus ab alijs. Secūdo qꝛ humilis / cū in faciem suā procidit. Tertio qꝛ deuota: cū ad deū patre͂ recurrit. Quarto qꝛ recta cum voluntatem suam voluntati diuine submittit. Quinto qꝛ charitatiua: cū iterum dulciter discipulos visitauit. Qꝛ dicit abba pater vtriusqꝫ populi patre͂ ꝛ saluatore͂ esse innuit et ostendit. Ide͂ eni significat abba qd̄ pater: sed abba est hebreū / pater vero grecū et latinum. Ergo vtroqꝫ primus ipse inuocat vt vtrūqꝫ populum i eū crediturū / et ab vtroqꝫ eū inuocādū ee͂ doceat: qꝛ non est distinctio iudei ꝛ greci. Quia aūt dicit si possibile e͂ ad potentiā dei pariter et iusticiā refert. Nam quantum ad iusticiam eius qui nō solū pote͂s est / sed etiā iustꝰ: nō sunt passibilia nisi ea que iusta sunt. Unde et verꝰ homo horrebat morte͂ / ꝛ voluntatem sensualitatis vellet non mori si de iusticia posset fieri. Habebat aute͂ iusticia patris vt xp̄us pateretur / et a constitutione mundi hoc nostre salutis sacramentum erat ab eo preostensum. Angustia ergo mortis ꝛ tolerātia passionis non placebat xp̄o per se / et tanq̄ꝫ finis qui per se appetitur: ideo simplicit̄ loquendo pati nolebat: sed propter obedientiā patris ꝛ salutem humani generis passione͂ et morte͂ volūtarie sustinebat: sicut infirmus voluntarie recipit potione͂ amaram: non ꝓpter potionem: sed propter sanitatem consequendam. Hec voluntas non moriendi gloriosos martyres facit. Non eni vult sensus carnis nisi qd̄ delectat: si aūt delectaret eos mori nō inde viderent̄ mereri. Sed qꝛ hanc voluntate͂ non moriendi deo subijciūt et qd̄ naturaliter fugiūt ꝓpter deū volūt / ideo merent̄: vn̄ ꝛ xp̄s subdit dicens Uerūtamen non quod ego volo humano affectu sed qd̄ tu. Quod enim ex humana infirmitate trepidanter renuerat reuertens i seipsum per obedie͂tiam ꝛ fortitudine͂ mentis confirmat. Non iuqt hoc fiat

Mat. xvj.

Passiōes nō vitiose q̄ nos ꝓueniunt seq̄bant̄ xp̄m

Joh. xij. Nō mori natura poterat xp̄s.

Passio turbās accidit triplr̄ in aia.

Documēta ex pauore xp̄i.

Cōtristemur cum xp̄o.

Perfectio orōnis xp̄i.

Possibilia apud deum.

quod humano affectu loquor:sed ad qđ missus sum:et ꝓpter quod ad terras tua voluntate descēdi. vñ alibi. Nō veni facere voluntatē meam:scilicet quam temporaliter sumpsi ex virgine:sed voluntatē eius qui me misit:quam videlicet cōmunē habui etern⁹ cū patre: et quā semper approbo anime ratione. Non meā nō propriā: non meā non filij hoīs:nō meā que resistat deo. Et vtiqꝫ volūtas christi non erat cōtraria volūtati patris:sed qui venerat obedientiam docere non inueniretur obediens si ppriā faceret voluntatē. Quanto ergo magis nos nō iudicabimur obedientes si facimus proprias volūtates. vñ aug. Fili⁹ vnicus dicit nō quero voluntatē meā/ et homines volunt facere voluntatē suā. Ille tantū se humiliat qui est equalis patri:et tantum se extollit qui in imo iacet:et nisi man⁹ ei porrigaẗ nō surgit. Et iterū. Transfigurat in se suos/et q nihil aliud vult ꝗ̄ pater docet eos ꝓuatā voluntatē corrigere et dirigere iuxta diuinā. vñ et Hie. Usqꝫ in finē non cessat docere nos patrib⁹ obedire/ꝛ voluntatē eorum voluntati nostre preponere. Ostēdit itaqꝫ (ꝭm Bedā) dñs iesus/vt cū mors vel aliđ qđ fieri nolumus imminet sic per īfirmitatē petam⁹ vt nō fiat/quatenus per fortitudinē parati sim⁹ vt voluntas conditoris nostri etiā cōtra nostram voluntatē fiat. Nā sicut multū confidere nō debem⁹ne nostrā virtutē videamur profiteri:sic multū pusillanimiter agere et diffidere nō debemus ne dei adiutoris nostri impotentiā videamur pronūciare. Et iterū. Multi adhuc infirmi cōtristanẗ futura morte:sed si habeant rectū cor vitent mortē quantum possunt:sed si nō possunt dicant qđ dñs dixit [pater si fieri potest transeat a me calix iste] ecce habes voluntatem humanā vide iam rectū cor [sed non quod ego volo: sed quod tu] Hec Beda [Et rediēs] de loco ī quo orauerat [ad] tres [discipulos suos] .s.petrū/ iacobū/ꝛ iohānem [inuenit eos dormientes] iam vicina tentatione incipiebant oculi eorū languescere: qꝛ dormitio erat quasi prefiguratio negatiōis et fuge. Unde Beda. Somnus corporis ꝑfiguratio erat ꝙ in ꝑmo grauādi erāt somno infidelitatis. Et petro yronice dicit sic [Simō dormis] quasi diceret. Sic erat faciendū / vel sic imples qđ ꝓmiseras [Non potuisti vna hora vigilare mecū] quasi diceret. Qui vna hora non potuisti vigilare mecū quomodo mortē spernes tu qui spondes mori mecū? Non ostēdis tantū feruorē facto quātum verbo. In hoc apparet tua infirmitas.per hoc ꝙ dicit vna hora ostēdit ꝙ breuis est molestia tentationis respectu remunerationis. Ut erga dicit Tullius. Omnia que breuia sunt tolerabilia debēt esse/etiam si magna sint. Quāuis autem omēs dormirēt petrum tamē poti⁹ increpabat:qꝛ enī pre ceteris fuerat gloriatus:ideo pre ceteris erat increpādus. Item quia inter eos pricipalis erat:iō in ipso alios reprehendebat. Itē qꝛ in eodē defectu plat⁹ magis est icrepādus ꝗ̄ alij ceteris paribus. Qui etiā iam infirmitate depressus non petrus vel cephas:sed antiquo noīe simon a dño hic vocaẗ [Uigilate] attente oculis mentis et corporis [et orate] deuote verbis/cordis/et oris [vt nō intretis in tentationē] negādi me et recedendi a me:nō dicit ne tētemini quia impossibile est hominē nō tentari:sed [ne intretis ī tentationem] et incidatis in eius profundum.i. ne tentatio vos supet et includat ꝑ consensum vel opus:tentationis enī initium est suggestio mali: medium consensus in delectationem vel opus:consummatio est opus ipsum. Ad euitandū autem tentationem:ꝛ ad resistendum eidē recurrendum est ad orationem. Oratio enim est eleuatio mentis in deum:quāto autē mens in deum eleuatur tanto facilius tentatio ab ea separatur. Et sicut fur audito clamore fugit ꝛ vicini veniunt ad succursum:ita clamor orationis dyabolū fugat/et sanctos ad succurrendū excitat. Unde Isidor⁹. Hoc est remediū eius qui vitiorū tentamentis estuat: vt quotiens quolibet vitio tangitur totiens orationes fundat:quia frequēs oratio impugnationē vitiorū extinguit. Et sicut seruus qui sentit furē in domo et nō clamat fauet furi:et proditor est domini sui: sic qui scit tentationē esse in corde videtur christū prodere et dyabolo cōsentire/nisi statim per orationem exclamet. Et ideo quia dyabolus semper tentat semper debemus orare et nunqꝫ deficere. Sed oratio debet ordinari non ad hoc vt non tentemur:sed ad hoc ꝙ non intremus in tentationem. Multū aūt valet ad expulsionem tentationis cogitatio/ et timor eterne mortis. vnde Aug. Timor de futura morte mētē concutit/et quasi cōclauatos oēs corporis motus sub hic ligno crucis affigit [Spūs quidē] de se et natura sua [prōptus est] in me et in vobis ad cōfitendū [caro autē infirma] i vobis/nō autem ī me ad tolerandū:qꝛ caro corrupta semp deprimit et aliquādo vincit spiritū:ꝛ iō est orandū. Nam quasi promptum habuisti spiritū in promittendo mori etiā ꝓ me:sed nūc patet carnis infirmitas ad sustinendū imminentem tentationem:qꝛ ipsa dormitio corporalis iudiciū est:et quasi prenūcia vestre infirmitatis:nōdum enim virtute ex alto induti estis. vbi Hiero. Hoc autē aduersus temerarios dictū est qui quicquid crediderit putāt se ꝯsequi posse. Itaqꝫ quantū de ardore mētis cōfidim⁹ tantū de fragilitate carnis timeam⁹. hec Hiero. Tu dñe q mandasti ꝙ vigilem⁹ et orem⁹ da nobis gratiā ad hoc faciendū:qꝛ licet spūs promptissim⁹ sit/caro tñ infirma est/ꝛ tota pigra ꝛ tota somnolēta:nec pōt sustinere vt vix per vnā horā perfecte tecum vigilet ꝛ tecū oret ne cadat in tentationem. Deinde [iterū secūdo abijt ꝛ orauit di. Pater mi: si non potest hic calix transire nisi bibā illū/fiat volūtas tua] Ostendit hic vt ait Chry. Qm valde cōcordat volūtati dei/et qm vbiqꝫ hāc sequi oportet/ et hāc inquirere. Uellet quidē transire calicē:qꝛ hō est sed pficit dispēsationē:qꝛ patri obediēs est. vñ et Leo papa. Hec vox capitis salus est toti⁹ corporis:hec vox oēs fideles instruxit.oēs ꝯfessores accendit: oēs martyres coronauit. Nā quis mūdi odia:quis tētationū turbines: quis posset ꝑsecutorū superare terrores:nisi xp̄s in oībus et pro omnibus patri diceret fiat volūtas tua? Discāt igiẗ hanc vocem omnes ecclesie filij: vt cum aduersitas violentie alicuius tētationis incūbit / superato tremore formidinis accipiāt tolerantiā passionis [Et reuersus denuo inuenit eos dormiētes pre tristicia:erant enī oculi eorū grauati] et depressi:interiores quidē languore terroris et tristitie/exteriores vero vigiliarū longitudine:nam tristicie magnitudine somnū non poterant vincere: timentes tū pro capite:tū ꝓ se:sed sicut dormiebāt mēte:ita et corpore:qꝛ ex torpore anime quādoqꝫ ꝓuenit somn⁹ nature [ꝛ ait illis. Quid dormitis] scilicet in tantis cōstituti piculis cū sit tempus vigilādi ꝓpter instantiā grauissime tentationis vobis imīnētis [Surgite] a torpore mentis [vigilate] animi vigilātia [et orate ne intretis in tētationem] scilicet per consensum.i.ne tentatio vos superet et itra suos classes teneat [Et abijt iterum et orauit tertio dicens eundē sermonē] orationis:scilicet [pater mi] ꝛc. Tertio christ⁹ idem orauit/vt orationis frequētiā ostenderet/et nobis spei lōganimitatē exhiberet. Iterat orationē ostendēs ꝙ oratio debet esse continua. Siliter iterat visitationē discipulorū suorꝫ:qꝛ opera charitatis debent orationi esse cōiuncta. Et sic prelatū instruit et sibi et gregi intēdere:ꝛ nunc cōtemplatiuā:nunc actiuā vitā exercere. Huic nobis obstat qđ diciẗ i ecclesiastico. Nō iteres verbū in oratione tua:qꝛ illa auctoritas sic intelligēda est:nō iteres.i.ita sis diligēs in proferendo integre et deuote verba orationis tue vt postea ꝓpter omissionem vel negligentiā nō oporteat iterare:sed tamē iterare propter deuotionē vel instantiā bonum est. Sic et eundē sermonē in predicādo diuersis bonū est quādoqꝫ iterare. Cum autē oraret et anxiareẗ domin⁹ iesus [ecce angelus] princeps michael astitit confortās in eo motū sensualitatis ꝭm quā minoratus est paulominus ab angelis:illum scilicet motū qui exhorrebat mortem. Statī postꝗ̄ christus se volūtati patris submisit angelus eum confortauit. In quo innuitur ꝙ licet quādoqꝫ nō fiat qđ petitur:quia forte non expedit semper:tamē oranti mētalis ꝯsolatio cōfertur. Et ꝭm Theo. vt nobis innotesceret orationis virtus quaten⁹ eā in aduersis preponam⁹ orās dñs ab angelo ꝯfortaẗ. Et humilis dñs reuerēter ꝛ humiliter suscipit hāc cōfortationē etiam a sua creatura:cōsiderās se esse minoratū paulomin⁹ ab angelis dū est in hac lachrymarū valle:et sicut cōtristabaẗ vt hō/sic ex verbis angeli fuit ꝯfortat⁹ vt homo. Nec putandū ꝙ hic angelus vel alius fuerit in ei⁹ custodiā deputatus:qꝛ hoc nō decuit ꝛ xp̄s nō idiguit.ꝭm Bedā. Alibi ꝙ angeli ei ministrauerint:hic ꝙ angelus cū cōfortauerit diciẗ vt vtraqꝫ natura designetur. Nam diuine nature angeli ministrāt:humanā vero cōfortāt [Apparuit autē ei an-

Job.vj. — Volūtas christi. — Petendi a deo forma. — Petri increpandi causa. — Oratiōis virtus. — Timor mortis eterne. — Prōptitudo spiritus petri. — Fiat volūtas vox efficacissima. — Eccl'i.vij — Ps.viij. — Angelum nō habuit deputatū. — Mat.iiij.

Angel⁹ in forma humana.

gelus] visiōe corporali ī assumpto corpore humano / cōsolās eum per modū seruientis: nō propter se ꝛ sui indigentiā: sed magis ꝓpter discipulorū assistentiū consolationē: et ad confirmandū fidem in eis ꝙ christus sit maior angelis ratione deitatis: ac ꝓpter nostrā instructionem: ad ostendendū scꝫ ꝙ angeli assistunt nobis orantibus confortantes nos in oratione / et vt ex suā post tristiciā consolatione sciremus ꝙ tribulatis ꝓ christo nō deest diuina cōsolatio iuxta illud Psalmiste. Scdʒ multitudinem dolorum meorū in corde meo ꝯsolationes tue letificauerunt animā meā. Nam (ꝭm Bedā) creator non indigebat creature subsidio: sed homo fact⁹ sicut nobis et ꝓpter nos est cōtristatus: sic nobis et propter nos est cōfortatus. Sed ꝛ ipse dñs ratione se confortabat dicēs ad patrem. Non sicut ego volo: sed sicut tu. Aiunt autē quidam michael astitisse oranti et dixisse se patri orationis tenorē retulisse: omnesq; procidētes angelos ꝓ hoc ipso orasse et respōdisse patrē: nouit dilectus fili⁹ meus ꝙ humani generis redēptio quā sicut optamus sine sui sanguinis effusione decenter fieri nō potest. Angel⁹ autē post hec confortauit eū / vel de sui presentia sicut amic⁹ de sua presentia cōfortat amicū. Unde confortauit .i. ad modū confortantis se habuit: scilicet ei assistēdo: vel forte aliqua verba cōsolatoria dicēdo: qꝛ scilicet hic vincet lucifer sicut victus est i celo: vel qꝛ magnanimū magna sustinere deceret: vel qꝛ passio cito transiret et ei⁹ fruct⁹ esset ꝑpetu⁹: scilicet redēptio humani generis et restauratio angelice ruine: vel aliqd simile. vel ꝭm quosdā (vt dicit Theo.) ista angelica confortatio fuit xpi glorificatio. dicebat enim angel⁹ glorificans eū. Dñe tua est virt⁹ tu potes contra mortē et infernū gen⁹ liberare humanū et similia. Jesu qui in oratione positus ab angelo cōfortari voluisti: da mihi per virtutem orationis tue vt orāti mihi semper assistat angelus tuus me cōfortans. Hic aia aduerte contra impatientiā nostram: qꝛ dñs iesus pluribus vicibus orauit anteq; a patre acciperet responsionem et confortationē. Sicut autē ter fuerat tēptatus in tribus locis: sic ter orauit. nō in eodē loco: sed in tribus diuersis locis distantib⁹ abinuicē per iactū lapidis. Et (vt dicitur) adhuc in ipsis locis vestigia ecclesiarū sunt que ibi facte fuerūt[Et fact⁹ in agonia prolixi⁹ orabat] ostēdēs ꝛ docēs ꝙ nos in agonia / vel quacūq; necessitate cōstituti debem⁹ ad orationē confugere / ꝛ in magnis periculis ac maiori necessitate magis et instanti⁹ orationi insistere. Agonia ista pōt dici certamē cōtra mortem: vel mortis anxietas: quā quasi presentē preuidebat: ꝛ iō dicitur tunc fuisse in agonia: sicut infirmi in extremis laborātes dicūtur esse i agone. Uel potest dici certamē et reluctatio sensualitatis ac rationis: qꝛ agonizabat ꝛ certabat in eo mirabili pugna: sensualitas naturaliter mortem horrens ꝛ recusans: ac ratio voluntati diuine obtēperans: et ipsam mortem pro salute humana zelās: quia virtute diuina quelibet pars permittebat agere vel pati quod proprium erat sibi. Jam tamen vincebat mortē animo dum etiam mori volebat: quā post vicit actu ipo scilicet resurgēdo. Sed heu colluctatio carnis ad spiritum / siue sensualitatis ad rationē / quosdam hominū facit retroire vel exorbitare: vt illos qui peccāt mortaliter et quosdā lente incedere siue in via morari: vt illos qui peccant venialiter. Unū in huiusmodi pugna prolixius est orādum vt oratio sit recta et voluntas ꝯstans / ac sensualitas recte rationi et ratio diuine voluntati non obsistat: sed obediat et dicam⁹ nō mea / sed tua volūtas fiat: Jn statu mortis districtū iudiciū ꝛ ea que homo nunq; antea recoluit ei veniunt in animū. Jn cui⁹ figura christus appropinquāte morte / fact⁹ est in agonia. vn̄ Greg. Appropinquāte etiam morte nostre mētis in se certamē expressit qui vim quādā terroris ꝛ formidinis patimur cū per solutionē carnis eterno iudicio appropinquam⁹. Nec immerito tunc anima terretur: quoniā post pusillū hoc inuenit quod ineternū mutare nō possit. Si eni cōsideremus ꝙ viam vite presentis nequaq; sine culpa trāsire poterim⁹: ꝛ ꝙ nec hoc ipm sine reatu nostro est ꝙ laudabiliter gessim⁹ / si remota pietate iudicemur / merito in agonia cōstituimur. Et cū dñs prolixi⁹ oraret interī sudor feruentissim⁹ in modū sanguinis erumpens i hac agonia siue certamine vsq; in terrā abūdāter currebat. Ex feruore eni orandi et ex apprehensione imminentis

Ps. xciij.

Confortatio angelicalis.

Or.

Ter orauit: vt ter tentatus fuerat.]

Orādum ꝓlixius.

Morienti subuenientia.

periculi / ac vehementi anxietate sensualitatis que pmittebatur agere et pati qd erat propriū sibi inflammabat cor et corpus / vt apertis poris efflueret sudor rubicundus et sanguineus. Jste sanguis fuit verus et naturalis ꝙtum ad veritatem sue existentie: ꝛ de purissima xpi carne / sed miraculosus et nō naturalis quantū ad modum profluentie: quia (ꝭm Bedā) cōtra naturā est sanguinē sudare. Sic etiam oportet dicere de sanguine et aqua lateris xpi iam mortui / ꝙ fuit verus sanguis et vera aqua: sed miraculose effluxerunt de mortuo corpore. Ad hunc suauissimi sudoris balsamū egrotis proficuū festina ne tardaueris vt inde sanari merearis. vn̄ Ansel. Qui stas accurre / et suauissimas illas guttas lambe / et puluerem pedū illius linge: noli dormire cū petro ne merearis audire sic non potuistis vna hora vigilare mecū. hec Ansel. Surgit igit tertio ab oratione in qua stabat flexis i terrā genib⁹ totus sanguine madefact⁹: quē cōspice tergentem sibi vultū / vel forte etiā in torrēte lauantem: totūq; afflictū reuerenter cerne: ꝛ considera quanta tunc fuerit anime sue angustia: cuius testes sunt gutte sanguinee decurrētes in terrā / et ei intime cōpatere: qꝛ nō sine ingenti acerbitate doloris hoc sibi potuit contingere. Nunq; eni aliquis mortaliū ob mortis horrorē auditur sudorē fudisse sanguineū. Unū patet ei⁹ nunq; similem fuisse dolorē. Jn hoc quidē apparet quāta fuerit amaritudo passionis xpi: cui⁹ sola cogitatio tātū naturā immutauit ꝙ pre angustia sanguinem sudare coegit. Hec pugna eius ꝛ anxietas martyrum certamina et agones significans plurimū ꝯsolat ꝛ ꝯfortat pusillanimes ꝛ infirmos: ꝛ ad amorē icitat tepidos ꝛ ingratos. vn̄ Ansel. Positis quoq; genib⁹ in terra ꝓcidisti in faciē tuā adorans in agonia et dicens. Abba pater mi / si possibile est transeat a me calix iste. Et angustias quidem cordis tui dulcissimi certissime idicabat sudor ille sanguine⁹ q orōnis tēpore de sanctissima carne tua guttatim decurrebat in terrā. Dominator dñe iesu vn̄ aie tue tā vehemēs tristicia: vn̄ tanta sudoris anxietas / ꝛ tā anxia supplicatio. Nōne voluntariū oīno sacrificiū deo patri obtulisti / et nihil inuitus pertulisti: vtiq; dñe. Arbitramur autē ꝙ ꝛ hoc quoq; ad cōsolationē infirmoꝝ mēbroꝝ tuoꝝ assumpsisti ne forte desperet: qs si caro īfirma remurmuret vbi ad passionē prompt⁹ est spiritus. Nimirū et vt maiores erga te amoris et gratitudinis stimulos haberem⁹ naturalē carnis infirmitatē eiuscemodi indiciis in te expressisti: quibus docemur qꝛ vere languores nostros portasti: et nō absq; sensu doloris passionū sentes ꝑcurristi. Uox eni illa vox carnis fuisse videt nō spiritus / eo ꝙ subiūxisti. Spirit⁹ quidē prompt⁹ est: caro aūt infirma. hec Ansel. Uoluit aūt dñs sanguinē sudare plurib⁹ rationib⁹. Prima est (ꝭm Aug.) ad figurādū ꝙ de corpore suo toto qd est ecclesia sanguis effundend⁹ et emanatura erant sanctorū martyria. Secūda ē (ꝭm Bedā) vt ꝑ terrā sanguine irrigatā declararet terrenos hoīes sanguine suo redimendos et mūdandos. Tertia est (ꝭm Alo.) vt totū mundū peccatis mortuū ad vitā resuscitaret: ideo sudorē suum sanguineū ad terram decurrere volebat. Jtem ꝭm Ber. non solū oculis: sed quasi mēbris oīb⁹ fleuisse videtur: vt totum corpus eius qd est ecclia toti⁹ corporis lachrimis purgaretur. Insup etiam sanguis decurrebat in terrā: ad ostendendū ꝙ ꝓ terra .i. ecclia adhuc militante in terra orabat / ꝛ sanguinē suū fudebat: et ipsam suo irrigatā sanguine fecūdabat. Jn sudore aūt notatur feruor: in sanguine preciū: in decursu abūdātia: in guttis ꝑticularis efficatia / ꝙuis eēt vhis sufficientia. Ex isto articulo q est sudoris sanguinei defluxio / habet documētū salutiferū ꝙ et nos in oratiōe debem⁹ ita esse intenti ꝛ feruidi / vt ex vehemētia intentionis et feruore deuotionis sudem⁹ quasi sanguinē ꝑ cōfigurationem passionis xpi / ꝛ ardorē dilectiōis ad deū. Quod fit dū qs orās i tāto ardore deuotiōis accēdit ꝙ pro amore dei si oportet sāguinē suū fundere nō veret: et talis sic icalescit spiritu / vt totus sanguis i corpe qsi spiritui alludēs pnū et prōptū se exhibeat ad excludēdū: qꝛ vero caro ex īfirmitate sua tam vehementē ardorē deuotionis sufferre nō ꝑualet: iō sudorē qsi sanguinē euaporat: vel saltē ꝑ sanguine ardētes lachrymas ꝑ oculos effundat. Et qm nos tam vigorosam orationē effūdere non valeam⁹ / adiungam⁹ orōnē nostrā orōni xpi / q ē aduocat⁹ noster apd patrē ꝛ

Dolor passionis dominice.

Sāguinē sudadit rō

Efficatia orōnis et orōne xpi.

ipse īterpellat pro nobis:īmo orat nobiscū. Et illa orō
est efficacissima ⁊ deo patri accepta:q̄ scʒ in vnione orō
nis xp̄i offert. Quā efficaces etiā sint lachryme orōnis:
et maxime ille q̄ ī recordatione passionis xp̄i fundunt
patet ex quadā reuelatiōe facta cuidā ꝑsone/de qua le
git ꝙ apparēs ei dñs in spū ait. Si qs in recordatione
mee passionis lachrymas cū deuotione fuderit/suscipe
re volo ac si ipse pro me passus sit. In recolendo istū ar
ticulū ꝓcidat hō in faciē super terrā orando intente:et
cogitet angelicā ꝑsentiā sibi tunc adesse: recogitet etiā
agonē suū ⁊ conet q̄ntum potest habere lachrymas ex
compassione et amore xp̄i:quas si habere nō pōt ꝑ ocu
los/fundat saltē lachrymas cordis. Et sicut xp̄s dei fi
li⁹ iminēte sibi passiōe horrēda cū preangustijs supuen
ture mortis guttas sanguineas in terrā funderet nihil
omin⁹ tn̄ libere volūtatē suā volūtati p̄ris cōmisit:⁊ qd̄
ceperat deuote ꝑfecit:sic q̄libet deuot⁹ in omni aduersi
tatis pressura/⁊ tribulationis angustia (lʒ forte naturā
reluctātē habeat) se paterne volūtati cōmittat:et h̄ qd̄
occurrit deuote suscipiat. O pie iesu q̄ factus in agonia
guttas sanguinis mirabilit̄ desudasti:da mihi vt recor
datiōes tue passionis accēsus lachrymarū guttas pro
sanguine in ꝯspectu tuo merear dulciter desudare ¶ Re
spice nūc qualiter iacebāt discipuli dormientes:⁊ quali
ter dñs ostēdit eis modū orandi in gestu corporis/⁊ in
verbo pio:⁊ per angelū ibi apparentē:quē modū ⁊ tu te
nere debes.s. te prosternēdo/ac ꝓpriū defectū ⁊ fragili
tatē recognoscendo/⁊ cadēdo in faciē tuā/ non post fa
ciē/vt ea q̄ rogas corā te habeas/⁊ in mente teneas nō
retro vt vnū ore dicendo/⁊ aliud corde cogitando:⁊ vt
humilitatem mētis ostēdas habitu corporis: casus em̄
in terram docet nos magis humiliari si posset fieri:⁊ ꝙ
voluntas patri semꝑ precedat:⁊ ꝙ nō tepide/sed cū ma
gno feruore ores sicut dñs fecit:⁊ ꝙ nō parū sed ꝓlixe ⁊
distincte:nō sicut illi qui festinanter horas soluendo:et
si nō verbo/facto tn̄ dicūt expediam⁹ nos de istis:quia
habemus facere alia magis necessaria: quasi festināte
ad vtiliora ⁊ maiora. Et vide quomō statim aderit tibi
angelus q̄ te adiuuet ⁊ confortet:⁊ orationē tuam deo
ꝑsentet:ꝓpter exēplū em̄ nostrū ille angelus apparuit
cōfortās dn̄m. Et nō semel:sed frequēter est orandum
sicut ipse ostēdit nobis per trinā orationē suā:docēs vt
non deficiam⁹:sed in oratione permaneamus donec ipe
tremus ea que postulare iam cepimus. Et tu ora ꝑ mor
tuis/ꝓ viuis/tā peccatoribus q̄ iustis. Ter orauit ter vt
⁊ nos de peccatis preteritis veniam:de ꝑsentibus emen
dationē:⁊ de futuris cautelā a deo postulemus. Vel vt
hec tria.s. veniā/gratiā/et gloriā in oratiōe petam⁹ vel
vt cōtra trinā concupiscentie seu cupiditatis tentatio
nem orationis clipeo tueamur. Vel vt ad trinitatē.s.pa
trē/⁊ filiū/⁊ spm̄ sctm̄ orationē dirigam⁹. Per h̄ etiā
docuit nos orare perfecte:qꝛ ꝑfectio cōsistit in trib⁹:scʒ
in principio:medio:⁊ fine. Cōpatere nunc dño ⁊ admi
rare profundissimā humilitatē suā:qꝛ cū sit deo p̄ri suo
coequalis ⁊ coeternus:prostrat⁹ tn̄ deū orat ⁊ tanq̄ q̄li
bet de populo homuncul⁹. Orare q̄dē patrē cōuenit xp̄o
ratione humanitatis ī qua est minor patre:nō autem ra
tione deitatis ī qua est equalis patri:vt homo rogat pa
trem qui vt de⁹ est vnus cū patre. Cōsidera etiā ꝑfectis
simā ei⁹ obedientiam. Quia em̄ pater vult ꝙ moriat̄:ipe
hanc obediētiam reuerēter suscipit ⁊ exequit̄. Vide ter
tio indicibilē ad nos charitatē tam patris q̄ filij:ꝓ no
bis em̄ hec mors indicit̄ et sustinet̄ ꝓpter nimiā ipsorū
charitatē quā ad nos hn̄t ⌊ Venit aūt⌋ post hec dñs ie
sus ⌊ad discipulos suos⌋ ⁊ q̄si cōpatiēs eis ꝓpter tenta
tionē de ꝓximo eis imminentē ⌊ dixit eis. Dormite iam
⁊ requiescite⌋.q.d. Parum potestis hoc facere. Qui ibi
dē aliquātulū dormierūt. Iubet eos dormire vt ondat
suā ad eos ꝯpassionem:qꝛ grauati erant:⁊ vt cognoscāt
suam infirmitatē:qꝛ cū ipo vigilare nō poterāt:⁊ vt som
no recreati fugere possent de manibus eoꝝ q̄ statim xp̄ʒ
erant capturi:⁊ in figura ꝙ in ꝓximo infidelitatis som
no erant grauandi. Considera in xp̄o māsuetudinē pi
am quanto enim magis appropinquat ad mortem/tan
to magis ostendit cordis sui dulcedinem. Bonus pa
stor vigilabat super custodia pusilli gregis sui. O grā
dis amor. Vere bonus ⁊ pius est hic pastor. Vere in fi
nē dilexit eos/cū in tanta agonia posit⁹ illo modico tp̄e

Orō cū lachrymis cōpassiōis

Orādum frequēter.

Dñs curter orauit

Orare quō xp̄o cōuenit.

Dormire cur ꝑmisit ap̄los

Vigilia christi.

quietem eorū ꝓcurat:nō sic hodie multi pastores faciūt
q̄ subditis vigilātib⁹ ⁊ in agonia positis dormiunt sua
uiter et quiescunt. Dū ergo videbis discipulos dormiē
tes in tanto periculo ⁊ dn̄m vigilātē:si deuotus es mul
ta inuenire poteris que dicas tā dño tuo q̄ discipulis
tuis. Videbat tandē a lōge aduersarios suos veniētes
cum facibus ⁊ armis:nec tn̄ discipulos excitauit nisi cū
prope et quasi iuxta eos fuerant:tunc aūt euigilans di
scipulos dixit eis ⌊ sufficit⌋ scʒ qꝛ iam quieuistis/ ⁊ satis
dormistis:ergo parum est dormiendū. Unde quidā pa
tres non nisi stando vel sedendo somnū capere consue
uerūt ꝑ modicū. Ter discipuli dormiūt:ter dñs orās su
scitat que trina dormitio ⁊ suscitatio tres mortuos q̄s
dñs suscitauit significat. Et subiūxit ⌊ Venit hora/⁊ fi
lius hominis tradet̄ in manus peccatorum⌋ vbi Orige
nes. Sed ⁊ nūc iesus in manus peccatorū tradit̄ quan
do hi q̄ vident̄ in iesum credere habent eū in manib⁹ su
is cū sint peccatores:sed et quotienscūq̄ iustus habens
in se iesum in potestate factus fuerit peccatorum iesus
est traditus in manus peccatorū. Hec Origeń. ⌊ Surgi
te eam⁹⌋ scʒ obuiā iude ꝓditori ⁊ suis cōplicib⁹ ⌊ ecce q̄
me tradet prope est⌋ quē nolo declinare q̄uis possem h̄
facere:ac si diceret. Nō nos inueniāt latentes ac q̄si ti
mentes ⁊ retrahentes:vltro eam⁹ eis obuiā ⁊ pergam⁹
ad mortē:vt passuri cōfidentiā ⁊ gaudiū videāt ⁊ passio
nem omnino voluntariā sciant. Ultro nos debemus of
ferre q̄n non expedit mortē effugere:vbi ostenditur xp̄i
desideriū ad nostrā redemptionem:qꝛ non solum prodi
torem cum turba venientem expectauit: sed etiā eis oc
currit:vbi etiā docet vt si tribulari nos oportet cū gau
dio ⁊ cōfidentia sustineamus. Moraliter quoq̄ monet
nos ad tria. Primo ad tētationes nos preparare cū dr̄
⌊ surgite⌋ Secundo in bonis operibus ꝓficere cum sub
ditur ⌊ eamus⌋ Tertio omni hora quasi tentationē ꝓxi
mam expectare cum additur ⌊ ecce ꝓpe est⌋ ⌊ Et adhuc
eo loquente cū discipulis suis:ecce iudas⌋ mercator pes
simus ⌊ vnus de duodecim⌋ scʒ numero nō merito:quod
dixit ad ostendendum in mane facinus illius q̄ de apo
stolica dignitate ꝓditor fuerat factus ⌊ accepta a presi
de cohorte militum⌋ gentilium/quorum intererat cape
re malefactores cū tribuno qui p̄erat eis:ac turba plu
rima iudeorum ministrorum accepta a pōtificibus et
principibus sacerdotū crudeli vtiq̄ ⁊ pessima societa
te ipiorū tanq̄ ad tenendū reū/ antecedebat eos tanq̄
ductor eorum qui volebant comprehendere iesum:⁊ ve
nerūt illuc ⌊ cum laternis ⁊ facibus⌋ vt si in tenebris la
tere vellet his q̄reret̄:necnō ⌊ cū gladijs fustib⁹ ⁊ armis⌋
vt captionē ei⁹ īpedire volētib⁹ his resisteret̄: ꝯm hiero.
Incūbit virtuti seculi qui desperat de adiutorio dei:ha
bebat vtiq̄ fulcimentū ab vtraq̄ curia.s. imperatoris ⁊
pontificis quasi seruato ordine legitime ꝑtātis vt nēo
tenētibus auderet obsistere/cum hinc milites presidis/
inde ministri pharisеorum qui in lege summi ⁊ iudices
videbantur illum tenerent:vel etiam si quis auderet cō
tra tot nō posset:timebant enim plebem ne per hanc de
fenderetur contra eos: ⁊ ideo etiam nocte traditur/ vt
sine turbis q̄ in die frequēter ꝓpter instructionem ade
rant inueniretur. Anteq̄ autē iudas cum turba veniret
ad hortum vbi iesus cum discipłis erat/dedit eis signū
dicens. ⌊ Quēcūq̄ osculat⁹ fuero ipse est⌋ scʒ xp̄us ⌊ tene
te eum/⁊ ducite caute⌋ scʒ cauendo a populo ne eum de
vestris manib⁹ eripiat:populus enim communis deuo
tionem ad eū habebat: hoc autē fecit iudas et propter
romanorū milites q̄ xp̄m non cognoscebāt:⁊ ꝓpt̄ alios
ne loco xp̄i caperent iacobū minorē:q̄ in facie xp̄o simi
limus erat:ꝓpter qd̄ specialiter frater dñi dicebat̄:⁊ qꝛ
timebat ne se transformaret/⁊ de manib⁹ eorū elaberet̄:
quia pluries detētus ab ipsis pertransijt nescientibus
eis:⁊ ideo osculari eū voluit vt in osculando teneret̄ ne
euaderet. Et cū venissent ad hortum ⌊ tunc iesus sciens
oīa que⌋ ex dispositione diuina ⌊ ventura erant super eū
ꝓcessit⌋ vltro ⌊ in occursum illoꝝ⌋ sicut parat⁹ ad passio
nē:ex q̄ ptʒ volūtarie eū captū fuisse ⁊ passum:discipuli
quoq̄ sequebant̄ eū timētes: sed ipse cōfortabat eos ne
timerent. vn̄ Ansel'. Qm̄ prōptus bone iesu spiritus tuus
ad passionē fuerit euidenter ostendisti q̄n venientibus
vna cū proditore tuo viris sanguinum et querentib⁹ ani
mam tuam cū laternis/⁊ facibus ⁊ armis per noctem

Tradi in man⁹ peccatorum

Iude aduētus.

Armatura iude.

Iacobi minoris similitudo ad xp̄m.

crux christi:esca qua caperetur mors domini. Et iterū

Muscipula dyaboli

dicebant. [Cōfidit in deo/liberet eum nūc si vult. Dixit
enim quia filius dei sum] quasi dicerent. Si verum dixit
liberationē suam a deo statim impetrabit:quia pater fi
lios libenter liberat. Item [illudebant ei ⁊ milites acce
dentes] prope crucē corpore:sed longe recedentes men
te [et acetum offerētes illi] scilicet postea quando dixit
sitio [dicentes. Si tu es rex iudeoꝝ] sicut dixisti [saluū
te fac] scilicet a morte liberādo. O miseri:et rex iudeorū

id est credentiũ et deũ confitentiũ est: et se saluũ faceret de cruce descendendo si vellet. Miseri et ceci deberent supplicare seruos fac nos qui indigem⁹: nõ saluũ te fac: cũ ipse esset et salu⁹ et salus. Sed dñs iesus non acquieuit: docẽs nos in tribulatione habere pseuerantiã: vide quõ nõ iudeis suffecit ⁊ alijs ꝙ christũ crucifigerẽt: sed etiã crucifixũ eũ diuersimode deriserũt. Ita multis nõ sufficit christũ crucifigere peccãdo: sed etiã deridẽt crucifixũ peccata iterando: vel de peccatis se iactãdo. Dominũ etiã deridet et subsãnat qui ꝓ laude humana orat vel elemosynas dat: seu qđcunq; bonũ facit. Ex hoc articulo illusionis crucifixi habet documentũ ꝙ nos quãdo fuerim⁹ i sublimi contẽplationis: vel sacre actionis: aut sancte religionis positi nõ debem⁹ ad verba subsannantiũ descẽdere ad mũdanas occupationes: sed poti⁹ sustinere puerorũ subsannationes: sicut christus ad iudeorũ insultationẽ et tentatiuã exprobratione de cruce descẽdere noluit: sed ibi vsq; ad mortẽ perseuerauit. vñ dicebat vitis. Nunqđ possum deserere vinũ meũ qđ letificat deum et homines/ et inter cetera ligna promoueri? Similiter et oliua/ et ficus dicebant. Sic est in proposito. Cũ autẽ tempus sit crucis q̃diu exterior homo corrumpitur: vt per eam interior homo renouetur ⁊ euacuetur corpus peccati: quidã tamen pro medica cõtumelia descẽdunt de cruce patiẽtie. Alij de cruce macerationis carnis et penitẽtie pro lenticula rufa et cibo delectabili. Alij de cruce cõpassionis ꝓ auaricia: claudẽtes viscera sua cũ vident proximũ suũ necessitatẽ habere. De cruce sanguinis et martyrũ nõ descendim⁹: quia nec eã ascendere volumus. Petitionẽ vero predictã sepe facit dyabolus penitẽti. s. vt descẽdat de cruce: qr homo cadit facilius descendẽdo: ⁊ ideo vult dyabolus vt descẽdat de cruce penitentie eam deserendo. Unde quidã nouitius parrhisiẽsis matri sue volenti eum de religione extrahere: sic legitur respondisse. Christus ꝓpter matrẽ suã nõ descẽdit de cruce: sic nec ego propter te deserã crucẽ penitẽtie. Ad conformandũ se huic articulo rememoretur homo sensum documẽti et oret. Iesu qui in cruce posit⁹ exprobrabilib⁹ verbis illudi voluisti: da mihi pro nulla dyabolica vel humana suggestione de sublimi sancte religionis et conuersationis descendere: sed in tui amoris amplexu fixum iugiter ꝑmanere. Itẽ latrones cũ christo crucifixi illudendo idipsum simile improperium seu verba improperij ꝑmissa improperabãt ei et cõuitiabãtur blasphemãtes. ꝭm Aug. Quo dicitur pro vno: ⁊ pluralis pro singulari. Uel ꝭm Hiero. Primo vterq; blasphemauit: sed visis signis in elemẽtis et rebus isensatis vnus in christũ credidit/ et priorẽ negationẽ sequẽti cõfessione emendauit: vnde cũ vnus qui iudeos fidem respuẽtes signat blasphemãdo diceret [si tu es xp̃s] .i. rex siue messias [saluum fac temetipsum et nos] .s. salute corporali et a morte liberãdo: nõ enĩ curabat de salute spirituali vel aĩe cõmodo: alter qui gentes fidẽ sequentes signat icrepabat eũ dicẽs. [Neq; tu times deũ q̃ in cadẽ dãnatiõe es] .s. mortẽ ⁊ pena sili. q. d. licʒ hoĩes nõ timueris: tñ deũ timere deberes / maxime in articulo mortis in quo nũc es. [Et nos quidẽ iuste in hac dãnatione sumus. Nam digna factis] supplicia: ⁊ ꝭm factorũ nostrorũ exigentiã [recipimus] Ecce cõfitetur culpã suã vt dicat iniquitatẽ meã ego cognosco: et ideo meretur miam. Confitetur etiã christi innocentiã dicẽs [hic vero nihil mali gessit] quia pctm̃ nõ fecit / ⁊ sine pctõ cõceptus fuit vbi querit Aug. Quis inquit illũ docebat: nisi qui iuxta illũ pẽdebat? Erat enĩ illi fixus in latere: sed herebat in corde. Unde cõuersus ad iesum quinquit ꝓcedis dixit [Memento mei dñe dũ veneris in regnũ tuũ.] Manifeste patet ꝙ nõ loq̃batur de regno tẽporali sed eterno: nõ de p̃senti sed de futuro. Magna fides hui⁹ latronis fuit qr non timore iudeorũ astantiũ: nec ꝓprij doloris acerbitate: nec socij sui blasphematiõe: nec carnis xp̃i apparente infirmitate: nec aploꝝ fuga et negatione retrahitur a veritatis seu vere fidei confessione: vnde fuit ei remissio culpe et totius pene. Apparet quidẽ hic illi⁹ conuersio quo ad plura. Primo quo ad profectũ caritatis quã viuaciter in morte sua tenuit fratrẽ ⁊ conlatronẽ ꝓ simili scelere morientẽ de iniquitate sua redarguendo: ⁊ et vitã quã cognouerat predicando. Secũdo quo ad fidei et vere confessionis sinceritatẽ cũ quem secũ pariter morientẽ vidit deum et dñm regnaturũ credẽdo et publice p̃dicando. Tertio quo ad iusticie et veritatis propalationẽ humiliter verus penitens reatũ suum fatẽdo vnde qui ficte cõfitetur / vel in confessione mẽtitur dñm cũ sinistro lotrone subsannare videtur. Quarto quo ad spei firmitatẽ regni dei aditum et consortiũ postulãdo nec propter peccatorũ suorũ magnitudinẽ vel multitunẽ desperãdo. Iste latro de nullo nisi de corde et lingua se iuuare poterat que deo totaliter offerre curauit. corde quidẽ in cõtritione et intima cõpassione: quia (ꝭm glo.) plus videbatur affligi ex christi compassione / q̃ ex sua propria passione: imo plus plãgens christi suppliciũ q̃ suum propriũ et linguã (vt dictũ est) in veritatis ꝯfessione. vñ Grego. In cruce claui manus pedesq; ligauerãt: nihilq; enĩ a penis in eo liberũ nisi cor ⁊ lingua remãserat. Inspirante deo totũ illud ei obtulit quod in se liberũ iuenit: ⁊ iuxta hoc qđ scriptũ est Corde crederet ad iustitiã / ore ꝯfiteret ad salutẽ. vñ Bed. Quis hui⁹ latronis animũ non mireť: immo inuãtis dñi gratiã: quis digne mireť digna gratiaꝝ actione veneretur. Ille qui talis ad crucem venit ex culpa ecce q̃lis a cruce recedit ex grã. Confitebatur dñm quẽ videbat secũ humana infirmitate morientẽ / quãdo negabant apostoli eũ quem miracula viderant diuina virtute facientẽ. hec Beda. Obsecro te dñe: da mihi primo cũ latrone isto cognoscere: ⁊ deinde cognoscere te me sicut vere peccatorem confiteri et magnificare te. qui sine culpa passus es iustus pro iniustis. Desiderẽ queso dñe: petam et impetrẽ eisdẽ verbis cum eodem: memẽto mei dñe dum veneris in regnũ tuũ. Per istos duos latrones signãtur illi qui ꝓ pctis suis expiandis cũ xp̃o crucifiguntur per professionẽ in religione factã: sed aliqui reuertunť actu et si non habitu ad secularẽ vitã de quibus dicit apl's. Nomẽ dei blasphematur per vos inter gentes qm̃ scandalizant seculares / et isti signantur per latronẽ blasphemantẽ. Alij vero professi crucẽ penitentie sustinent deuote ꝑ patientiã et isti signanť per latronẽ christũ confitentẽ. vnde Bed. ¶ Mystice latrones qui cũ dño hĩcinde sunt crucifixi significant eos qui sub fide et ꝯfessione christi / vel agonẽ martyrij vel quelibet continentie seu discipline artioris instituta subeunt. Sed quotquot hec pro eterna solũ celestiq; gloria gerũt. Hi profecto dextri latronis merito et fide designãtur. At qui vel humane laudis intuẽtu vel qualibet minus digna intẽtione seculo abrenũciant: nõ immerito blasphematoris et sinistri latronis mentem ⁊ actus imitantur. Quidam duos latrones cum dño crucifixos duobus baptizatorũ generibus coaptant. Quicunq; enĩ baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsi⁹ baptizati sum⁹. Ambo nãq; similes crucifixi: sed vnus i cruce blasphemus peior. alter est cõfessione marty ⁊ effectus: qr per baptismũ quo cũ peccatores essemus abluimur. Alij dñ deũ in carne passum / fide / spe / caritate laudant coronanť. Alij dum aut fidem aut opera baptismatis habere renuunt: dono quod accipere priuantur: hec Beda. Quod etiã alter latronũ murmurabat alter non significat ꝙ tribulationẽ alij patiẽter sustinẽt et coronã merentur: alij non sustinent patienter et dãnationẽ consequũtur. vnde de impatientibus ait Hugo. Dicunt homines quãdo penam sustinent. Si meruissemus nõ erubesceremus: nunc autem iniuste pati et sine culpa nobis ignominiosũ est: immo vero si culpa pateris erubesce: si sine culpa gloriare. Latro magis vis esse q̃ christus: et forte sinister et blasphemator non confessor. Tu enĩ pro culpa pateris / et culpam agnoscis / et iudicẽ nõn veneraris. Considera nunc q̃ magni despectus fuit illusio latronis sinistri: eo ꝙ tam vilis et sceleratus homo etiam ad mortẽ damnatus: et mox pro suis vulneribus moriturus insultauit vite autori. Ex hoc articulo illusionis latronis habetur documentum tale: ꝙ discamus exemplo christi calumnias etiam a vilibus personis patienter supportare. Item est documẽtum in latrone dextro ꝙ iniurias dei nullaten⁹ tolerare debem⁹ / sed reprehendere sicut fecit latro iste. Item documentũ quantũcũq; simus scelerati peccatores: de dei tamen misericordia nullatenus desperemus exẽplo istius peccatoris q̃ (vt dicit Aug.) ꝑ vnũ verbũ fact⁹ est heres paradisi. Ad cõformandũ se huic articulo attendat homo documẽta et oret dicẽdo. Iesu q̃ tibi ab vno latronũ exprobrari ⁊ ab

---

Marginal notes (left column): Documentum de tribulatione. / Documentũ nõ frangendi illusionibus. / Iudicum ix. / Religiosi parrhisiẽsis rñsio ad matrẽ. / Oro. / Confessio latronis boni. / Fides latronis. / Cõuersio latronis ꝑ charitatẽ: ꝑ fidẽ / et cõfessionem.

Marginal notes (right column): Satisfactio latronis. / Roma. ij. / Pati sine culpa xp̃i est cũ culpa latrõis.

alio venerabiliter confiteri voluisti: fac me pro tui nois
gloria malignorũ improperia equanimiter sustinere:et
cũ illo latrone venerabili paradisi gaudia possidere. Et
multa alia conuitia dicebãt tunc maledicti q̃ aderãt ibi
dẽ dño iesu et faciebant. Ipse vero docens nos in tribu
latione hr̃e patiẽtiã ⁊ pseuerantiã/nihilominꝰ pseuera:
bat et pmanebat in cruce vsqꝫ in finẽ vt dyabolũ ꝓrsus
Marie p̄:
sentia.
destrueret/⁊ spolia sua ei auferret. Oia aũt ista dicunt ⁊
fiũt mestissima mr̃e sua p̄sente que stabat iuxta crucẽ cũ
sororibus suis/et maria magdalene et iohanne:cuiꝰ ma
tris cõpassio multũ augmẽtabat filio passionẽ. Et econ
uerso ipsa cũ filio in cruce pẽdebat mẽtali dolore:⁊ poti
us elegisset cũ ipso mori q̃ȝ amplius viuere. vñ Bern. O
bone iesu magna pateris exterius in corpore: sed multo
maiora interiꝰ in corde:ex cõpassione mr̃is oĩa tecũ par
ticipãtis. hec Ber. Undiqꝫ sunt angustie/vndiqꝫ tormẽ
ta ⁊ pene. Sẽtiri potuerũt:narrari non possunt. Stabat
maria cũ ceteris iuxta crucẽ corpore sed ĩ cruce tota mi
grauerat mẽte. Nõ auertebat oculos a filio/ãgustiabat
vt ipse/⁊ toto corde orabat patrẽ ꝓ eo/ ⁊ filius similiter
orabat ꝓ mr̃e. vñ Amb. Fugientibꝰ aplĩs maria añ cru
cẽ stabat/et pijs spectabat oculis filij vulnera : qꝛ expe:
ctabat nõ pignoris mortẽ:sed mũdi salutẽ. Aut fortasse
qꝛ cognouerat ꝑ filij mortẽ mũdi redẽptionẽ:aula rega
lis putabat se et sua morte publico muneri aliquid addi
turã. Sed iesus nõ egebat adiutore ad omniũ redẽptio
nem:vnde ⁊ Chry. In passione christi duo videbis alta
ria:vnũ in pectore marie:aliud in xp̄i carne:xp̄us carnẽ
Maria fi:
liũ offert.
maria immolat aĩam. Optat q̃dẽ ipsa ad sanguinẽ filij
addere sanguinẽ carnis sue/ et cũ dño iesu corpali mor:
te redẽptionis nr̃e consummare mysteriũ. Sed hoc soli:
us summi sacerdotis erat priuilegiũ vt cũ sanguine in:
traret in sancta sanctorũ. Ideo nec virgini/nec angelo/
nec vlli homini potuit in reparatione hois esse commu:
Iohãnis
euangeliũ
nis auctoritas. In hoc autẽ grauissime patitur pia mr̃ :
qꝛ q̃d filius eiꝰ corpe ipsa sustinet corde. hec Chry. Et
qꝛ iohannes crucifixioni astitit: ideo ea die passio s̄m ip
sum legitur/licet etiã merito postremus legatur : qꝛ po:
Magdale
ne fletus.
stremus scripsit. Oẽs igitur et maxime magdalena sua
dilecta discipula vehement flebant/ nec cõsolari de suo
dilecto dño et magistro poterant. Cõpatiebãtur dño ⁊
etiam dñe ⁊ sibijpsis. Sepe eis dolor renouabatur:quia
semꝑ passio dñi sui/ vel in cõuitijs vel in factis augebat
[Stabãt a longe] aspiciẽtes/et a nullo cõsolabantur. O
quãte voces ⁊ tristes vlulatus ibi audiebant ab amicis
Longe et
iuxta stan:
tes.
suis. Qꝫ autẽ iohãnes dicit [iuxta crucẽ] et alij euange:
liste dicunt a longe mulieres stetisse:intelligendũ est s̄m
Aug. ꝙ eo interuallo erãt vt et iuxta dici possent:qꝛ ĩ cõ
spectu eiꝰ presto aderant/ et sic ꝓpe ꝙ verba xp̄i audire
poterant: ⁊ a lõge in cõparatione turbe cõprimẽtis pro
pinquius circunstantis cũ centurione et militibus. Uel
erãt lõge respectu militũ xp̄m crucifigendũ ⁊ custodien
tiũ:sed prope respectu alioꝶ astantiũ et aspicientiũ. Sic
ergo possunt dici lõge et ꝓpe stetisse diuersis respectibꝰ
Uel primo erãt prope crucẽ et post cõmendationẽ ma:
tris abierunt/ vt a dẽsitate turbe se eruerent/ et cetera q̃
facta sunt longius intuerentur vt euãgeliste q̃ post mor
tem dñi eas cõmemorauerunt et longe stantes comme:
morarẽt. Qꝫ aũt mulieres stabant iuxta crucẽ discipu:
lis fugientibus cõmendat deuotã constantiã in mulieri:
Mulierũ
cõmenda:
tio.
bus. vnde Chry. Mulieres astiterũt crucifigentibus di
scipulis:et quod imbecillius genus est virilius apparu
it tunc : ergo sicut nec a salute ita nec mysterio crucis et
scientia resurrectionis excludũtur et repelluntur mulie
Situs ma
rie sub cru
ce.
res. Et nota ꝙ beata virgo nõ stetit sub cruce ad aq̃lonẽ
vt quidã fabulantur:et sicut in picturis ponitur: sed cõ:
tra faciẽ filij ad occidẽtẽ aliquãtulũ tñ declinans ad au
strũ. Mõstratur enĩ iuxta montẽ caluarie quidã locꝰ et
a fidelibus veneratur/vbi ipsa cũ alijs mulieribꝰ iuxta
crucẽ filij sui stetit plorãs ⁊ lamentãs eũ:in quo loco est
vna capella extra ecclesiã sancti sepulchri:sed coniũcta
Iuxta
crucẽ stan
dum
muro eiusdẽ ecclesie. Sta et tu iuxta crucẽ cũ ea et lamẽ
tare dñm pro te mortuũ . Iuxta crucẽ libenter debemꝰ
stare/et potius mente q̃ȝ corpore habendo memoriã sal:
Crucis
memorie
vtilitas.
uatoris s̄m statum in quo fuit in cruce. Utilis enĩ valde
est memoria talis. ¶ Ibi est nobis refugiũ contra mala
culpe:refrigeriũ cõtra mala pene:ibi erudimur circa bo
na gratie:ibi ostenditur nobis via ad bona glorie. Bo:
na ⁊ desiderabilis est vmbra sua sub alis iesu vbi tutũ est
fugientibus refugiũ: gratum fessis refrigeriũ . Una ala
potest intelligi protectio in prosperitate : alia protectio
in aduersitate. Una ala cõtra mala culpe:alia cõtra ma
la pene. vnde Bern. Hac memoria absorptus ait . Dñe
quocũq̃ȝ iero semꝑ te ĩ cruce videbo. Cõsidera nũc qua
liter ipse est exaltatus prout p̄dixerat sicut moyses exal
tauit.s. sup palũ serpentẽ in deserto ita.s. exaltari in cru:
ce oportet filiũ hois. Ille enĩ serpens eneꝰ in deserto ex:
Num.xxj.
altatus figura fuit huius exaltationis:qꝛ sicut ille serpẽ
tis quidẽ similitudinẽ habebat/serpẽtis aũt venenũ nõ
habebat:qꝛ eneꝰ erat/sic xp̄s cũ iniquis deputatus/ ⁊ in
ter latrones suspensus/carnis quidẽ similitudinẽ habe:
bat/peccatũ aũt nullũ habebat. Et sicut q̃ mordebãtur
a serpẽte inspiciẽdo serpentẽ in palo exaltatũ sanabant
sic ꝯtra morsũ ⁊ tentationẽ diaboli nõ est melior medici
na q̃ȝ in cruce ꝓ nobis passum aspicere saluatorẽ. Si enĩ
aspectꝰ illiꝰ serpentis enei saluauit a morte corpali/mul
to fortius fides xp̄i crucifixi saluat a morte spũali:vide
etiã dñm tuũ stantẽ sup soliũ excelsũ ⁊ paratũ ad iudicã
dũ:et ideo duo hoĩes hincinde ponũtur/quoꝶ vnus sal
uatur/alter condẽnat vide etiã xp̄m qui est põtifex futu
rorũ bonorũ qualiter extẽsis brachijs et manibꝰ offert
hostiã purã.s. carnẽ suã p̄ciosam pro nobis super altare
crucis. Uide etiã magistrũ tuũ qualiter stat in alto ⁊ p̄:
Uerba
xp̄i in cru:
ce.
dicat. Dñs eĩ etiã ĩ cruce pendẽs etiã vsqꝫ ad exitũ spũs
non fuit ociosus:sed faciebat et dicebat vtilia ꝓ nobis .
vñ s̄m Aug. se habuit sicut magister in cathedra:⁊ lignũ
pẽdẽtis factũ est cathedra docẽtis vbi. vij. verba sacra
tissima q̃ dixit ĩ cruce positus breuiter tibi nota/⁊ ea fre
quẽter cũ deuotiõe ꝯtracta. Per hec aũt. vij. ꝟba possu:
mus facere exclamationes nr̃as : modo tenẽdo partem
dñi nr̃i ⁊ causando ꝯtra iudeos:mõ cõpatiẽdo dño nr̃o:
modo mr̃i eiꝰ:mõ nobis miseris: et ĩ fine cuiuslibet ver:
Uerba
vij. vł. viij
borũ facere orationẽ. Quidã tñ verba octo distiguũt/et
ꝟbũ tertiũ ĩ duo diuidũt:ita vt dixerit duo ꝓ pctõribꝰ:
scꝫ [pater ignosce illis] et [hodie mecũ eris in paradiso]
duo pro bonis.s. [mulier ecce filiꝰ tuꝰ] et [ecce mat tua]
duo ꝓ vniuerso mundo.s. [sitio] et [cõsummatũ est] duo
pro seipso.s. [deꝰ meꝰ vt q̃d dereliquisti me] et [pater in
manus tuas cõmendo spm̃ meũ.] Primũ verbũ fuit in
ipso actu crucifixionis cũ ꝓ suis crucifixoribꝰ inimicis
crudelissimis ip̄m ad crucẽ fabricãtibus orauit dicens .
[Pater ignosce illis:qꝛ nesciũt quid faciũt] .s. bonũ mi:
hi/⁊ malũ sibi. Reuera ita est:qꝛ qui alteri malũ facit ne
scit quantã penã et culpã sibi inferat:quantãqꝫ gratiã ⁊
coronã alteri acq̃rat. Uel [nesciũt quid faciũt] ignorant
enĩ ꝙ filiꝰ tuus sit quẽ crucifigũt. vñ Chry. Qꝛ dñs dixe
rat orate ꝓ ꝑsequẽtibꝰ vos:hoc etiã crucẽ ascẽdẽs fecit
di. pater dimitte illis. Nõ qꝛ nõ posset ipse relaxare/sed
vt nos ꝓ ꝑsequentibꝰ orare doceret:non solũ verbo/sed
opere. Dicit aũt dimitte eis si penituerit. fauet enĩ peni:
tẽtibus si vellẽt post tantã nequitiã reatus ꝑ fidẽ dilue:
Pro ne:
sciẽtibus
orat.
re. hec Chry. Sũ ergo dixerit [qꝛ nesciũt q̃d faciunt] pa
tet s̄m Bedã ꝙ nõ pro eis orauit qui per inuidiã et sup:
biã eũ quẽ filiũ dei intellexerũt negãtes crucifixert/ sed
pro eis qui zelũ dei habẽtes sed non s̄m scientiã nescie:
rũt q̃d fecerũt. Erãt enĩ ibi aliqui simplices ⁊ illittera:
ti a sacerdotibꝰ iudeorũ decepti : qui ꝑsequebãtur xp̄m
zelo legis/et ꝓ istis orauit christus. Alij autẽ erant litte
rati q̃ ipsum esse christũ probabiliter nouerãt seu cogno
scere debuerãt:sed ex odio et inuidia excecati fuerunt et
xp̄m vsqꝫ ad mortẽ ꝑsecuti sunt:et ꝓ illis non orauit s̄m
Bedã. Nõ frustra orauit:sꝫ eis q̃ post eiꝰ passionẽ credi
Actuũ. ij.
derũt impetrauit. vnde dr̃ in Act. ꝙ cõuersi sunt vna die
tria milia:⁊ alia die. v. milia. Nec dubiũ quin hoc ꝓuene
rit ex virtute huius orõnis xp̄i. Ad quã etiã vocẽ multi
de turba iudeoꝶ astantiũ cõpuncti sũt corde et penitue:
rũt: vt dr̃ in euãgelio nazareorũ:et ponitur ĩ glo. esa. sup
Esa. liij.
illo ꝟbo:⁊ ꝓ trãsgressoribꝰ exorauit. O q̃ȝ dulcis ĩ orõe
xp̄i ad crucifixoꝶ malleationẽ erat melodia: de cuiꝰ con
sonãtia cõuersi sunt tot milia. Nec mirũ:qꝛ ip̄e tãtã mã:
suetudinẽ seruãs ĩ cõtumelijs:tantã patiẽtiã oñdens in
tormẽtis/ sic mirã benignitatẽ exhibẽs crucifixoribꝰ eui:
dentiꝰ declarauit se filiũ esse p̄ris quẽ orabat . Quid enĩ
maiꝰ miraculũ hac benigna pietate: h̃ q̃ppe ꝟbũ magne
patiẽtie et mãsuetudinis:magni amoris ⁊ ĩdicibilis bo:
nitatis:magni dulcoris ⁊ vẽie fuit. In q̃ triplex actꝰ chari

Charitatis actus tripliciter in primo verbo.

tatis maxime apparuit: primo q̄r pro crucifixoribꝰ affectuosissime orauit: scd̄o q̄r orationi lachrymas adiūxit. Tertio quia cū valido clamore et lachrymarū effusione, ꝓ ipsis p̄ces obtulit. vñ Ber. Xp̄s flagellis cesus spinis coronatꝰ: clauis cōfossus: crucifixꝰ: opprobrijs saturatus: oīm dolorū īmemor ait. pater ignosce illis.

Mie abūdantia.

Hinc multe miserie corporis: hinc multe misericordie cordis. O q̄ firmata est sup ipsos misericordia tua: ꝛ q̄ magna multitudo dulcedinis mie tue / q̄m potabis dñe desiderātes te torrēte voluptatis tue. hec Ber. Nō ergo desperet ammō q̄sq̄ penitēs ꝓ pctis / pēsādo copiā grē saluatoris. vñ Aug. Quid aūt cōuerso nō ignoscitur / si fusus xp̄i sanguis cognoscitur? Quis homicida desperet si in spē redditꝰ ē a quo etiā xp̄s occisus est? Per hoc verbū primū docemur petentes nos cito exaudire iniuriasq̄ remittere / ꝛ vindictas non expetere: ac etiā pro inimicis īntercedere ꝛ orare / eosq̄ diligere. Ad verbū igit̄ tāte pietatis emolliat̄ cor nostrū sicut d̄r ĩ psal.

ps. xciiij.

Hodie si vocem dñi audieritis / nolite obdurare corda vestra; vt dimittamus offensas debitoribꝰ ꝛ iniuriatoribꝰ nr̄is / ꝛ nō solū dimittamus offensas: sed etiā ꝓ ipsis oremus intuitu eiꝰ q̄ patrē exorauit ꝓ ꝑsecutoribꝰ suis et crucifixoribꝰ vñ Aug. Vide charitatis affluentiā et mirabilē patientiam: ꝓ inimicis facit orōnē: remittit et nō expetit vltionē.

Ignoscere debemꝰ

Cur igit̄ formica / festuca / cinis / puluis / et fauilla vindictā expetis / remissionē ꝓtrahis / cū videas regē glorie dñmq̄ virtutū remittētē minas: cōtumelias: et blasphemias: et cōdonantē crucis molestias: ꝛ reales iniurias. vñ ꝛ Ansel. Ad locū deductꝰ supplicij mirrha potatur ꝛ felle. Ita in cruce leuat̄ ꝛ dicit: pater dimitte illis: q̄r nesciunt q̄d faciūt. Qualis est hic q̄ in oibus ꝑiurijs suis nec semel os suū apuit: vt aut q̄rele: aut excusatiōis: aut cōminationis: aut maledictionis verbū aduersꝰ maledictos canes illos ꝓferret: sed nouissime verbū bñdictionis quale a sc̄lo nō est auditū sup inimicos suos effudit. Quid hoc viro mā suetius: q̄d benigniꝰ aīa mea vidisti? Et iterū. In oibus his cōsidera illud dulcissimū pectꝰ quā tranquillitatē seruauit pietatis. Nō suā attēdit iniuriā: nō penā reputat: nō sentit cōtumelias: sed ipsis potius a q̄bꝰ patit̄ ille cōpatitur: a q̄bꝰ vulnerat̄ ille medet̄: vitā ꝓcurat a q̄bus occidit̄. Cū qua mentis dulcedine: cū qua spūs deuotione: in qua charitatis plenitudie clamat: pat̄ ignosce illis. Ecce ego dñe tue maiestatis adorator / non tui corporis īterfector: tue mortis venerator nō tue passionis derisor: tue mie contēplator: nō infirmitatis contēptor / interpellat ꝓ me tua dulcis hūanitas: cōmendet me patri tuo tua ineffabilis pietas. Dic igit̄ dulcꝭ dñe pr̄ ignosce illi. hec Ansel. O clemētissime dñe quāta est patientia tua: semꝑ insidiati sunt tibi et ꝑsecuti sunt te ꝛ tuos: ꝓditiose te ceperunt et maliciose te crucifixerūt: ꝛ mō petis vt ignoscat̄ illis. Dñe iesu pr̄ misericordiaꝝ oro te / vt sicut tu pepcisti tuis crucifixoribꝰ et rogasti ꝓ eis / fac vt amore tui parcā ego cūctis mihi mala faciētibus / ꝛ tu dñe parcere digneris oībꝰ iniq̄tatibꝰ meis: et pr̄i tuo in cōspectu glr̄ie tue me miserū commendare: sepe eñ dñe te offendo: ꝛ q̄tum in me est peccatis meis crucifigo: tñ dñe tu scis q̄r in te credo ꝛ te dominū meū ꝛ deū verū ꝯfiteor / a quo veniā pctōꝝ postulo impartiri mihi misero ꝛ indigno. Secundū verbum fuit ad latronē penitētem ꝛ confitentē cū dixit [mecum eris in paradiso] Non intellige de terreno paradiso / vl̄ horto voluptatis. vñ Adā est expulsus. nec de paradiso angelico vel celo empyreo: q̄r ad illū añ xp̄m nemo ascēdit: sed de limbo sanctorū ꝛ sinu abrae ad quē aīa xp̄i et latronis descendit: vel [in paradiso] .i. in fruitiōis gaudio et fruitione beata quā habuerūt sc̄ti patres in limbo cū ad eos descēdit xp̄i aīa: ꝛ eadē die descēdit illuc aīa huius latronis facta particeps beate fruitionis. Vel [ĩ paradiso] .i. in requie q̄d est esse cū xp̄o: vel [hodie eris mecū] q̄d est esse [in paradiso] q̄r vbi ē xp̄s qui est paradisus ibi est ꝛ paradisus: sicut vbicūq̄ ē papa ibi d̄r esse romana curia. vñ Ansel. Credo dñe credo certe q̄ vbi tu vis / et vbi tu es ibi ē paradisus: ꝛ eē tecū hoc ē esse in paradiso: q̄m venerabilis ille cōfessor ꝛ glr̄iosus martyr tecū fuit ꝑ totum illud hodie ꝛ postea omni tempore. O q̄ beatū est esse tecum: o q̄ beati sūt illi qui tecū sunt. Illi vere sunt in paradiso / vere sunt in requie qui tecum sunt fide ꝛ dilectione. hec Ansel. Hoc etiā dicēs magnā cōsolationē dedit penitētibus ꝛ pctā sua confitētibus: nā reuera hodie et quotidie ita accidit: q̄r q̄ deuote et pure cōfitetur pctā sua: statim cū dño est in paradiso per gratiā et postea erit per gloriā: vel est in paradiso .i. in quadā requie ꝛ securitate sue conscientie: q̄r secura mēs quasi iuge conuiuiū.

Penitentium consolatio.

Ecce q̄ liberalis: imo q̄ prodigus hodie factus est xp̄s: q̄r latrōi regnū: crucifixo celū: dānato paradisū pro breui petitione est largitus. Mia obtulit quod miseria distulit. Hoc verbum sc̄dm magni amoris et gratie ac consolationis fuit: in quo xp̄s nobis exēplū perfecte spei et fiducie reliquit: vt nullus de venia pctōꝝ q̄tuncūq̄ enormiū / necdū in via: imo nec in mortis articulo desperare debeat: cū iste latro qui nihil boni fecerat / sed suo testimonio mortis supplicio dignus erat veniā consecutus fuerit.

Desperandū nō est.

Et hoc rationabiliter: nam ipse solum de corde ꝛ lingua iuuare se potuit quoꝝ vtrūq̄ deo perfectissime obtulit: cor quidē in perfecta cōtritione: linguā in pura et vera cōfessione: ꝛ ideo nō mirū si veniā impetrauit. Sed exēplo istiꝰ latronis nullꝰ debet suā penitētiā differre vsq̄ ad mortē: q̄r priuilegia paucoꝝ nō faciunt legē cōmunē: et pauci sunt qui in morte vere peniteant.

Temere confitendū nō est.

Nā sicut mōstruosum esset q̄ lupus caudā ouis haberet: ita mōstruosū videret̄ q̄ vita mala bono fine claudatur. Euolauit iste latro ꝓpter fidei meritū et crucis quodāmō martyriū / ac nobis cōuersionis et penitētie reliq̄t exēplū.

Latrōis meritum.

vñ Hiero. xp̄s de cruce latronē ĩ paradisum intulit: et ne q̄s aliq̄ñ cōuersionē serā putaret / fecit homicidij penā martyriū. vñ et Amb. pulcherrimū aūt dat̄ affectāde ꝯuersionis exēplū q̄ tā cito latroni venia relaxat̄ / ꝛ vberior est grā q̄ p̄catio. Semꝑ eñ plus dñs tribuit q̄ rogatur. Ille eñ rogabat vt memor sui esset dñs cū venisset in regnū suū: dñs aūt ait. amē dico tibi: ho. ꝛc. Vita est eñ esse cū xp̄o: q̄r vbi xp̄s ibi regnū. Cito igit̄ ignoscit dñs q̄r ille cito cōuertit̄. Vñ etiā Augu. Dixisti latroni hodie mecū eris in paradiso vt desit locus desperationis q̄ parcis latroni: vt ōdas fructū penitētie: fontē mie: celeritatē indulgētie.

Latroni promissio paradisi.

Tu ei saluas latronē seipsum accusantē teipsum excusantē / miam inuocantē et blasphemantē: sociū increpantē. vñ ꝛ Chry. O res mirāda: nō abrae data est ꝓmissio paradisi. non pr̄ibus: nō prophetis. sed primo latroni d̄r hodie mecū. ꝛc. Credidit abraā deo nō sub tali cōditione posito sed de celo loquenti. Credidit esaias: sed sedenti super solium excelsum et eleuatū. Credidit ezechiel: sed ei super quē cherubi contēplatꝰ est. Credidit moyses: sed de medio ignis loquenti. Sed iste vidit saluatorē nō in regali throno: sed in pena sociatū latronibus. Videt ĩ cruce pēdentē / ꝛ orat q̄si in celis sedentē: videt cōdēnatū ꝛ inuocat regē. O admirāda latronis cōuersio. Iudei crucifigūt q̄ nouerūt legē et prophetas / et tu latro vñ talia philosopharis? hec Chry. Sed clemēs oculꝰ tuꝰ o dñe iesu respexit sup eū ꝛ vocasti ip̄m interna vocatione ad penitētiā. Quis nō debet in te sperare / te laudare et bñdicere / et amare / cū ita de facili pepcisti ei qui tam male consumpserat vitā suā? Respira ergo nūc in spem venie q̄cūq̄ peccatrix aīa / si tñ patiētꝭ ꝓ te dñi tui nō horres sequi vestigia. Sed ne ꝓcrastines vsq̄ ad horā mortis exēplo huiꝰ latronis penitere ꝛ inuenire locū dño. Et si eñ optimū sit et salubre cōsiliū de mia dei querere refugiū: totū tñ hominē ex ea pendere stultissimū est solaciū q̄r mia et veritas in eo obuiāt sibi. O pater clemētissime rogo te ego miser dignus infernali supplicio: vt sis memor mei in regno tuo: ego eñ dñe latro sum pessimꝰ qui me et multos in aīa occidi: sed tu dñe misericordissime memento mei in bonū. Ecce adoro te quē latro adorabat / et oro sicut ille orabat. [Memento mei dñe dū veneris in regnū tuū] Recognosce in me dñe hanc orationē sicut recognouisti eā ĩ latrone: suscipe hāc a seruo sicut suscepisti eam a famulo tuo: memēto mei de regno sicut fuisti memor illius de ligno. Dic igitur dic queso domine dic seruo tuo: loquere ad cor meum: dic anime mee [hodie mecum eris in paradiso] et ego confortatus desiderabili tua promissione fideliter permaneā in tua fide et dilectione. In splendore fidei et confessionis tue tecum sim per tuā gratiā spūs viuus / et sic tecū ero in paradiso si videlꝫ in terra amoris tui delicias gustē q̄bꝰ ĩ paradiso reficis spūs beatoꝝ: vere enim gustare de tuo amore est tecū esse: et fac me ita viuere vt aliquādo cū tue pieta

ti placuerit dicas anime mee hodie mecum eris in celo.
¶ Tertiũ verbũ fuit cum vt matrẽ et discipulũ inter an
gustias positos aliqualiter consolaretur: cõmendauit
matrem solatio destitutã ac mestam / et quasi morientẽ
discipulo et discipulũ matri dicẽs matri. [Mulier ecce
fili9 tu9] hoc est q̃ loco filij tui tibi debet obsequi:et affe
ctione coniugi.q.d.ei vsq̃ modo fui obsequiũ tibi:et tui
curã habui:sed de cetero istũ derelinquo tibi q̃ erit loco
mei:et discipulo [ecce mater tua] hoc est cui reuerentiã
et seruitiũ debes vt filius matri; quasi diceret ei deputo

Verbum sollicitudinis.

te ad eius obsequiũ et curã loco mei. Hoc tertiũ verbũ
xpi fuit maxime sollicitudinis et pietatis /eo ꝙ in tantis
doloribus constitutus matris mestissime curam gessit:
et ei de ministro prouidit. In quo docuit nos cõpati pa
rentibus nostris afflictis: et in necessitatibus subuenire
ac eis quãdo indigẽt curã et debitũ obsequiũ impẽdere
et in quocũq̃ statu sim9 parentes q̃tũ bono modo fieri
potest honorare qđ prius mãdauit dicẽs honora patrẽ
et matrẽ:hoc nũc suo exẽplo docuit ꝛ fecit qđ faciendũ
ammonuit. Pro se enĩ matri quã moriens relinquebat
alterũ quodãmodo filiũ ad eius curã et obsequiũ pro:
uidebat. In hoc autẽ ꝙ iohanni matrẽ cõmendauit ma

Iohãnis dignitas.

gna ostenditur dignitas iohannis: ꝛ quanto eũ honorẽ
honorauit. Et(vt dicit hiero.) Pudicitia ꝟginis nulli
discipulorũ recti9 q̃ virgini cõmẽdata est: vt esset adin
uicẽ grata societas ꝛ floridus aspectus:necnõ est venu:
stus cõuersandi vernãs alternatim pudicitiaꝝ splẽdor
decoratus [Et ex illa hora] q̃diu vixit maria [accepit
eã iohãnes in suã] .s:matrẽ ſm quosdã sed congruẽtius
subaudit̃ ĩ suã curã et sollicitudinẽ quã de cetero specia
liter de ea gerebat: qꝛ quicq̃d ei necessariũ erat ad ipsi9
curam pertinebat. Tradit dñs matri ĩ iohannẽ. pro iesu

Cõmutatio iniqua

seruũ.pro dño discipulũ:pro magistro hoiem:pro vero
deo filiũ zebedei:pro filio dei nepotẽ pro filio suo q̃ erat
totũ suũ gaudiũ:ac vita sua et solatiũ. Que mutatio ip:
sam int9 cruciat: ac matri amarior oib9 dolorib9 corpo:
ree passionis existit: et cetera corda humana licet saxea
licet ferrea scindit. ¶ Quis enim sine singultu audiet eũ
hec verba dicentẽ:non dixit ei mater. sed mulier ne ma:
tris dolorẽ amplius excitaret. vñ Chry. Hic mouendo
questionẽ sic dicit. O bone iesu/ qui matrẽ tuam dulcissi
mam que ita diligenter te nutriuit reuerenter tractauit:
et dulciter lactauit adeo indulciter alloqueris. Sed vt
dictũ est: non vocauit eam matrẽ:sed cõmuni noĩe ne ꝓ
materni noĩs si exprimeretur ꝛ vehemẽtis amoris tene
ritudine aggrauaretur virginis animus:ac videns filij
passionẽ:ꝛ audiẽs matris nomẽ doleret ampli9:tũc enĩ
nõ erat tẽpus ipsam dulciter alloquẽdi: nec matris no:
men exprimendi: qꝛ si xps dulci9 sibi locutus fuisset forte
cor ꝟginis crepuisset. Stans aũt dñs in cruce faciẽ ver

Status marie sub cruce.

sus occidentẽ tenebat:sed maria et iohãnes vers9 orien
tẽ ad xpi faciẽ respiciẽtes iugiter lachrimas fundebãt:
vñ nõ stetit btã virgo sub cruce ad aq̃lonẽ(vt quidã fa:
bulant̃)sed cõtra faciẽ filij ad occidentẽ/aliquãtulũ tñ
declinans ad austrũ. Monstratur enim locus et a fideli
bus veneratur vbi cum alijs mulieribus ipsa stetit. Cõ
templare et tu dominũ tuum vt mouearis ad cõpatien:
dũ. vñ Ansel. At tu cũ matre ꝛ iohãne accede ad crucẽ ꝛ
ꝯfusum pallore vultũ iesu cominus intuere. Quid ergo.
Tu sine lachrymis amantissime dñe tue lachrymas vi:
debis. Tu siccis manes oculis ꝛ eius aĩam pertransibit
gladi9 doloris. Tu sine singultu audies dicentẽ matri:
mulier ecce fili9 tuus.et iohanni ecce mater tua. Et ite:
rũ mulier inquit ecce filius tuus. O cõmutatio pro eter:
no et incõmutabili deo/purũ et corruptibilẽ hoiem pro
naturali et vnico filio seruũ accepit in filiũ. O dña qui
precor cogitat9 in te succedebant cũ tã inestimabilẽ cõ:
mutationẽ ab ipso quẽ super oĩa diligebas tibi fieri au:

Marie martyriũ.

diebas? Uere tuã aĩam pertrãsiuit gladi9 doloris q̃m
tibi amarior extitit oibus doloribus cuiusuis corporee
passionis. Quicquid enim crũdelitatis inflictum est cor
poribus martyrũ leue fuit aut potius nihil comparatio
ne ipsius tue passionis que nimirũ sua immẽsitate trans
fixit tua penetralia tui benignissimi cordis. hec Ansel.
vnde et Augu. Matri dñs in cruce iam anxius oculis ꝛ
vultu annuẽs de iohãne ait. Mulier ecce fili9 tu9. Ecce
iohãnes qui est nepos tuus de cetero reputabit̃ tibi fili:
us et curã habebit tui/et erit solatiũ tibi fidelissimũ. In:
de intuitus iohannẽ dixit. Ecce mater tua.ei seruies et
curam illius habe:eam tibi cõmendo:suscipe matrẽ tuã
immo magis suscipe matrẽ meã. Dum hec pauca dice:
ret illi duo dilecti lachrymas fundere nõ cessabant. Ta

Maria et iohannes virgĩes et martyres.

cebant ambo illi martyres/et pre nimio dolore loq̃ non
poterant. Isti duo virgines audiebant christũ voce lo:
quentẽ tanta/et ipm videbãt paulatim morientẽ. Ama:
re flebant:qꝛ amare dolebãt:nã gladius doloris christi
aĩas vtrorũq̃ transibat que magis amabat seuerior fie
bat in matre:et iterũ. Eructauit etiam os tuũ verbũ bo
nũ cũ diceres. Mulier ecce fili9 tu9. Cruciat te dñe iesu

Cruciat̃ memoria matris.

crux tua:sed non minus mr̃ tua cruciat te dolor tu9: sed
nõ min9 dolor ei9. Nõ est mirũ si doles ꝛ cõdoles: si pa:
teris ꝛ cõpateris bone fili in desolatione matris: ĩ sepa:

Marie obsequia.

ratione matris:in cõmendatione matris. Nunq̃ enĩ te
deseruit:nõ in infantia:nõ in adolescẽtia:nõ in iuuentu:
te:nõ in passione tua. Nunq̃ defuit tibi eius solatiũ:sed
nec ei9 obsequiũ. Lactat infantẽ audit ꝛ sequitur ꝑdicã
tẽ:videt ꝛ comitatur patientẽ:cõtẽplatur opprobria:in
tuet̃ vulnera:audit tua verba. Tu vero bone iesu quãq̃
esset dolor intolerabilis plaga insanabilis ĩ agonia mor
tis/et vltimo spũ constitutus nõ obliuisceris matrẽ tuã
caput inclinas/et eam ĩ matrẽ iohanni cõmendas/ ꝛ eũ
sibi in filiũ adoptas/felix depositũ/singulare ꝓuilegiũ/
insigne solaciũ. Urgebat te siquidẽ dñe iesu preceptum
iussisti honora patrem tuũ et matrẽ tuam:seruitiũ quod
ipsa exhibuit tibi exẽplũ posteris relinquẽdũ. Cõside:

Marie dolores.

rare libet bona mater/et genitrix/et nutrix/et filia deso:
lata/q̃s sit dolor tuus:angustia tua. Uides enĩ crucifi:
xũ vnigenitũ tuũ:mutas filiũ magistrũ in discipulũ:re:
gem in militẽ:dñm in seruũ: omnipotentẽ in deficientẽ.
Reuera viscera tua penetrat gladi9: cõfigit animã tuã
lãcea:ꝛ clauus laniat mentẽ tuã: spinarũ acule9 lacerat
cor tuũ:filij tui amar9 aspectus deest tibi: ꝑ amaritudi:
ne lachryme desũt verba:deest fortitudo:marcessit pul:
chritudo. Uulnera filij tui sũt vulnera tua:crux filij tui
est crux tua:mors ei9 mors tua. Nutrix quõ dimittis alũ
nũ:mater filiũ:ancilla dominũ:vna die orbaris patre ꝛ
filio.hec Aug. Cõpatiebat̃ itaq̃ filius matri compatiẽ:
ti sibi:cõmota sunt quippe oĩa viscera ei9 super mr̃e sua
Sciebat enĩ ipse angustias materni cordis:nouerat do
lorẽ anime eius. Et vt dicit Damas.quia dolores quos
ipsa in sua non senserat parturitione nũc geminabant̃ si
bi in eius passione:ideoq̃ et ipse geminũ dolorẽ patieba
tur.s.crucis ꝛ matris. ¶ Ad conformandũ nos huic arti
culo cõpassionis materni doloris meditemur quantus
fuerit dolor pie matris/et talis matris pro filio tali quẽ
videbat tã crudeliter tractari: et tã miserabiliter mori.
Pensemus etiã quãt9 fuerit dolor cõpassiu9 filij ad ma
trem sibi compatientem quantus amor filij ad matrem
tam cordialiter eam discipulo cõmendãtis. Pẽsem9 in:
sup qualiter in illa cõmẽdatione cor virgineũ anxieba:
tur cũ ei ꝓ filio alien9:ꝛ ꝓ hoĩe deo hõ pur9 dabat̃. O q̃
miserabilis cõmutatio? Quis itaq̃ ista deuota medita:
tione pẽsans poterit se cõtinere a lachrymis? Quis nõ
cõpatit̃ mr̃i toti9 pietatis? Quis non misereatur matri
misericordie? Si ergo quo ad hũc articulum volumus
nos xpo cõformare cõpatiamur dolẽti matri sue:qꝛ cõ:
passus est ꝛ ipse. Iesu q̃ in cruce materne cõpassioni cõ:
patiẽs ipsam tuo dilecto discipulo et ei discipulũ cõmẽ
dare curasti:cõmẽdo me tibi in illa fide et dilectiõe qua
eos adinuicẽ cõmẽdasti/ ꝛ supplico tibi vt per tãte dile
ctionis pignora facias me ad amorẽ tuũ veraciter ꝑue
nire/et me eoꝝ cõmenda custodie/vt inter huius vite di
scrimina ab omni aduersitate/ꝛ in omi sanctitate ac pu:
ritate ꝛ castitate mentis ꝛ corporis vitã meã custodiãt:
et post huius vite exitum ad te:te miserante perducant̃.
¶ Hic nota ꝙ erat quidam religiosus qui tantam habe:
bat deuotionẽ in isto verbo.s. [mulier ecce filius tuus]
ꝙ fere per.xx.annos ꝯtinuauit lachrymas in tanta abũ
dantia ꝙ multũ de illis bibebat. Unde quando incipie:
bat cogitare totam passionem dñi/ꝛ veniebat ad locum
istum totus in lamenta ꝛ lachrymas dissoluebatur et di
cebat matri. O mater mea ecce qualiter pendet in cruce
filius tu9:vide q̃ũo derelictus est et morit̃ fili9 tu9. Itẽ
dicebat filio. Ecce mater tua lachrymosa et dolorosa:
vide q̃ũo stat dilectissima mater tua derelicta. Tu ergo
carissime frequẽter ita cogita ꝛ loquere ad filiũ pro ma

tre:et ad mrem pro filio vt grām obtineas vtriusqȝ. In hac aūt recōmēdatione intelligim⁹ nō solū iohānē/ sed et totā ecclesiā et quālibet fidelē aīam in iohāne.b.virgini cōmendatā/ ac eius seruitio et obedientie subditā. ipsamqȝ ecōtra toti populo xp̄iano vsqȝ ad finē mūdi ꝓ cōsilio et auxilio relictā:vt ipsa nos habeat in filios/diligendo nos et bonū nr̄m ꝓcurando affectu materno:ꝛ nos habeam⁹ eā in matrē dilectissimā ipam semꝑ amādo:ꝛ post deū suꝑ oīa honorādo. vn̄ Hugo de scō victore. Ex hoc loco vbi dictū est ecce mater tua intelligitur ꝙ virgo beata nō solū iohāni in matrē tradit̄: imo toti ecclīe vniuersisqȝ pctōribus in matrē assignat̄ cū dicit ecce mater tua. O pctōr desperate ecce mater tua.o verbū dulce:o verbū solaciosū:o verbū gaudiosū: ecce mater tua. Ipsa enī est mater dei et hoīs:mater rei et iudicis:non decet vt inter filios discordiā esse permittat. Si enī o pctōr maria est mater tua/ ergo et iesus est frat̄ tuus:et pater ei⁹ pater tu⁹:ergo et regnū et hereditas tua ergo grā marie quā inuenit apud deū est thesaur⁹ tuus. Ergo dilige eā ꝛ venerare tanqȝ pn̄tē tibi vbiqȝ/ꝛ āpli⁹ noli morari:sed ab hac hora accipe illā in tuā:vt ipsa tādem recipiat te in gloriā suam.hec hugo. Sicut ergo necessaria fuit nobis passio dn̄i ad saluandū:ita necessaria fuit hec recōmendatio ad nr̄m auxiliū ꝛ cōsiliū. Et propterea secure currendū est ad eā ꝓ quacunqȝ necessitate et vtilitate. Ipsa enī mater mīe nulli cōsueuit mīam denegare. vn̄ Ber. Sileat mīam tuā virgo beata:si qs est qui iuocatā eā in suis necessitatibus meminerit defuisse Hec quippe mīa nobis miseris est multū necessaria. vnde idem ber. Nos quippe in ceteris ꝟtutibus cōgaudemus tibi:sed in mīa tua potius nobisipsis. Laudamus ꝟginitatē:hūilitatē miramur:sed mīa miseris sapit dulcius:hāc amplectimur cari⁹:recordamur sepi⁹: crebri⁹ inuocam⁹. Ne timeas ad eā accedere:qꝛ mitis ꝛ dulcis est valde. vnde iterū Bern̄. Reuolue totā seriē euāgelij et si qd asperū / si qd durū inueneris in maria deinceps eā suspectā habeas:et ad eā accedere verear͛. Nos igit̄ studeamus vt exēplo iohānis ꝟginē beatā in matrē habeam⁹ si ipam volum⁹ hr̄e adiutricē. Cū enī sit triplex stat⁹ hoīs:scȝ in vita:in morte: et post mortē ipsa in hoc triplici statu adiuuat filios suos q eā hn̄t in matrē. Vñ cātat ecclīa. Maria mat̄ grē mater mīe.ꝛc. Adiuuat ergo in vita: sed in vita quidā sunt iusti ꝛ istis īpetrat ꝑseuerantē grām/ideo dr̄ mater grē.s. datrix ꝛ cōseruatrix alij sunt pctōres : et istis impetrat pctōrū veniam et dei mīam:ideo subdit̄ mr̄ mīe. Secūdus stat⁹.s.in morte est ꝑiculosus:qꝛ hostes.i.demones ad morientes accedunt et si qđ ius habēt exquirūt:sed beata virgo aīas in morte ꝓtegit et hostes expellit: iō subiūgit̄ tu nos ab hoste ꝓtege. Terti⁹ stat⁹.s.post mortē ꝛ aīe egressum similiter est ꝑiculosus:qꝛ ibi sunt demones rugiētes aīam deuorare volētes:sed beata virgo aīas in morte suscipit ꝛ in celum deducit:ideo subinfert̄ ꝛ hora mortis suscipe. O dn̄e iesu magr̄ bone recōmēdationē quā fecisti inter nos et matrē tuā ꝯserua in eternū:et da nobis grām vt ei valeamus taliter deseruire/ꝙ digne mereamur ei⁹ filij nūcupari/et ipa dignet̄ mater et dn̄a nr̄a dici. Asexta aūt hora facte sūt tenebre visibiles vsqȝ ad horā nonā suꝑ vniuersā terrā. Qꝛ enī agnus innocēs ꝛ verus sol iusticie ecclipsim patiebat̄: sol iste visibilis clarissimū mūdi lumē factori suo ꝯpatiēs lucis sue radios retraxit et occultauit: nō valēs intueri pendentē dn̄m/ac mortis ei⁹ vilitatē et acerbitatē. vn̄ chry. Sol obscurat⁹ est: nō enī ferre poterat creatura iniuriā creatoris. Retraxit radios suos:celauit igneū iubar ne videret impiorū facinora.hec chri. Hoc aūt factū fuit triplici rōne. Primo vt natura isensibilis xp̄o ꝯpatiēs corda lapidea ad verā xp̄i cōpassionē emolliret. Scđo vt eclipsatio lumis solaris subtractionē veri luminis in cordibus iudeoꝝ:et militū xp̄m crucifigentiū ondēret. Tertio ne corp⁹ xp̄i nudū i cruce et mortē ei⁹ exprobratissimā ab impijs cū gaudio videri:vel eos sua luce frui ꝑmitteret. Non fuit ista eclipsis naturalis qđ patet ex rōne durationis :qꝛ nūqȝ pōt fieri naturaliter ꝑ tres horas. Scđo ratione tēporis:qꝛ īpossibile est fieri eclipsim nisi in coniūctione solis ꝛ lune:sed tūc luna erat plena ꝛ e regione ad solē. Tertio rōne gn̄alitatis:eclipsis eī nunqȝ potest esse suꝑ vniuersam terrā sicut dicit hic:qꝛ apud athenas hoc visū fuit.

Maria mater ecclesie toti⁹

Maria in triplici statu nos adiuuat.

Tenebre facte

Causa tenebrarum

Eclipsis non naturalis

vnde Dyoni. Apud heliopolim tunc pn̄s vidit hoc fieri per interpositionē lune inter terrā et solē:sicut fit in eclipsi solis:qꝛ vidit lunā ab oriente ascendentē versus meridiē et se supponentē soli/et trāsacta eclipsi luna redijt ad orientē: ita ꝙ in vespere fuit in oriēte sole existēte in occidente:ꝛ sic orbes totū sunt ad ꝓstinū statū restituti vnde patet etiā defectū ꝛ repugnationē solis nō ex eadē parte:sed econtraria fm̄ dyametrū incepisse. Item ille tenebre palpabiles erant et obscure: et nigre sicut tenebre egypti sub pharaone.tenebre aūt ex eclipsi solis naturali ferruginee sūt et aeree et aliquātulū clare. Patet ergo ꝙ illa eclipsis nō potuit naturalr̄ esse:sed miraculosa:et soli xp̄o qui est causa oīm passibilis. Et qꝛ trib⁹ horis protense sunt tenebre: ideo has tres horas representam⁹ tenebris triū noctiū:vel potius in memoriā triduane sepulture tribus noctib⁹ celebram⁹ quasi triduanas exequias xp̄i mortui qꝛ nec alibi monachi nouē lectiones faciunt nisi hic et ꝓ mortuis. Et tūc etiā ꝓmat⁹ tenebrarū insinuatus est:qꝛ in illis diebus tenebre ceperunt diē precedere. His etiam horis:scilicet a sexta vsqȝ ad nonā magis obtenebrantur hoīes comessationibus ꝛ ebrietatibus vacando. O quāti et quales etiā religiosi his horis tenebris voluptatū effrenate se immergūt qꝛ ea que christus tunc passus est tanqȝ ingrati parū cogitant vel attendūt. Tibi dn̄e iesu morienti cōpassus est sol:proinde precor et obsecro vt me quē rationalē cōdere dignatus es/sic facias tua pietate cōpati tibi morienti: et pro nobis impijs in crucis squalore pendēti/vt in vita mea nō gaudeā in luce glorie tēporalis / neqȝ diem hominū desiderē.sed toto mētis ardore desiderē diē tuū. Quartum verbū fuit quādo circa horā nonā pre nimia doloris angustia clamās voce magna dixit hely hely lama zabathani. Et quod hebraice dixit euangelista exponit dicens hoc est. Deus meus cuius sum filius per naturam inquantum deus deus meus cuius sum filius per vnionis gratiā inquātū homo:et sic geminatio duplicē ostendit naturā in eo vt quid dereliquisti me .i. penis et morti exposuisti. Hoc nō loqͥtur deitas que passa nō fuit:qꝛ diuinitas in christi passione semper illesa mansit Sicut si sole suplucente in ligno securis lignū incideret sol impassibilis permaneret:multomagis verbi diuinitas fm̄ ypostasim carni vnita carne patiente permanet impassibilis et illesa. Sed loquitur hoc humanitas que videbatur derelicta et dolorem sustinuit: quia illa morti tradita et passa fuit.q.d. Pater intantum mundū dilexisti ꝙ me pro ipso tradidisti:et dereliqͥsti iudeis ꝛ morti. Subtraxit enim protectionē:sed non soluit vnionem Hoc etiam dixit vt magnitudinem sue pene ostenderet Ita enim grauiter dolebat/ac si nō dei filius:sed inimicus esset. Et ideo penitus videbat̄ derelictus a deo nullum refrigeriū vel iuuamen recipiens ab eo. Derelictū ergo se clamat: quia licet multi multa propter deū passi sint/oībus tamen deus aliquid consolationis et refrigeriū ministrabat:xp̄m vero totaliter dolori subiecerat vt doleret quantū dolere poterat. Unde non est intelligēdū ꝙ diuinitas humanitatē deseruerit vel ab ea separata fuerit: deū enī quē inuocabat inseparabiliter semꝑ secū habebat:qꝛ nunqȝ desinebat esse de⁹/siue aīa cōiūcta corpori/siue separata:nā et tūc aīa illa erat deus:et corpus mortuū erat deus:sed qꝛ tradit⁹ erat ita calamitatibus ꝙ videbatur a deo derelict⁹ quasi fm̄ hūc sensum diceret. Ut qđ tā immanib⁹ et intolerabilibus me exposuisti doloribus ꝛ penis/ac si me dereliqueris. Uehementissimo enī dolore in carne sua tenerrima tenebat̄:ꝛ amarissimo dolore pro cōpassione sue matris et alioꝝ in aīa torqͣbatur. Et tn̄ ꝓ bono nr̄o ipsemet voluit hec transire:ꝛ sic sustinebat vt nos aliquando exemplo suo taliter patiamur/ ac si deo derelicti videamur. Siue qn̄ dn̄s vult nos ꝓbare:vel nosmetipsi volum⁹ nobis etiā aliqͣs penas inferre vt sic dn̄o nr̄o conformemur in pena vt et possimus cōformari in gloria. Uel se derelictū a deo patre dicit : quia tunc fere inutilis videbatur ei⁹ passio. De toto enī genere hoīm nō videbat̄ aliquis redimi nisi latro/q fere sol⁹ in eū credebat:excepta beata virgine que tunc etiā credidisse nō ambigitur: in huiusmodi enī ipa semper excipitur. O domina mea qͣto dolore tenebaris quādo filiū tuū sic clamantē audiebas. Et attēde ꝙ in isto clamore nō erāt adhuc tenebre ꝛ ideo qđ de tenebris

Dyonisi⁹ eclipsim vidit

Derelict⁹ cur dicat̄ christus.

Verbum acerbitatis.

est dictū est per anticipationē accipiendū. Hoc quartū
verbū christi fuit magne acerbitatis: q₂ clamādo osten:
dit magnitudinē sui doloris: qui tantus fuit ꝙ pre eius
acerbitate se clamat a pr̄e derelictū/et in acerbitate pas
sionis omni solatio destitutū. Que quidē acerbitas pas:
sionis ex hoc apparet ꝙ ipse patiebaꝛ exterius in toto
corpore/ꝛ ex omni parte sensuū/ꝛ ex omī genere tormē:
toꝝ: intus vero ex materna compassione que oēs christi
dolores corporales in seipsa per materni cordis cōpas:
sionē plenissime trāsformabat: et ex discipulorū lapsu et
excecatione qui oēs tunc a fide exciderāt: necnō ex pre:
ciosi sanguinis tā multiplici de ꝑditione: q₂ cōsiderauit
ꝙ preciū sue redēptionis in tot hoībus ingratis anni:
chilari debuit hoc enim. ſm Bernard. maiorē dolorem
ei intulit q̄₃ omnes pene quas extrinsecus pertulit. Un:
de bis ingeminat deus meus vt ex hoc ostēdatur immē
sitas sui doloris: tā in carne q̄₃ in aīa q̄ₜū ad vires infe:
riores corpori affixas: q₂ in superiorib⁹ viribus anime
fruebaꝛ ꝑfecte/licet ī inferiorib⁹ torq̄retur acerbissime.
Clamauit etiam voce magna peccatū inclinando quod
fuerat tāte mortis ꝛ miserie causa. q₂ ſm Ambro. quoꝝ
suscepit naturā horum plorauit miseriā: ꝛ vt duritiā hu

Cōpatiendum xp̄o triplici ratione.

mani affectus ad sui excitaret compassionē. Sciendum
tñ ꝙ homo rationabiliter debet moueri ad cōpatiendū
christo triplici ratione. Primo ex motu creature insen:
sibilis que tota xp̄o morienti compassa fuit. Secūdo ex
cōditione sue ꝓprie nature: natura enim tot mēbra ꝓui
dit corpori hūano quot sunt dies in anno (vt dicūt phi:
sici) ad designādū ꝙ nō sit dies vel momentū in quo hō
beneficiū redēptionis affectuose et cū gratiarū actione
nō debeat recordari. Tertio ex diuine vocis imprecati
one: q₂ ipse spōsus amaritudinē sue passionis iubet sine
interuallo iprimi nostris mēsibus dicēs: pone me sicut

Can. viij
Canti. j.

signaculū super cor tuū. Cui voci aīa deuota obtempe
rans respōdet: fasciculus mirrhe dilect⁹ me⁹ mihi: inter
vbera mea cōmorabiꝛ. De hoc clamore appropriate di
ci possunt verba beati Aug. in sermone. Satagētis ꝛ sol
liciti pro nobis ī tribulatione positi verba sunt ista: ver
ba quidē teneritudinis et meroris verba amaritudinis
et doloris. Nā qui deuote cōsideraret ex q̄₃ anxio gemi:
tu: ex q̄₃ alto singultu: ex q̄₃ profundo luctu: ex q̄₃ amaro
planctu hec vox in cruce proruperit ab ore dñi iesu: nul
lus est si haberet pect⁹ ferreū quin molliretꝛ cōpūctione
si saxeū quin scinderetur cōpassione: si ligneū q̄n flecte:
retur cōdilectione: si ereū quin liquaretꝛ contēplatione.

Duplex natura in christo.

In hoc verbo duplex natura in vna ꝑsona xp̄i clama:
uit ad duas ꝑsonas in vna essentia dei: et ideo geminaꝛ
ꝑsona sub eodē actu verbi deus meus deus meus vt q̄d
dereliquisti me. Clamabat enī in christo affectio ratio:
nalis nature/propter zelum ardētissime compassionis.
clamabat afflictio sensualis iacture propter telū acutis
sime passionis. Clamat affectio rōnalis de⁹ de⁹ me⁹ vt
quid dereliquisti me: in tāto mētis suspirio et merore: q̄
nō dereliquis clamātes ad te. Clamat afflictio sēsualis:
deus meus deus meus vt q̄d dereliquisti me in tāto car
nis supplicio et dolore: qui nō derelinquis presumētes
de te. Magnā enī patiebatur exterius amaritudinem:
sed longe plus cruciabaꝛ interius ꝓpter ingratitudinē

Hugo in ꝑsona xp̄i nos alloquentis.

Unde Hugo inducit eū ī cruce sic loquentē. Cerne ho
mo q̄d pro te patior: vide penas q̄bus afficior: vide cla:
uos q̄bus cōfodior: et cū sit tant⁹ dolor exterior/intus
tamē plāct⁹ est grauior tā ingratū dū te experior. Per
hoc verbū quartū docemur ad deū ī necessitatibus cla
mare/ꝛ in periculis ad orationē recurrere. vñ Aug. In
sup addidisti deus meus vt quid dereliq̄sti me/vt oñde
res effectū orationis/que sicut scutū accipienda est con
tra iacula tentationis in tp̄e tribulationis. Orauerat si:
quidē dñs iesus in horto: orat ꝛ ī patibulo q₂ reuera orō
est subsidiū in periculo. Ascende igitur anima mea tur:
rim et castrū orationis. ipsa etenī est vnguentū egroto:
rum: scutū infirmoꝝ: adoramentū ciuiū supernorū. hec
Aug. Ex hoc ergo articulo derelictionis xp̄i a deo ha
beꝛ documētū ꝙ in nostris tribulationib⁹ debemus ad
deū recurrere: ꝛ ei desolationē nostrā cōqueri orādo vt
ipse tribulationē nostrā digneꝛ respicere. Sicut xp̄us q̄
in angustia tribulationis posit⁹ clamauit ad deū patrē
dicēs [de⁹ me⁹ deus me⁹ vt q̄d dereliquisti me. Quod
(ſm glo.) nō solū fuit verbū cōquestionis: sed et orōnis
Mane autem sabbati stabāt simul i domo ianuis clausis dn̄a et alie socie cū iohāne: afflicte et dolorose tanꝗ̄ orbate et plene merore: memorātes angustias tribulationis hesterne. Sedebant simul aspicientes se tātū ad inuicē cū lachrymis: sicut cōtingere solet magna ꝑssura et calamitate grauatis. Successiue autem veniunt discipuli plorantes. et ipsi tandem cessantes a fletu loqui de dn̄o suo incipiūt: ⁊ cum lachrymis discipuli se redarguūt ꝙ eū dereliquerūt. Et de his que fecerat dn̄s iesus cū eis narrāt adinuicem: mō vnus modo alius: et sic per ordinem. Intuere igit̄ eos diligenter et eis compatere: q2 in magna sunt afflictione. Quid enī est videre ꝙ dn̄a mundi et principes eccl'iarū ⁊ oīm populorū: ducesq3 diuini exercitꝰ/sic timorosi et afflicti stant in quadā domūcula reclusi/nesciētes quid facere debebant/nisi ꝙ conferunt et se cōfortāt de verbis et factis dn̄i sui. Domina tn̄ semp mēte trāqlla et pacata stabat: q2 certissimā spē de resurrectione filij sui habebat: ⁊ in ea sola remansit fides eccl'ie in ipsa die sabbati: et propterea spāliter dies sabbati attribuit̄ ei. Et ideo alijs luminaribus extinctis vna cādela in tenebris seruat̄ accēsa: q2 lumē fidei in sola remansit virgine maria. vn̄ Aug. Quē genuit virgo iniuste mori dolebat: sperans autem et firmiter credens ipsum ꝟm ꝓmissum tertio die morte deuicta resurgere: in hac enī sola interim fides ecclesie i triduo illo stabat. Et dum vnusquisq3 vacillando hesitabat: hec que fide cōcepit fidē quam semel a deo susceperit nunq̄ perdidit: speq3 certissima resurrectionis gl'iam expectauit. hec Aug. Non tn̄ poterat ipsa domina gaudēter stare propter memoriam mortis filij sui passi iniustē. Et sabbato quidē siluerūt ꝟm mandatū legis. i. ab operibꝰ quieuerunt: nā sabbatū custodire oportebat: et tunc neq3 vēdere/neq3 emere/neq3 quid tale aliquid fieri licebat. Vn̄ ⁊ ipm̄ sabbatū requies seu intermissio est dictum. Magna est dignitas sabbati: q2 in eo tota trinitas requieuit. Nā pater requieuit ab opere creationis qd̄ fuit magne potētie. Filiꝰ ab ope recreatiōis qd̄ fuit infinite sapiētie. Spūs sanctꝰ requieuit hodie in ꝟgine qd̄ fuit magne et infinite bonitatis: q2 ipa stabat ceteris sc3 apostolis et mulieribꝰ a gr̄a spūs sancti cadentibus. [Cū autē trāsisset sabbatū] sero facto: et stellis apparētibꝰ post solis occasum cū operari erat licitum [marie magdalene et maria cleophe et salome] vadunt emere aromata pro faciēdis vnguētis ad corpꝰ iesu sacratissimū perungendum. Intuere igitur eas diligenter et que faciunt: quomodo eundo et redeundo mestis vultibꝰ more viduarū et orphanorū incedūt. Emunt aromata: et redeūtes parant se ad faciendū contra corruptionē vnguenta: quasi nescientes illud ꝓpheticū: non dabis sanctum tuū videre corruptionē. vnde Theo. Neq3 tamē fidē debitā adhuc habebāt: sed ei quasi puro hoī aromata et vnguēta parabant more iudeorū: qui talia exhibebant defunctis hec Theo. Aromata dicūt̄ quasi acromata: q2 diffundebant lōge lateq3 odorē in aerē: et significāt ꝟtutes quas in cōuersatiōe mulieres habebant: et famā crucifixi que longe lateq3 diffundēda erat. deuote ergo mulieres ille et sancte/q̄ fuerāt viuēti obsecute/ vt etiā mortuo pietate officiosa famulatū possent impēdere [emerūt aromata] et parauerūt vnguēta [vt venientes] mane ex deuotione ad visitandū sepulchrū [vngerēt] corpꝰ iesu sacratissimū: neq3 enī vespere sabbati ꝑoccupāte iā noct] articulo adire valuerūt monumentū. Cōspice nūc quō fideliter et deuote cū lachrymis et suspirijs ꝓ dn̄o suo laborant ꝟm ꝙ melius sciūt. Et in huiusmodi operibus per totā noctē laborauerūt: ⁊ nihil vl' parū quietis habuerūt Dn̄a vero et apostoli aspiciūt/⁊ forte adiuuant in quibꝰ possunt. Adiuua et tu eas si permitteris et potes. Venit hic in consideratione: quid fecerit dn̄s in triduo mortis sue. Corpus quidē eiꝰ fuit in sepulchro: aīa vero cum sanctis patribꝰ in limbo/et deitas vtriq3 ꝯiūcta. Nā q2 passio nō attingebat in xp̄o diuinā naturā sed hūanā: ideo i morte xp̄i facta est sic diuisio aīe a carne: vt tn̄ salua esset vnio tā carnis q̄ aīe cū diuinitate. vt enī ait Leo papa: forma serui et forma dei q̄ in vnitatē cōuenerunt/nec separationem possunt hr̄e/nec finē: dū ita sibimet inhesērūt/vt siue in omni potētia/siue in contumelia: nec diuina in xp̄o careant hūanis/nec hūana diuinis. Tunc impletū est qd̄ de seipso dixerat. Sicut fuit ionas in vētre ceti tribꝰ diebꝰ et tribꝰ noctibꝰ/sic erit filius hoīs in corde terre. Sepultura enī xp̄i triduana in iona qui triduo fuit in ceto prefigurata. hoc autem de sepultura xp̄i ꝟm Aug. Accipiendū est sinodochice. s. accipiēdo partē pro toto. Fuit enī dn̄s in sepulchro per extremā partē parasceues/ꝑ quā tota dies cū sua nocte iā ꝑterita accipit̄: et per totū sabbatū qd̄ integrā diē et noctem cōplectitur: ⁊ ꝑ ꝑmā ꝑtē diei dn̄ice. s. ꝑ noctē sequentē sabbatū/ꝑ quā tota dies dn̄ica ad quā ꝑtinet intelligit̄. Et sic sunt tres dies naturales: et qlibet noctē suā habet precedentē. Et tūc mutatus est ordo dieꝝ naturaliū/nō q̄tū ad ordinē obseruatiōis: sed q̄tū ad ordinē creationis. Nam ante ordo erat vt dies ꝑcederet noctē: q2 ꝑmo creata ē dies et subsecuta est nox: sed deinceps creator temporū fecit vt nox ꝑcederet diē: q2 nox qua surrexit adiūcta est diei qua se ostēdit. vn̄ Aug. Sicut ꝑmo cōputabant̄ dies ꝓpter hoīs cōditi lapsum a luce gr̄e i noctē culpe: ita nūc ꝓpter hoīs reparationē ꝑ passionē: et resurrectionē xp̄i a tenebris culpe in lucē gr̄e merito cōputantur. vnde et Beda. Dn̄s actor et ordinator tēporū/q̄ in vltima noct] huiꝰ parte surrexit: totā eā nimirū eiusdē resurrectionis luce festiuā et chorus cā reddit. Siquidē hucusq3 ab exordio mundane creationis: ita tēpoꝝ cursus distinguebantur vt dies noctē precederet iuxta ordinē videlicet prime conditionis. Hac autē nocte tēporū ordo mutatꝰ est ꝑ mysteriū resurrectionis dn̄ice. Nā q2 nocte a mortuis resurrexit/die ꝟo sequēti eiusdē resurrectiōis effectū discipulis ostēdit: ꝑticipato cū eis cōuiuio veritatē virtutis eiꝰ mirantibus simul et gaudentibꝰ astruxit: rectissime nox illa sequētis diei luci cōiūgit̄: ac sic tēporū ordo statutꝰ est vt dies noctem sequat̄. Et quidē aptissime quodā nox sequebat̄ diē: q2 hō a luce paradisi peccādo lapsus in huius seculi tenebras erūnasq3 decidit. Aptissime vero nūc dies sequit̄ noctē/qn̄ ꝑ fidē resurrectionis a peccati tenebris et vmbra mortis ad lucē vite xp̄o largiente reducimur. vn̄ etiā petrꝰ cātor in exordio conditionis rerū cōputat̄ dies cū nocte sequēti: q2 in ꝑmaria creatione rerū precessit dies noctē. Primo enī facta est lux. postea vergente luce ad occasum facta est nox: et ita fuit vnꝰ dies naturalis dies ꝑcedēs cū nocte sequenti. In passione vero dn̄i facta est mutatio ordinis naturalis vt. s. cōputet̄ nō precedēs cū die sequēti pro mysterio: nox q3 precedat diem/ac sup hoc dicatur mystice fuistis aliqn̄ tenebre: nūc aūt lux in dn̄o: ⁊ nox ꝑcessit/dies autē appropinquauit: hanc aūt cōmutationē naturalis cōputationis in artificialem voluit dominus prefigurare in legitimis. Ideoq3 precepit obseruātiam sabbati et legaliū fieri a vespera in vesperam. hec petrus. Et sic vt visum est quidā dicūt hanc mutationē factā in parasceue: vt nox. s. quinte ferie fuerit etiā parasceues. alij in nocte resurrectiōis/vt nox illa cōmunis fuerit sabbato et

Marie spes et fides.

Fides in triduo in sola maria.

Sabbatū trinitatis sancte.

Mr̄.xv.

Diuinitas nō dereliqt animā et corpus.

Jone.ij.

Triduū sinecdochice.

Ephe.v.

G

diei dñice: sed totū ad vnū tēdit sensum et effectū. Illa
ergo hora qua saluator noster inclinato capite spm̄ emi:
sit/corpore in cruce derelicto/aīa simul cum diuinitate
Descēsus xpi ad inferos. ad inferna spoliāda descēdit. Cū aūt ad inferos descen
deret:et chorus angelicꝰ ante faciē eiꝰ portas principū
tolli preciperet:sanctorū populus qui tenebaꝛ in morte
captiuꝰ voce lachrymabili clamabat. Aduenisti deside
rabilis quē expectabamꝰ in tenebris/vt educeres vincu:
latos de claustris. Te nr̄a vocabāt suspiria:te larga re:
quirebāt lamēta. Tu factus es spes desperatis: magna
ꝯsolatio in tormētis. Sed q̄s per singula dicere valeat
quāta ibi letitia fuerit cū xpus sol iustitie eis apparuit:
et habitantibus in regiōe vmbre mortis diu noue lucis
expectata claritas radiauit. Et stetit dñs cum eis ibi:et
tunc fuerunt in glīa:nā visio dei pfecta est glīa. Ibidem
fuit et latro cui dominꝰ dixerat hodie mecū eris in para
diso. Nomine paradisi notaꝛ ibi dei fruitio et visio diui
na:q2 peracta passione tam ipse latro q̄3 alij qui erant in
Dani.iij. limbo viderūt deū per essentiā. Istud qd̄ christus infer:
nū introiuit et sanctos letificauit/ prefiguratum erat in
tribus pueris in fornace babilonis:vbi ad ingressum an
geli ignis versus est in suauitatem roris. Qui in fornace
erant fuerūt pueri: sic in limbo nō erāt nisi innocētes et
pueri. Qui enī añ plenariā satisfactionē descēdebant in
purgatorio purgabanꝛ:et tūc ad limbū ascēdebāt. Istd
etiā prefiguratū fuit p danielē i lacu leonū:cui dñs mi:
sit per abacuch prandiū. Dñs danielē illesum a leonibꝰ
custodiuit:et per angelū refectionem sibi misit. Sic deꝰ
patres in limbo a demonibus defensauit:et tandem ipse
veniens diuina refectione eos pauit. Et sciendum q̄ no
men inferni sumitur dupliciter:scilicet pro pena/et loco
pene. Scd̄m primū modum dicitur q̄ demones semper
Infernus penar̄ q̄druplex. infernū secū portant. Sed prout infernus pro loco pene
sumitur sic quadrupliciter distinguitur. Unus infernꝰ
dānatorū in quo est pena sensus et dāni.id est sensibilis
pena et diuine visionis carentia:et sunt ibi tenebre inte:
riores.id est absentia diuine gratie:et exteriores.s.corpo
rales. Super istum est limbus puerorū in quo est pena
dāni et nō sensus:et sunt ibi tenebre interiores et exterio
res. Super hunc est locꝰ purgatoriꝰ in quo est pena sen:
sus et dāni ad tēpus:et sunt ibi tenebre exteriores et nō
interiores:q2 per grām hn̄t lucē interiorē. Supremꝰ lo:
cus inter hec est limbꝰ sanctorū patrū/ in quo fuit pena
dāni et non sensus: et fuerunt ibi tenebre exteriores: sed
non tenebre interiores et priuationis gratie diuine. Ad
hūc locū xp̄s descēdit/ꝛ suos q̄ nō ꝓpꝛ reatū ꝑsone/ sed
ꝓpter reatū nature detinebanꝛ inde liberauit:ꝛ sic ifer:
num momordit:q2 partē eius abstulit et partē reliquit.
mortē vero ꝓstrato mortis autore quo ad electos peni:
tus destruxit:vt ille q̄ nihil iuris habebat in capite qd̄ i:
uasit per iiustitiā plus petēdi/etiā id ꝑderet qd̄ habere
videbatur in corpore qd̄ decepit. Christus enī ſm natu
ram diuinā impassibilis et immortalis fuit:q2 passio vel
mors pena est peccati:sed ip̄e sine peccato venit et absq3
peccato vixit:ſm potentiā vero et mortalis voluit esse ꝛ
Mercedē mortꝫ sue dedit xp̄s homini. passibilis. Mercedē quoq3 sue mortis dedit homini:ꝓ
quo oīa sustinuit:pro passione impassibilitatē: pro mor:
te immortalitatē: pro peregrinatione eternā patriā. vñ
Leo papa. Persistit improbꝰ predo et auarus exactor
in eū qui nihil ipsius habebat insurgere/ ab illo iniquita
tis exigēs penā:in quo nullā repperit culpā/ et per iusti:
tiam plus totiꝰ debiti summa vacuaꝛ. Fortis ille nectiꝛ
vinculis suis:et oīe cōmentum maligni in caput ipsius
retorqueꝛ. Ligato mūdi principe captiuitatis vasa re:
piuntur. vñ ꝛ Ans. Uitā homo deus cū ex debito mori
nō deberet/quoniā peccator nō erat/ spōte sua dedit ad
honorē patris:cū eā sibi auferri ꝓpter iusticiam ꝑmisit.
Dedit itaq3 humana natura deo patri in illo sponte et
nō ex debito quod suum erat/vt redimeret se in alijs in
quibꝰ qd̄ ex debito exigebaꝛ reddere non habebat. Sic
hō ille redemit oīes alios:cū qd̄ sponte dedit deo com
putauit pro debito qd̄ illi debebāt. Quo p̄cio non semel
tm̄ homo a culpis redimitur.sed quotiens cū digna pe:
Dyabolꝰ a se non a christo deceptus. nitentia redierit recipitur. hec Ansel. Non tamen deus
dyabolū fefellit aut fallere voluit: sed dyabolꝰ seipsum
in deū insurgendo decepit. vnde idem Ansel. Cur bone
domīe/pie redēptor/potens saluator/ cur tantā virtutē
operuisti tanta humilitate:an vt falleres dyabolum qui
fallendo hoīem eiecit de paradiso? Sed vtiq3 veritas
nullū fallit qui ignorat:qui nō credit veritatē ipse se fal:
lit:qui veritatē videt ꝛ odit vl' cōtēnit/ ipse se fallit:veri
tas vtiq3 nullū fallit. An ideo vt ipse dyabolꝰ se falleret?
Sed vtiq3 sicut veritas nullū fallit:ita nō intēdit vt ali
quis se fallat/q̄uis hoc dicaꝛ facere cū ꝑmittit. Nō enī
assumpsisti hoīem vt te notū operires: s3 vt ignotū ape:
rires. Uerū deū verū hoīem te dixisti/ et operibꝰ osten:
disti. Res per se fuit occulta:nō studiose occultata. Nō
sic est facta vt abscōderetur:sed vt suo ordine ꝑficeretur
Nec vt aliquē deciperet:s3 vt quēadmodū oportebat fie
ret. Et si dicitꝛ occultata:nō est aliud q̄3 nō est oibus re:
uelata. Nam ꝛ si veritas nō oibus se manifestat/nulli tn̄
se negat. Ergo dñe nec vt falleres/nec vt aliquis se falle:
ret sic fecisti:sed vt faceres qd̄ et quomodo faciendum
erat in veritate per oīa perstitisti. Qui ergo se fefellit in
tua veritate:nō de te sed de ꝓpria queratur falsitate. hec
Ansel. Predictꝰ quoq3 locus supremus:sc3 limbus pa:
trū ad quē christus descendit/sinus abrae dicebaꝛ: quia
ibi abraam fuit cū liberādis/ cui primo huiusmodi libe:
ratio est ꝓmissa:sed nunc celum empyreū sinꝰ abrae est
quia ibi iam est abraā. A nullo aūt predictorū locor̄ est
trāsitus ad aliū:nisi de tertio ad quartū.hoc est de pur:
gatorio ad limbū sanctorū. Unde quando cantamus:li
bera animas fideliū defunctorū de penis inferni/ sumi:
tur ibi infernus pro purgatorio:sicut et ibi sumitur pro
limbo qñ christus dicitur ad inferos descendisse:vel in:
fernum destruxisse. Igitur ſm Greg. qd̄ ante passionem
promisit: in resurrectione sua dñs adimpleuit. Si exal: Job.xij.
tatus inquit fuero a terra oīa trahā ad meipsum: oīa
videlicet electa. Omnia nāq3 traxit qui de electis suis
apud inferos nullū reliquit: quos suos in fide et actibꝰ
recognouit. Expansis in cruce manibꝰ exaltatꝰ a terra
traxisti ad te oīa: p̄cor ꝛ obsecro te benigne dñe noli me
dimittere in sceno cōcupiscētiarū:trahe me ad te vt cru:
cifigar tibi:et mūdo mortuꝰ tibi viuā: viuā vero iā non
ego: viuas aūt in me xp̄e. Cōsidera hic attēte quāta fuit Humilitas xpi in descensu.
christi benignitas in infernū descendere: q̄nta charitas/
quanta humilitas. Poterat enim vnū ex angelis ad eos
mittere et facere ipsos seruos suos liberari et sibi p̄senta
ri prout voluisset/si hoc suus amor ꝛ humilitas sustinuis
set. Per seipsum ad inferna descendit/ et non vt seruos
sed vt amicos dominus oīm eos visitauit:et ibidem vs:
q3 ad diem dominicū prope aurorām cum eis stetit. Iu:
bilauerūt sancti patres in suo aduentu: et repleti sunt io
cunditate immensa oīni miseria procul pulsa. Et proci:
dentes adorauerūt:et surgentes stabant in laudibꝰ et cā
ticis corā eo cū reuerentia et ingenti exultatione. Et in
huiusmodi laudibus et canticis et iubilationibus stete:
runt in limbo vsq3 prope aurorā diei dominice:et in con:
spectu etiā multitudinis angelorū ibidē exultātiū et iu:
bilantiū cum eis. Assiste et tu/ac in vocem exultationis
et iubilationis erumpe:sanctorūq3 melodie tuas preces
interpone. O q̄3 dulce et q̄3 iocundum talibꝰ interesse: vel
saltē a longe talia contemplari. Tunc portis inferorum
confractis: et dyabolo magno alligato accepit eos do:
minus cū exultatione ab inferis educens: et ante eos cū
gloria et triumpho letus procedēs:sanctorūq3 exercitu
comitante ad superos rediēs:posuit eos in paradiso de:
litiarū et voluptatis/qui est ad orientē in extremis ma:
ris. Tunc verus sampson moriēs hostilē exercitum pro
strauit:et agnus sine macula in sanguie testamēti sui de
lacu in quo nō erat aqua vinctos eduxit. Tunc q3 ange
lus loth cum suis de zodoma eripuit:et nepharios igne
sulphureo inuoluit. Tunc etiā angelus egyptū deuasta
uit:et filios israel inde liberauit. Cum ergo fortis arma
tus:scilicet dyabolus custodiret atrium suum. id est lim
bum:christus fortior superueniens atriū suum intrauit:
et ipsum per crucem suā deuincens alligauit. Istud ba:
nanias olim in figura demonstrauit qui ad leonē i cister
nam intrans cum virga sua ipsum ꝓstrauit. Sic christꝰ j. Par.xj.
intrauit ad dyabolū in infernum:et per sanctam crucem
prostrauit ipsum. Per fortissimum etiam sampsonem Jud.xiiij.
christus fortissimus designatur:a quo infernalis leo sci:
licet dyabolus superabatur/et potentia sua priuaba:
tur:et tunc homo est liberatus de captiuitate dyaboli:
ca que olim fuit in captiuitate egyptiaca prefigura:
ta. ¶ Filij israel in egypto a pharaone oppressi clama:

Exo.ij. uerunt ad dñm pro sua liberatione:et misertus domin⁹
liberauit eos de captiuitate. Ita gen⁹ humanũ a princi:
cipe tenebrarum detentum clamauit pro sua redemptio
Gen.xv. ne ad dominum:et misertus eius liberauit ipsum. Hanc
liberationẽ hominis deus prefigurauit qñ abraã de hur
chaldeorum liberauit. Chaldei enĩ hur hoc est ignẽ pro
deo coluerunt:qd cum abraam renueret ipsum in ignem
piecerunt. Deus autẽ ver⁹ quem ipse coluit de igne eum
Gen.xix. liberauit:sic et sanctos de inferno redemit. Hanc etiam
redemptionem hominis deus prefigurauit: qñ loth cũ
suis de subuersione zodome liberauit. De zodomis tñ
boni liberati fuerũt:mali aũt igne et sulphure interierũt
Sic christus bonos tãtũ de limbo liberauit: de inferno
aũt dãnatorũ neminẽ eripuit. Et iusti quidẽ cũ tanta le
ticia liberantur. Sed quid putas indicibilis amaritudi
nis et inconsolabilis doloris:immo extreme damnatio:
nis accidit:remanentibus in igne extinguibili/ hyme im:
mortali: tenebra palpabili morte ĩfinibili. Ve illis qb⁹
datũ est hoc potius experiri ꝙ credere vel timere. ¶ Ali
qua vero morula in paradiso facta cum eis:ꝛ etiam cum
helia et enoch ipsum recognoscentibus ꝛ exultantibus
dixit eis:qꝛ esset tempus vt iret ad excitandum ꝛ reassu:
mendum suum corpus. Qui omnes procidentes adora:
uerunt:rogantes vt cito rediret: qꝛ gloriosissimum cor:
pus suũ videre plurimũ affectabant. Da et mihi dñe be:
nignissime corpus tuum gloriosissimũ in secũdo aduen:
tu tuo cũ gaudio videre:et de tua visione eternaliter cum
electis tuis gaudere. Cõsidera nunc quomodo oĩa que
christ⁹ ꝓ nobis pertulit pro nostra vtilitate pati voluit.
vnde Hiero. Quedam ex his colligẽs sic dicit. Oppro:
bria autem eius nostrum abstulere opprobrium. ¶ Vin:
cula eius nos liberos fecerunt. Corona spinea capitis
eius dyadema regni adepti sumus. vulneribus eius sa:
nati sumus. Sepultura eius resurgimus. et descensu ad
inferos ascendimus ad celos. Oratio.

O Bone iesu nec adhuc satiata est tue ineffabi:
lis clementia pietatis / nisi et inferni claustra
penetrans tuos captiuos redimas. Descẽdit
igitur illa felix tua et sanctissima aĩa ad infe:
ros educens vinctos de tenebris et vmbra mortĳ. Descẽ
dat et nunc iesu misericors ꝑ hanc ineffabilem pietatem
tuam grã et misericordia tua super animas famulorum
famularũq; tuarũ parentũ ꝛ propinquorum meoꝝ fami
liariũ benefactorum et recommendatoꝝ: vt eas a penis
quas pro peccatis suis merentur eripias / et ad gaudia
eterna perducas Amen.

¶ De resurrectione dñi. Capitulũ.lxix.

mat.xxix. NUnc ſm Hieronimũ aro
matibus redolentibus cum sponsa ꝛ
adolescentulis que currunt post eam
conspergimus librum ꝛ cubiculũ mẽ
tis nostre. Nunc introducit nos rex ĩ
cellaria sua:nunc surgit amica maria
hyẽs abijt/ pluuia recessit:flores visi
Canti.ij. sunt in terra nostra. Vox turturis audita est ĩ terra no:
stra. Vinee florentes dederunt odorem. Redit sponsus
de vmbra sub qua dormit in meridie. Radix amara cru
cis euanuit:flos vite cũ fructibus erupit/ꝛ qui iacuit in
morte/surrexit in gloria:sol post occasum oritur:aquile
ad corpus congregantur. Post sabbata tristia felix ir:
radiat dies ꝗ primatũ in dieb⁹ tenet luce prima in ea lu:
cescente/et dño in ea cum triumpho resurgente et dicen
te. Hec dies quã fecit dñs/ exultemus et letemur in ea.
hec Hiero. vnde et Aug. Post illusiones et vbera/ post
aceti et fellis pocla mixta/post supplicia crucis ꝛ vulne
ra:et postremo post ipsam mortem et inferos surrexit de
suo funere caro noua: redit ab occiduo latens vita:et in
morte salus reseruata resurgit pulchrior reditura post
Resurre: funus. hec Augu. Veniens itaq; domin⁹ iesus die domi:
ctio dñica nico et summo mane cum honorabili multitudĩe angelo
rũ ad monumentũ:et reaccipiens illud corpus sanctissi
mum propria virtute resurrexit: et ex ipso monumento
clauso processit. Nemo quippe tam facile excitat̃ et sur:
git a somno ꝙ christus surrexit a morte et sepulchro: qꝛ
excitatus est tanꝙ dormiens dominus: qui etiam de se
dicit / ego dormiui et soporatus sum /et exurrexi: qꝛ do:
minus suscepit me. Sicut aũt christus exiuit clauso vir
ginis vtero sic potuit clauso ꝓdire sepulchro. hoc tñ ali
ter fuit: quia in resurrectione habuit corp⁹ glꝛiosum cui
aliud non resistit:sed exitus de vtero virginis miraculo
sus fuit. vt autem ait Beda. resurrexit dñs mane de mo:
numento in quo sero iam facto erat depositus: vt adim:
pleretur illud psalmiste. ad vesperum demorabitur fle: Ps.xxix.
tus:et ad matutinũ leticia. [Et ecce terremot⁹] dño re:
surgente [factus est magnus] cuius causa subditur [an:
gelus enim domini descendit de celo] et virtute eius fa:
ctus est terremotus: quia corporalia obediunt angelis
ad nutũ ꝙtum ad motum localem. Sicut in passiõe xpi
terra mota ẽ in signum tristicie/sic in resurrectione eius
mota est in signum leticie. vbi Beda. Hic etiam terremo
tus resurgente domino de sepulchro:sicut et ipso morie
te in cruce factus est magnus: significat terrena prius
corda per fidem passionis ac resurrectionis ei⁹ fore con
cutienda ad penitentiam:ꝛ saluberrimo pauore permo:
ta ad vitam sublimãdam perpetuã. vbi et Seuerianus.
Si autem sic terra tremuit cum dominus ad veniam suo
rũ resurgeret: quomodo ꝯtremiscet cũ noxioꝝ omnium
resurget ad penam? Et quomõ dñi presentiam sustine: Terremo
bit/que angeli presentiã sustiere nõ valuit? Et notandũ tus qñ fa:
ꝙ legitur terremotus factus in legis datione. vnde psal. ctus.
terra mota est:etenim celi distillauerũt a facie dei sinay: Ps.lxvij
a facie dei israel. In xpi passione mota est. vt visum ẽ su
pra. In resurrectione mota est vt hic dr. In iudicio ge:
nerali erit terremotus vt ĩfra patebit. Secũdũ hec mo:
raliter in terremotu significat̃ contritio ꝗ prouenit ſm
quattuor predicta: videlicet ex cõsideratione diuinorũ
mandatorũ/hoc est in legis latione:ex cõsideratiõe pas:
sionũ xpi et dolorũ/et hoc est in passione ex cõsideratiõe
amisse vel dilate beatitudinis:ꝛ hoc est in resurrectione:
ex consideratione pene gehennalis/et hoc est ĩ extremo
examine. Merito aũt xps exaltat⁹ est a deo vsq; ad glo:
riam resurrectionis:qꝛ propter obedientiã dei patris se
humiliauit vsq; ad mortẽ crucis. vñ Ans. Resurrectio
nis sacre gloria sublimandus ludibria perfidorũ: aspe
ritatem verberum:crucis opprobrium: fellis amaritu:
dinem:et ad vltimum mortem sustinuit: admonẽs suos
vt si post mortem ad gloriam peruenire contendũt/vi:
te presentis angustias et labores:prauorumq; oppressio
nes:nõ solum equo animo tolerent: sed oĩa hui⁹ mundi
aspera pro premijs eternis ament: appetant:et gratant̃
suscipiant. hec Ansel. Sicut ergo humiliatus est xpus ꝑ
hoc ꝙ mala sustinuit moriẽdo vt nos liberaret a malis:
ita et glorificatus est resurgendo vt nos promoueret ad
bona. ſm illud quod ait apostolus: mortuus est propter
delicta nostra:et resurrexit propter iustificationem no:
stram. Sustinuit enim passionem pro nobis vt nos a pe:
na ĩferni liberaret:et resurrexit a mortuis vt nos de mor
te ad vitam traheret. Vñ bene suam resurrectionem lon Resurre:
gius ꝙ vsq; in diem tertium differre noluit: ita vt dua: ctio non
bus noctibus et vno die in sepulchro quiesceret: nox enĩ fuit diffe:
ad peccatum pertinet / et natura quidem humana dua: renda.
bus mortibus tenebatur astricta. aĩe propter peccatum
carnis propter vindictam peccati. ¶ Qꝛ ergo dñs sola
carne mortuus est vt nos a morte anime et carnis libera
ret: recte duabus noctibus et vna die in sepulchro quie:
scere voluit: quia videlicet lucem sue simple mortis tene:
bris duple nostre mortis adiuxit/et ꝑ suã simplã mortẽ
nostrã duplã dãnauit. Si enĩ ipse vtrãq; susciperet nos
a nulla liberaret:sed vnam misericorditer suscepit ꝛ iu:
ste vtrãq; dãnauit: simplã suã duple nostre cõtulit/ꝛ du:
plam nr̃am moriens subegit. ¶ Due ergo noctes signifi
cant duas nostras mortes: dies vero significat suam mor
tem que fuit lux nostrarum mortium. Vnam abstulit al:
teram ad exercitium electis reliquit: quam denuo veni:
ens exterminabit. Resurrectio itaq; sua ẽ causa efficiẽs
nostre resurrectionis que fit in presenti / et que fit in fu:
turo. ¶ Resurrectio que fit in presenti est nostra iustifi: Resurre:
catio/et dicit̃ resurrectio prima. vnde in Apocalip. bea: ctio xpi ẽ
tus qui habet partem in resurrectione prima. Resurre: causa nr̃e.
ctio que fiet in futuro est corporis resuscitatio:et dicitur
resurrectio secũda: vnde in Ozee. Viuificauit nos post
duos dies:ꝛ in tertia die suscitauit nos. Ad resurrectio:
nem quippe primã duo dies requirunt̃: scilicet ablatio
omnis culpe/et collatio consummate gratie: nullus enĩ
resurget resurrectione secunda ad gloriam / nisi prius

Mortui xp̄i duratio.

resurrexerit resurrectione prima per gratiā. Mortuus aūt fuit xp̄s quadraginta horis: vt quattuor mūdi partes que in decalogo legis mortue erāt viuificaret. Prima quoq; die ebdomade surrexit vt ea die mundū innouaret qua eū creauerat. In tertia vero die passionis surrexit / vt eos qui tribus tēporibus.s.ante legē: sub legē: sub grā in peccatis mortui fuerāt subleuaret: et nos qui factis / dictis / cogitationibus labimur p fidem sctē trinitatis resurgamus. Et ꝑm Augu. Ideo post tres dies resurrexit vt in passione filij totius trinitatis monstraret assensus: triduū enī legitur in figura: q2 trinitas que in principio fecerat hominē ipsa in fine hominē per xp̄i reparat passionē.

Resurrectiōis acceleratio.

Iō etiā resurrectionē suam dn̄s sic accelerare voluit ne discipulos diu in mesticia cruciari permitteret. vn̄ Leo papa. Dominꝰ nēpe xp̄us ne turbatos discipulorum animos longa mestitudo cruciaret: denūciatam tridui morā tā mira celeritate breuiauit / vt dum ad integrū secundum diē pars primi nouissima et pars tertij prima concurrit: ꝛ aliquantulū de spacio tēporis decideret / et nihil dierum numero deperiret. Resurrectio igitur saluatoris nec animā in inferno / nec carnem diu morata est in sepulchro / et tam velox viuificatio fuit incorrupte carnis vt magnis ibi eēt soporis similitudo q̄ mortis. Qm̄ deitas q̄ ab vtraq; hoīs substātia non recessit / quod potestate diuisit potestate coniunxit. hec Leo.

Exēplū passiōis et resurrectionis.

Passionis igitur et resurrectionis exemplum christus nobis prebuit. passionis ad firmandā patientiā: et resurrectionis ad excitandā spem: vt duas vitas ī nobis ostēderet in carne. vnā laboriosam quam tolerare debemꝰ: alteram beatā quā sperare debemus. Resurrexit autem christus cum corpore glorioso cuiꝰ dotes sunt claritas: agilitas: subtilitas: ꝛ īpassibilitas. Quāuis enim anima christi a principio sue conceptionis fuerit gloriosa per apertam visionem et perfectam fruitionem diuinitatis dispensatione tn̄ et dispositione diuina factum est vt gloria anime eius non redūdaret in corpus: vt sic corpꝰ esset passibile et mortale ad implendū preciū ꝛ mysterium redēptionis humane in sua passione. Et ideo pacto mysterio passionis ꝛ mortis / aīa christi stati resumpto corpore in resurrectione in ipsum corpus suam gloriam deriuauit: et ita factum est corpus xp̄i gloriosum. Et enim ait Aug. carnis quippe illegerebat infirmitatem / que in firmitas resurrectione consumpta est. Unde et Leo papa.

Carnē nō dereliqt xp̄s s3 cōmutauit.

Sicut ergo dicit apostolus. Et si cognouimus xp̄m ꝑm carnem: sed nūc iam non nouimus: eius nanq; resurrectio non finis carnis fuit: sed commutatio: nec cōsumpta est substantia virtutis augmento. Qualitas trāsijt nō natura defecit. Et merito dicitur eius caro nesciri in eo statu quo nota fuerit: q2 nihil in ea passibile / nihil ifirmū remansit: et vt ipa sit per essentiam et non sit ipsa per gloriam. hec Leo. Interim igitur o anima mea deponamus pijssima tristicie querelas ac nubila meroris: et in leticie respiremus serenum / et qui funera redemptoris nostri prosecuti sumus cum lachrymis qui mortem nostrā moriendo destruxit.

Ro. vj.

De ipsius resurrectione et gl'ia iocūdemur / q̄ vitā resurgendo reparauit. Christꝰ enī resurgens ex mortuis iā non morit: mors illi vltra nō dn̄abitur. Induit enim eum dn̄s pater stola immortalitatis et glorie / et coronam pulchritudinis posuit super caput eius: iocunditatem et exultationem thesaurizauit super eum.

Xp̄s plenus gaudio resurrexit.

Totum igitur in eo plenū est gaudio: totum leticia cumulatum: totum exultatione refectū. Caro enī christi flos ille pulcherrimus de radice yesse qui in natiuitate floruit: q2 ex virgine sine peccato tanq; pulcherrimi floris singulare decus emicuit: in passione defloruit / quando neq; species / neq; decor ei fuit: sic in resurrectione resumpto etiā sanguine fuso in cruce cū omnibus que sunt de veritate humane nature per gloriā refloruit / vt oim esset decor. Nā corpus illud gloriosissimū / subtile / agile ꝛ immortale tante claritatis superuestituz est gloria / vt vere sit sole fulgentius: exemplarem preferens pulchritudinē suscitandorū corporum humanorum de quibus ipse saluator ait.

Mat. xiij.

Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris. s. beatitudinis sempiterne. Et si quilibet iustus fulgebit vt sol / quanti putas esse fulgoris ipsum iusticie solem? Tanti inq; est vt sit speciosior sole / et super omniū dispositionem stellarum luci comparatus: decor precipuus non immerito iudicetur. ¶ Tunc renouata est vt aquile iuuentus christi. Tunc leo suum catulum suscitauit. Tūc fenixꝰ reuixit. Tunc ex eodem luto factis vasis fecit aliud vas figulus sicut placuit in oculis suis. Tūc ionas de ventre ceti illesus exiuit. Tunc vestitum est candelabrum auro. Tunc suscitatum est tabernaculum dauid quod ceciditt. Tunc refulsit sol qui prius erat in nubilo. Tunc viuificatum est granū frumenti quod cadēs in terra mortuū erat. Tūc ceruꝰ resumpsit corona. Tūc sampson tulit portas ciuitatꝫ et exiuit. Tūc ioseph eductus de carcere tondetur et constituitur dominꝰ egypti. Tunc ꝓscissus saccus circundatur leticia. Magna igit et solennis valde est solennitas paschalis: et ceteras precellit solennitates. Unde omnes dies dn̄ici octaue sunt huius festi: et in eo omnia signa leticie proponuntur.

Dn̄ice diei dignitas.

Dignitas quippe dn̄ice diei notatur in hoc q2 fuit p̄ma dierū. Item nox illam non precessit. Item vt dr̄ erit vltima dierum nox. Itē nox illi nō succedet. Itē celū et terra sunt in ea creata. Item angelus est in ea creatus / ꝛ ad deum conuersus. Itē primo data sunt in ea filijs israel mādata. Itē christus in ea natus est. Itē christꝰ in ea surrexit. Item spiritus sanctus datus est in ea apostolis. Item in ea omnes resurgemꝰ atq; iudicabimur. Item in ea cōtinuandū est perpetuo in laude dei. vn̄ Grego. Hanc recte nobilitatem solēnitatis dicā: q2 solēnitates ceteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio sancta sanctorū vel cantica cāticorū ꝓ sui magnitudine dicunt: ita hec festiuitas recte dici pōt solēnitas solennitatum. Ex hac quippe solennitate exemplum nobis resurrectionis datum est: spes celestis patrie aperta: et facta superni regni iam presumptibilis gloria. Per hanc electi qui q̄uis in tranqllitatis sinu / tn̄ apud īferni claustra tenebātur ad paradisi amena reducti sunt. Que ē ergo ista solennitas que inferni claustra destruxit: et ianuas nobis regni celestis aperuit? vn̄ ꝛ Aug. Alacrior dies illa refulget: non de vsitatis solis circulis illuminata preclariꝰ: sed de lumine agni resurgentis illustrata sublimius. Hac enī die sol iusticie christus ascendit ab inferis: et iccirco pulsemus cytharam dauid canētes. Hec est dies quam fecit dn̄s: exultemus et letemur in ea. Contemplemur hunc diem qualem noctem habuerit genitricem. Nox que celum luminaribus imitatur: immo in qua celum et terra letatur: nox bone parturitionis: nox sancte regenerationis: nox de qua dr̄. et nox sicut dies illuminabitur: et ab ipsa est dies quam fecit dn̄s dies dn̄icus. Et recte dies dicitur lucis ī quo fugerunt tenebre cecitatis. Exclamauerunt qui erant in regione vmbre mortis: quia lux orta est illis: letetur terra / quia nouā lucē vidit: letent ꝛ angeli / q2 peccatoribꝰ dn̄s claritatem dedit. Contremuerunt inferi sustinendo splendorē insolitum: et incuruatum est oē genu xp̄o dn̄o: celestiū: terrestriū: et infernorum. Omnia ergo nobiscum hodie triūphant: et angeli / et archāgeli: ceteriq; beatorum spirituum ordines nobiscum festa concelebrant. Nos quoq; imitamur cantilenā cantātes cantica celestia que adhuc humana cantare non pōt lingua.

Exultan dū cū tremore.

Exultemus ergo in dn̄o: sed in timore non remissa securitate. Nam et beatus iohannes precursor exultauit in vtero matris: sed vinū non bibit ꝑcepto angeli gabrielis. Nos autem qui infirmi sumus sobrie bibamus: monō nō excedamꝰ: vt leticia nr̄a cū exultatione nullā sentiat corporis tēpestatem: sed per sobrietatis serenitatem portum intremus salutarem. Accepimus ieiuniorū palmā / festiuitatis non amittamus victoriam: quam nobis tribuat dn̄s xp̄s adiuuando: q2 vicit in nobis patiendo vt digno carmine triumphemus cantātes: absorpta est mors in victoria alleluya.

Rūphea amota paradiso.

Ignitam quippe rumpheam illam ꝛ paradisi ianuā quā nullus effringere potuit hac die christꝰ cū latrone reserauit. dicens ad angelos. Aperite mihi portas iusticie: et ingressus in eas confitebor dn̄o. Ex eo nimirum tp̄e quo passus dn̄s porta hec et clausa et reserata est. Clausa quidem incredulis ꝛ peccatoribus: reserata vero iustis et credētibꝰ. Quomodo mater dn̄i Maria inter oēs mulieres principatum tenet: ita et inter ceteros dies hec omniū mater est.

Excellentia diei resurrectionis.

Hec dies ē vna de septē: et extra septem. Hec est dies que appellat octaua. vnde et in quibusdā sanctorū titulis superscribitur ꝓ octaua. Hec est dies in qua synagoga finit et ecclesia nascitur. Hec est in cuius numero octo anime seruate sunt in archa Noe. Et quid mihi necesse est infinita re-

plicare. Dies mihi deficiet si voluero omne diei istius exponere sacramentũ. Hoc tantũ dico ꝙ vniuersa sabbati gratia et antiqua illa festiuitas populi iudeorũ diei isti⁹ solẽnitate mãdata est. Illi in sabbato nõ faciebãt opus seruile: nos i die dominico hoc est in die resurrectionis opus seruile non facimus. Illi de domibus suis nõ egrediebantur et nos de domo christi non egrediamur. Illi non accẽdebãt ignẽ in die sabbati: nos ecõtrario accen-
Luc.xij. dam⁹ in nobis ignẽ spiritus sancti. De quo igne domin⁹ ait. Ignẽ veni mittere in terrã: et quid volo nisi vt ardeat? Desiderat dñs istũ ignẽ ardere in nobis: spiritũ sanctũ feruere / vt nõ refrigescat charitas dei. Illis agn⁹ aut hircus / nobis christus occidit. Pro quibus vniuersis fratres consona voce pariter cantemus: hec dies quã fecit dñs: exultemus et letemur in ea. Hinc ergo et a nobis alleluya decantetur quod latine laudate dominũ interpretatur. Laudemus dominum fratres vita / lingua / corde / et ore: vocibus et morib⁹. Sic enim sibi dici vult de⁹ alleluya vt nõ sit in laudante discordia. O felix alleluya in celo: vbi templũ dei sunt angeli. Ibi enim cõcordia summa laudantiũ: vbi nulla lex in mẽbris repugnat legi mẽtis: vbi nõ est rixa cupiditatis in qua pericliteẽ victoria charitatis. Hic ergo alleluya cãtem⁹ adhuc solliciti vt illic possimus aliquãdo cãtare securi quãdo scilicet hoc mortale corp⁹ imortale et incorruptibile factum fuerit: quãdo tota tẽtatio perierit. O felix illic alleluya. o vita secura. o sine aduersario. o vbi nemo erit inimicus: nemo perit amicus. Ibi laudes deo / et hic laudes deo: sed hic a sollicitis: ibi a securis: hic a morituris ibi a semper victuris: hic in spe ibi in re: hic in via ibi in patria. Modo ergo fratres mei cantemus non ad delectationem quietis: sed ad solatium laboris. Quomodo solent viatores cantare: canta / et ambula / et cantando labore consolare pigritiã noli amare: sed ambula et in bono pfice. Cãta ⁊ ãbula: noli errare: noli redire: noli remanere. hec Aug. vñ et Beda. Et qm̃ illa vita tota in dei laude geriẽ cessãtibus cũctis lãguoribus: merito. l. diebus in memoriam huius nostre quietissime ac felicissime actionis crebrius ac festiui⁹ alleluya canere solem⁹: alleluya nãq̧ hebreus sermo est: et interpretaẽ latine laudate dominũ. Deniq̧ in psal. vbi nos canimus laudate dominũ: pro hoc ver-
Apo.xix. bo apud hebreos semper canitur alleluya. Quod euangelista iohannes in apocalipsi sua celestiũ agmina vir-
Tob.xiij. tutũ cãtica se audisset phibet. Sꝫ ⁊ venerabilis pr̃ Thobias intelligens qualis supernorũ ciuiũ gloria: quanta ipsius hierusalem celestis sit claritas hec mystica voce dicebat. Ex lapide precioso / ⁊ auro mũdo oẽs platee ei⁹ sternentur / et per vicos eius alleluya cantabitur. hec Beda. Resurge nũc anima mea cum christo de sordido peccati sepulchro: respira iam in spem resurrectionis et vite perhennis: pro amore dei moriamur in pñsenti vita / vt post resurrectione viuam⁹ in futura. Quis si pro amore christi nũc mortuũ corpus portam⁹: tũc in letabũdo gaudio cũ ipso conregnabim⁹. Sic ergo curemus interesse festis hominũ / vt mereamur etiã interesse festis an-
Solẽnitas eterna petẽda. gelorũ. vnde Grego. Ecce paschalia solẽnia agim⁹: sed ita viuendum est nobis vt puenire ad eterna festa mereamur. Transeũt cũcta que tẽporaliter festiue celebranẽ. Curate qui his solẽnitatib⁹ interestis ne ab eterna solennitate separemini. Quid pdest interesse festis hominũ si deesse contingat festis angelorum? Umbra venture solẽnitatis est solẽnitas presens. Idcirco hanc annue agimus vt ad illã que nõ est annua perducamur. Cum hec statuto tempore geriẽ: ad illi⁹ desiderium memoria nostra refricatur. Frequẽtatiõe ergo gaudij temporalis ad eterna gaudia mẽs icalescat et ferueat: vt ex veritate leticia perfruaẽ in patria qđ de vmbra gaudij meditaẽ in via.
Judith. xvj. hec Greg. Christus resurrectionẽ suã per sampsonẽ fortissimũ olim figurauit: q̃ ciuitatẽ inimicoꝝ suorũ introiuit: et ibidẽ nocte dormiuit. Et cũ inimici portas ciuitatis custodirẽt vt ipm̃ mane cõprehenderẽt et occiderẽt ipse media nocte surrexit / et portã ciuitatis secũ detulit. Sic christ⁹ vrbẽ hostiũ suorum hoc est infernũ potẽter
Jone.ij. intrauit / ⁊ destructo media nocte surrexit. Christ⁹ etiã p ionã resurrectionẽ suã pfigurauit / quẽ i ventre ceti per triduũ viuũ conseruauit / ⁊ post triduũ cetus ipm̃ de ore in terrã viuũ emisit. Fuit etiã resurrectio xpi pfigurata per lapidem quẽ reprobauerũt edificantes tẽplum dñi. Qui cum ab eis pter ineptitudinẽ abiect⁹ esset tandẽ cõsummato tẽplo cũ lapis angularis poni deberet q̃ in se duos parietes complecteretur nõ est inuẽt⁹ lapis ad hoc aptus: nisi ille qui ab edificantib⁹ erat reprobat⁹. Christus erat lapis reprobat⁹ in sua passione / ⁊ fact⁹ est ecclesie lapis angularis in sua resurrectiõe. Tũc adimpleta est illa pphetia Dauid. Lapidẽ quẽ reprobauerũt edifi- ps̃.cxvij.
cantes. ⁊c. et ideo ipsa cantaẽ in festo resurrectionis. Lapis iste duos parietes in tẽplo dñi coadunauit: qꝛ christus de populo gentili et iudaico vnã ecclesiam edificauit. In hoc edificio pro cemento vsus est suo sanguine. et pro lapidibus suo sacratissimo corpore. Oratio:

Domine iesu christe: dulcor vnice. qui ruptis vinculis mortis glorificasti corpus tuũ / et in tam ineffabili gloria surrexisti: precor et obsecro te per tuã resurrectionem floridam: da mihi vt a vitijs / et a morte anime resurgens in virtutibus semp floreã: et in nouitate vite ambulem: vt que sursum sunt querã ⁊ sapiã / nõ que super terrã. Per tue claritatis virtutẽ purga animã meã a tenebris pctõrũ: et per candẽ virtutẽ die vniuersalis resurrectiõis caro mea resurgat ad gloriã / vt tecũ eternaliter in vtroq̧ gaudeã. Amen.

¶ De eo quõ dominus iesus apparuit matri sue. Capitulum. lxx.

Eadem autẽ hora. scilicet summo mãe Maria magdalene ⁊ maria iacobi minoris mater / q̃ etiam appellatur maria ioseph: scilicꝫ mater q̃ fuit frater iacobi: et vnus de. lxxij. discipulis ⁊ ab apostolis cũ matthia statutus / ⁊ q̃nq̧ maria cleophe: scilꝫ filia appellatur: et maria salome. s. filia que etiã mater filioꝝ zebedei vocatur / ⁊ cetere que cũ eis erant licentia prius petita a domina: ceperũt ex deuotione et fide quã ad dominũ habebant ire cũ vnguentis ad monumentũ ad inungendũ corpus dominicũ. Domina autẽ remansit domi vacãs interim lachrymis et orationi. Et pulchre he mulieres vno censenẽ nomine: vt quibus vna erat volun
tas parq̧ desideriũ / vnũ esset vocabulũ. ¶ Ubi sciendũ Stat⁹ sũt
ꝙ tres sunt stat⁹ hoĩm saluãdoꝝ / quorũ q̃libet q̃rit xp̃m tres hoĩm
et extra hos nemo saluaẽ: scꝫ incipientiũ / pficientiũ / et saluãdoꝝ.
perfectorũ siue penitentiũ actiuorũ et contemplatiuorũ. Et hi tres stat⁹ signanẽ per tres marias q̃ querebãt dominũ quantũ ad triplicẽ nominis marie interptationẽ:
Stat⁹ penitentiũ signaẽ in maria magdalena q̃ famosa Magdale
peccatrix fuerat / et penituit. Et licet alibi per ipsam ac- na peniten
cipiatur vita contẽplatiua. vt tñ marc⁹ hic de ea loquiẽ tiũ pmice-
dĩ. Maria autem erat de qua eiecerat. vij. demonia: sic ria.
inter penitẽtes reputaẽ: immo ipsa in euãgelio primiceria penitẽtiũ fuisse dinoscit. Et sm̃ hoc bñ puenit ei nomẽ maria: prout interpretaẽ mare amarũ sm̃ ethimologiam latinã: vel sm̃ deriuationem hebraicã a vocabulo
mara: quod latine est amara. vñ Ruth. Nõ vocetis me Ruth.j.
noemi. i. pulchram: sed vocate me mara. id est amarã: qꝛ amaritudine valde repleuit me dñs. Quod verificabaẽ
i maria magdalena q̃ ante pedes dñi lachrymis lauit mat.xxvj.
maculas criminis. Sic et petrus penitens fleuit amare
Unde cuilibet anime vere penitenti dicitur illud Tren. Tren.ij.
Magna est velut mare cõtritio tua filia syon. Stat⁹ vero proficientiũ et actiuorũ / signaẽ in maria iacobi que fuit mater iacobi minoris. Ad proficientes eñ pertinet supplantare vitia / et luctari in exercitio spirituali virtutũ. Cui cõuenit alia interpretatio marie: prout interpretaẽ dña syriace. Quia enim proficere volẽtes sunt in continuo pflictu ppter pronitatẽ ad malũ / et difficultatem ad bonũ: necesse est pficiẽtes dñari passiõib⁹ p rationem ne tentatiõib⁹ cedãt: ex qua lucta q̃n videlicet ratio predominaẽ sensualitati generanẽ virtutes: nã virt⁹ in infirmitate perficiẽ. Stat⁹ aũt perfectoꝝ ⁊ cõtẽplatiuorũ signaẽ in maria salome q̃ fuit mater filiorum zebedei. s. iacobi maioꝝ ⁊ iohãnis: hec postulauit filijs suis regnũ. sic pfecti ⁊ cõtẽplatiui nõ occupanẽ nisi circa regnũ dei immo ipsi in se habent regnũ dei: ⁊ hic pgustant quodãmodo regnũ celorũ. Unñ etiã salome iterptaẽ pacifica: nã in hac vita nulla pax est hoĩ: nisi in actu cõtẽplatiõis Et huic cõsonat tertia interpretatio nõis marie: prout interptaẽ illuminata. Unñ aie ptẽplatiue diciẽ illđ Esa.

Esa.lx. Surge illuminare hierusalē:quia venit lumē tuū. Que:
Aromata libet istarū mariarū habet sua aromata et vnguēta. Pe:
triū mari: nitentiū aromata sunt dolor cōtritiōis: pudor confessio
arū ac sta: nis/et labor satisfactionis:ex his cōficit vnguētū quo li
tuum. bēter vngit dñs. Cōficit autē hoc vnguētū ex mirrha/
aloes/et thure. Per mirrhā que valde amara est signifi
cat amaritudo cōtritionis. Per aloes qđ etiā amarum
est et valet cōtra retētionē mēstruorū.i.peccatorū signi
ficat verecūdia cōfessionis. Per thus cui⁹ odor cum fu
mo ascēdit significātur opera satisfactionis:q̄ per rectā
intentionē in deū diriguntur. Sed ex his tribus nō cōfici
tur bene vnguentū:nisi apponat oleū misericordie diui
ne:sine qua oīs penitētia est inefficax:admixto aūt hoc
oleo optimū vnguētū efficit: et tale fuit vnguētū marie
magdalene/que oēs partes penitētie pfectissime imple:
uit assistente sibi misericordia saluatoris. vt patet in euā
gelio. Ipsa eni lachrymas copiose effudit ex amaritu:
dine ptritionis:conuiuātes nō erubuit ex pia ipudētia
cōfessiōis:pedes dñi lachrimis lauit: capillis tersit/oscu:
labatur/vnxit:⁊ se totā christi obsequio deuouit et ipen
dit:et hoc ex imenso affectu satisfactionis. Proficiētiū
aromata sunt patiētia:hūilitas:pseuerātia seu longani:
mitas:ex quibus conficit vnguentum actiuor. Et hoc
vnguentū intrāt mirrha/⁊ gutta/⁊ casia q̄ fluūt a veste
vite xp̄i. Mirrha bona est in omī vnguēto:⁊ ideo licȝ po
sita sit in vnguēto penitentiū: conuenieñter tñ ponit etiā
in vnguento pficientiū:et ponetur etiā in vnguento per:
fectoꝝ. Mirrha eni arcet vermes:sic patiētia arcet ver:
mes q̄ mordere solent cor patiētis ne contra iniuriātem
dolore mordeat. Et hac patiētia maxime opus est pfi:
cere volentib⁹ exercitio spūali:qꝛ (ſm Greg.) virtutes
inter pressuras passionū ⁊ pficturas tētationū crescūt.
Per guttā aūt que ⁊ aromatica dicit significatur humi
litas:qꝛ gutta pellit oēs iflaturas et tumores/sic humi:
litas curat cordiū duricias. Hac etiā opus est pficiēti:
bus:qꝛ (ſm Greg.) origo virtutis est:et idō illa in nobis
virtus veraciter pullulat q̄ in radice ppria.i. in humilita
te pdurat:aqua si abijcit arescit:qꝛ viuificante se in infi:
mis humore pdit. Per casiā q̄ et fistula dicit / significa:
tur pseuerātia seu logan imitas/vt videlicet qs i exerci:
tio spūali nō frangat desperatiōe aut tedio: nec statuat
sibi terminū in pfectu:sed semp tendat ad meli⁹ sine ter:
mino:qꝛ in spūali pfectu nō est stat⁹. Casia eni in aquo:
sis nascit et crescit i immēsum : sic bon⁹ pficiēs aqs di:
uinaꝝ gratiaꝝ fecundat⁹ crescit in imēsum de virtute in
virtutē/⁊ nunq̄ cessat donec videat deū deorum i syon.
Sȝ ⁊ hec aromata nō bene pficiūtur si nō apponat oleū
leticie:vt videlȝ hō leticiā spūalē habeat in bonis operi
bus suis:et illā ponat in corde atq̄ cōsciētia sua non in
laudib⁹ hominū. Et istud est vnguentū marie iacobi q̄
habuit q̄ttuor filios.s.iacobū q̄ interpretat supplātans
.s.passiones p patientiā.symonē q̄ interpretat obediēs p
humilitatē.ioseph q̄ interpretat augmentū vel apposi:
tio p longanimitatē.⁊ iudā q̄ interpretat glorificans.s.
deū per spūalē leticiā. Perfectorū vel contēplatiuorū
aromata sunt carnis oīmoda mortificatio: deifica puer
satio:⁊ charitatis pfectio:ex q̄bus fit vnguentū suauissi:
mi odoris quod intrant mirrha cynamomū ⁊ balsamū.
Per mirrhā eī accipit totalis mortificatio carnis que
couenit perfectis. Nā penitētibus conueniebat mirrha
mortificās peccata p amaritudinē cōtritionis: pficien:
tib⁹ cōueniebat mirrha mortificans passiones vermē.s.
remordentē cōtra tolerātiā passionū:sed pfectis conue:
nit mirrha mortificās carnē a petulantia rebellionis:ne
videlicet caro in aliquo rebellet spiritui. Et hec est mir:
rha electa prima ⁊ pbatissima. de qua dicit in canticis.
Cant.v. Man⁹ mee distillauerūt mirrhā:⁊ digiti mei pleni sunt
mirrha pbatissima. Man⁹ eni.i.opera penitentiū ⁊ acti:
uoꝝ distillāt quidē mirrhā vt dictū est:sed digiti.i.sub
tiles et spirituales exercitationes ptēplatiuorū sunt ple
ni mirrha pbatissima. Probata q̄ppe est mirrha penitē
tiū:pbatior pficientiū:sed pbatissima est contēplatiuo
rū et pfectorū. Per cynamomū accipit deifica cōuersa
tio:cynamomi eni cortex cū frangit spiramentum visibi
le reddit ad modū nebule vel pulueris:et valet ad bonū
odorē oris:sic pfectus si frangit vituperatione vel iniu:
ria corporali molestia/vel inedia laborū frequentia/vel
q̄cūq̄ accidūt aduersa:semp spirat visibiliter odorē dei

sic c'ōuersationis:et emittit odorē dulcis responsionis
Per balsamū charitas perfecta itelligit que foras mit
tit timorē:et oē cū quo ipsa stare nō potest. Balsamū eī
purū et nō adulteratū corpora a corruptione conseruat:
sic vbi charitas pura et pfecta ibi nulla corruptio hoīs
interioris:qꝛ (ſm Aug.) habere oīa sacramēta et malus
esse quis potest:habere aūt charitatē ⁊ mal⁹ esse non pōt
Sed ex istis pfectorū aromatib⁹ nō fit vnguētū sine ad
mixtione olei diuine dulcedinis que semp predicta tria
comitat quod oleū degustauerat pphēta cū dicebat:q̄ Ps.xxx.
magna multitudo dulcedinis tue.⁊c. Et istud est vnguē
tum marie salome/q̄ fuit filia salome vxor zebedei/⁊ ma:
ter iacobi maioris/et iohānis. Per iacobū maiorē itel:
ligitur totalis supplātatio / vel mortificatio hoīs exte:
rioris. Per salome intelligitur deifica cōuersatio q̄ non
est nisi in hoīe bene intra se pacificato. Per iohānē cha
ritas intelligit:qꝛ erat pre ceteris a xp̄o dilect⁹: sed per
zebedeū q̄ interpretat fluitio itelligi pōt diuina dulcedo
qua talis anima fluit et affluit delitijs internis. Itaq̄ q̄
libet anima pro statu suo debet istas mulieres imitari:
et cū istis vnguētis. Iesum querere et vngere: vt scilicȝ
instāter penitētiā faciat: viriliter tentationes sustineat:
pacifice ad proximū se habebat. Ista eni tria faciūt ap:
parere iesum:et cuilibet ſm statum suū. ſm Ber. ¶ Mo:
raliter per istas tres mulieres signātur in iusto quolibet
mēs/lingua/manus/q̄ habēt valde preciosa vnguenta.
Mentis vnguēta sunt tria:cōtritio.cōpassio:⁊ deuotio.
Primū scilicet cōtritionis conficitur ex vilissimis spe:
ciebus.s.ex peccatis que crescūt in nostro orto proprio.
Secundū.s.cōpassionis cōficitur ex amarissimis specie:
bus.s.ex proximorum miserijs q̄ crescunt in orto alieno.
Tertiū.s.deuotiōis conficitur ex preciosis specieb⁹.s.ex
xp̄i beneficijs q̄ crescūt in orto dñico. Lingue vnguen:
ta sunt tria:oratio deuota:cōfessio integra:predicatio ve
ra. Primū.s.oratiōis cōficitur ex herbis q̄ sunt intētio
recta:attētio firma: affectio pia. Secundū.s. confessiōis
cōficit ex herbis q̄ sunt pudor pmissi:dolor amissi:timor
supplicij. Tertiū.s.predicationis pficit ex herbis q̄ sunt
fidei instructio:morū informatio:vitioꝝ icrepatio. Ma Vnguēta
nus vnguēta sunt septē misericordie opera: de quib⁹ est man⁹ sunt
iste versus. Colligo/poto/cibo/redimo/tego/visito/cō: opa mie.
do. Qui autem vult pdicta aromata ⁊ vnguenta habere
oportet ea emere. Ille eni qui emit dat de suo et accipit
de alieno:sic in operib⁹ virtuosis oportet aliqđ ponere
de nostro.s.volūtatē/⁊ aliqđ recipere a deo.s.operādi fa
cultatē:vel a deo recipim⁹ gratiā preuenientē:de nostro
apponim⁹ volūtatē subsequentem. Quāuis ergo multe
alie mulieres dominū sequerent/iste tñ precipue venerūt:
quia christo plus obligate erāt ex eo q̄ plura bñficia ab
eo receperāt. Maria eni magdalena multū christo tene
batur:qꝛ ab ea septem demonia eiecerat. Maria autem
iacobi/et similiter maria salome xp̄o multū tenebantur
tū quia nepos earū erat:tū qꝛ filios suos cardinales.i.
apostolos fecerat. Sed mirū videt q̄ btā virgo cū istis Maria
mulierib⁹ ad monumentū nō iuit:sed domi remāsit. Su: cur ad mo
per hoc aūt possunt tres cause assignari. Vna qꝛ mater numētum
sepulchrū filij sine magno dolore videre nō potuisset:et nō venit.
maxime recēter sepulti. Si enī sepulchrū filij vidisset q̄:
si doloris gladi⁹ animā ei⁹ pforasset. Et satis pbabile ē
q̄ si ire voluisset/iohānes ei⁹ custos hoc nō pmisisset:im
mo etiā ceteri apostoli dixissēt iohāni nullo modo illic
eā ire pmittas:qꝛ si icrit tantū ibi flebit et se mactabit q̄
fere se occidet. Secūda causa:qꝛ in parasceue ⁊ sabbato
tantū fleuerat/et tantū se mactauerat/q̄ etiam sustinere
non posset. vt eni dicit Bernar. oportuit q̄ inter manus
discipuloꝝ tanq̄ semiuiua de cruce ad domū ppriā por
taret. vñ ⁊ Aug. Illa pia mater immani dolore eiulans
et pectora delicata contundēs/ita viscera oīa fatigaue:
rat ⁊ mēbra/ vt iā sensu deficiēs vix potuisset ad funus
xp̄i peruenire. Tertia causa est:qꝛ pdicte mulieres puta
bant corp⁹ christi adhuc in monumento esse:⁊ volebant
(prout antiquit⁹ consuetudo erat) ipm corp⁹ inungere:
vt pseruaret a fetore/et a vermiū corrosione/et ab icine:
ratione:sed erāt decepte:qꝛ corp⁹ xp̄i erat deitate ibal:
samatū:⁊ idō si p.x.milia annoꝝ i terra iatuisset nō potuis
set putrefieri/nec icinerari/nec a vermib⁹ corrodi. Bea
ta autē virgo sciuit q̄ ibi non erat:sed. quia iam i morta:
lis ⁊ incorruptibilis surrexerat:⁊ ideo. illuc ire nolebat

sicut nec poterat. Ipsa itaqꝫ ex quo vnigenitū filiū suū te
neri/flagellari/et crucifigi vidit: delicatis manibus deli
cata pectora tundens: et se nimio dolore vigilijsqꝫ et ie:
iunijs affligēs: iā viribꝰ pariter et spū attenuata alicubi
sola in secreto domus sedebat: et de his que sibi accide:
Appitio facta marie matri. rāt calamitatibꝰ lamentabat et flebat. Dña igit orante
et lachrymas dulciter emittēte: ecce subito venit dñs ie
sus in albissimis vestibꝰ gl'ie et resurrectionis nouitatis
sue: vultu sereno: speciosus / gl'iosus: et gaudens / ac mri
desolate et merēti totꝰ festiuus apparēs. Ac illa adorās
et surgēs cū lachrymis pre gaudio eū amplexat: et tota
acerbitas merorís in letitiā vertitur. Postea cōsedenti
bus eis pariter curiose intuebat eundem in vultu et cica
tricibꝰ per totū diligēter querēs: si oīs pena transisset
⁊ oīs dolor ab eo discessisset. Quāto gaudio mater imple
tur: cum ipsa natum impassibilē intuet: nō solū in eternū
victurū/sed et celo et terre: oīqꝫ creature perhenni iure
dñaturū. Stant igit et colloquunt ad inuicē gaudētes/
ac pascha delectabilit et amāter ducentes. Et narrat ei
dñs iesus qualiter populū suū liberauit de inferno: et q̄
Appitio prima facta marie. fecit ī illo triduo. Ecce igit nūc magnū pascha. De hac
apparitione qua ante ceteros virgini gloriose apparuis
se credit nihil in euāgelio habet: sed ideo ipsam posui et
ante alias premisi: qꝛ sic pium est credere prout in qua:
dam legēda de resurrectiōe dñi plenꝰ cōtinet. Dignum
nāqꝫ erat vt matrē p̄ ceteris visitaret/et de resurrectione
sua priꝰ letificaret: q̄ pre ceteris plꝰ dilexit/eius amoris
desiderio plus afficiebat: plus de eiꝰ morte doluit / plus
dolore afflicta eiꝰ resurrectionē expectauit. Et licꝫ hoc
ab euangelistis subticeat: pie tamen sic credit. Unde et
romana ecclesia hoc cōprobare videt que stati ipsa die
apud sanctā mariā maiorē rome celebrat stationem: per
hoc innuēs btē marie p̄mo factā apparitionē. Quid eni
si euāgeliste hoc nō dicāt. Nō eni vt ait Johānes oīa
eiꝰ facta scripta sunt. Nā si hoc ideo nō credit qꝛ nullus
euāgelistaꝝ testatur: cōsequēs est vt post resurrectionē
nunqꝫ sibi apparuerit: qꝛ vbi vel qñ nullus euangelista
edisserit. Sed absit vt talē matrē: talis filiꝰ: tali et tanta
negligentia dehonorauerit: qui patrē ⁊ matrē honorari
Cur euangeliste nō scripserit hāc apparitionem. precipit. Sed ideo forsitan hoc euangeliste subticuerūt
qꝛ eoꝝ fuit officiū solūmodo resurrectionis testes indu:
cere. matrē autē ad testificandum pro filio eos inducere
nō decuit. Si eni verba extranearū mulierū deliramen:
ta sunt visa: quō nō magis matrē p honore filij crederēt
delirare? Hoc igit euāgeliste scribere noluerunt: se pro
cōstanti reliquerūt. Hoc etiā testat Amb. dicens. Uidit
maria resurrectionē dñi. prima vidit et credidit. Uidit
maria magdalena q̄uis adhuc ista nutaret. vñ ⁊ Ansel.
¶ At si aliqs querit cur euāgeliste non referāt ipm pijssi:
mū dñm a morte resurgentem: huic dulcissime matri vt
eiꝰ dolores mitigaret: primo ac p̄cipue apparuisse dict:
mꝰ: q̄ a quodā sapiēte de hoc ipso sciscitātes audiuimꝰ
ait ergo. Tāta scit auctoritas narrationis euāgeliste vt
nihil ī ea depēdēs: vł inane: vel supfluū reperiat. Itaqꝫ
si matri: si dñe mūdi ipe filius eius ab inferno resurgens
scriberet sicut alijs apparuisse: eāqꝫ de sua resurrectione
docuisse: quis nō tale scriptum supfluū diceret. Reginā
videlicet celi et terre/ oīsqꝫ creature coequaret illi/vł
illi quibus apparuit viro vel mulieri. Spiritus eius ple
ne ac pfecte in illa quiescebat: qui sibi et esse illius et oīa
facta eius et luce clariꝰ reuelabat: ⁊ euāgeliste scriberent
tunc vel tunc: illi talē vel talē semet exhibuisse. hec Ans.
Uñ etiā seduliꝰ. Sēp ꝟgo manēs huiꝰ se visibꝰ astans
luce palā dñs prius obtulit. Dicit etiā ignatiꝰ q̄ primo
dñs apparuit matri sue post resurrectionē et cōsolabat
eā/ex quo tāto fuit repleta gaudio: q̄ oblita fuit oīs do:
loris quē habuerat de sua passione. Qd̄ ergo infra dicit
apparuisse primo marie magdalene/ intelligit inter eos
quibꝰ voluit suā resurrectionē probare. Matri eni virgi
ni primo omniū apparuit / non vt resurrectionem suam
probaret: sed vt eam de visu suo letificaret. Oratio.



O Maria dei genitrix ⁊ virgo gratiosa: oīm de:
solatoꝝ ad te clamantiū consolatrix vera: per
illud magnū gaudiū quo consolata es quādo
cognouisti dominū iesuꝫ die tertia a mortuis
impassibilem resurrexisse: sis consolatrix anime mee. et
apud eundē tuū et dei natū vnigenitū in die nouissimo
quando cum anima et corpore ero resurrecturus: et de
singulis meis factis rationē redditurꝰ me digneris iuua
re: q̄ perpetue dānatiōis sententiā per te pia mater ⁊ vir:
go valeam euadere: et cum electis dei omnibus ad eter:
na gaudia feliciter peruenire. Amen.

¶ Quō maria magdalena et alie marie: ⁊ petrꝰ et iohānes venerūt ad monumētū. Capitulū. lxxj.



V Espere igitur sabbati. i.
nocte sequēte sabbatū: noīe eni vespe:
ris (qd̄ pricipiū noctis est) significat — Mat. xx. et. viij.
noctē: scilicet a parte totū: et ideo mu
tat genꝰ referēs ad sensum nō ad no: — Mar. xvj.
mē ⁊ ait [que] . s. nox [lucescit] . i. lucere — Lu. xxiiij.
incipit [i prima sabbati] . i. prima die — ⁊ Joh. xx.
post sabbatū/seu prima die septimane que apud nos do:
minica dicit [valde diluculo et mane orto iam sole] id ē
ortu suo iam celū illustrante: q̄uis nondū appareret ter
ris/raris adhuc tenebris existētibꝰ: hoc est iā rubescen:
te aurora et celo ab oriētis parte ob solis vicinitatē iam
albescēte: aurora eni media est inter tenebras noctis et
perfectam lucē diei: et ideo tanqꝫ mediū ab vtroqꝫ extre
mo pōt nominari [maria magdalena et alie] due marie
iuerunt et [venerūt ad monumentū cū vnguētis] ex de:
uotione. Ubi sciendū q̄ sicut gētiles denominabāt dies
totiꝰ septimane a nominibus deorū suorū scꝫ planetarū:
vt a luna diē lune: a marte diem martis: et sic de alijs: ita
iudei qꝛ dies sabbati apud eos solēnior habebat sabba
tū sic nominabant absolute ꝑpter reuerētiā illiꝰ diei: et
ab eo tanqꝫ a digniori omnes alios dies nominabāt: ita
q̄ dies imediate sequens sabbatū dicebat prima sabba:
ti. i. prima post sabbatū. Alia secūda sabbati et sic conse:
quēter: et qꝛ hebrei et greci noībus numeralibus pro or
dinalibꝰ noibus vtūtur: ideo vnū apud eos ī ordine die
rum significat primū. vñ in Gen. dicit Factū ē vespere — Gen. j.
et mane dies vnꝰ. i. primꝰ: et ideo cōsequēter ibi subditur
secūdus et tertiꝰ. et sic de alijs. vñ Lucas dicit [vna sab — Lu. xviij.
bati] . i. prima die post sabbatum: vel prima die septima:
ne: quia eni sabbatū apud hebreos nō tātū diē principa:
lem a quo septimana apud eos incepit: sed etiā septima:
nam ex ꝓrogatiua sabbati denominat: vt ibi. ieiuno bis
in sabbato. id est ī hebdomada: ideo etiā cū dicit prima
vel vna sabbati potest intelligi prima die septimane vel
hebdomade: que apud nos ꝑpter dñicā resurrectionem
vocat dominica/a qua etiā apud nos incipit septimana
Nobis eni celebritas veteris sabbati conuersa et trāsla
ta est in dominicam que ceteris diebus celebrior est pro
pter dñice resurrectionis sanctitatē: gaudiū et reueren:
tiā. Latini vero seu romani et ecclesia mō dies vocant
ferias: diē dominicā vocantes feriam primā: diem lune
secundam: et sic de alijs vsqꝫ ad sabbatū. Et vocatur fe:
ria a feriare qd̄ est cessare: vel a ferendis victimis: quia
omni die feriare. i. a peccato cessare: et victimas ferre et
offerre debemus. Mulieres ergo iste venerūt ita mane — Quō tenebre: diluculū: et ortꝰ erat sol.
q̄ [adhuc tenebre erant] vt dicit Johānes: et ſm Lucā
venerūt diluculo que est claritas media inter noctis te:
nebras et diei claritatem/qd̄ aurora appellari solet. Et
ſm marcū. venerūt orto iam sole. Et potuit esse ad litte
ram q̄ valde mane cū adhuc tenebre essent venire cepe:
runt/diluculo autem venerunt: sed orto iam sole ad mo:
numentum peruenerunt. ¶ Et nota q̄ non sine mysterio
euangeliste sic diuersimode loquuntur de isto mane: sed
omnes concordant in hoc q̄ fuit mane. Nam vt patet ex
premissis istud euangeliū mystice procedit ſm tres sta:
tus electorū per tres marias significatos: q̄ eni Johan
nes dicit cum adhuc tenebre essent respicit statum inci:
pientiū. q̄ vero Luc. dicit diluculo. respicit statum pro:
ficientiū. sed qd̄ dicit Mar. orto iam sole: respicit statū
perfectorum. Debēt ergo fideles querētes christum qui
libet pro statu suo mane venire quod est contra pigros.
Debēt etiam venire vna sabbatorū/per qd̄ quies et pax
cordis significatur: sabbatum enim quies interpretatur
quod est cōtra discolos et discordes. Debent etiam veni
re ad monumentū: et ibi querere dominum. Monumen:
tum est mens humana q̄tum ad quemlibet statū. Nam
cor penitentiū dicitur monumentum ratione luctus qui
circa monumenta fieri solet: et penitentium est lugere et
flere super seipsos. Proficientiū aūt cor dicitur monu:
mentū ratione operis misericordie: quod in sepeliendo

mortuos exercetur:et actiuorꝫ est insistere operibus mi:
sericordie. Contēplatiuorũ vero cor monumentũ dicit
ratione quietis:dicuntur enĩ corpora quiescere in monu:
mētis/ et quies maxime ad cōtēplatiuos noscit ptinere
In tali ergo monumēto ꝓ quolibet statu recte queritur
xp̃s. Debet etiã obstacula ĩpedientia remouere/ que intel
ligunt per lapidē magnũ ad ostiũ monumēti aduolutũ:
et per angelũ vt stati infra patebit reuolutũ. Nã in quo:
libet statu est aliquis lapis obstans ne quis possit intra:
re in intima mētis:et exercere actus suo statui cōpeten:
tes. Lapis obstans penitētib⁹ est ꝓnitas ad malum. La
pis obstãs proficientibus est difficultas ad bonũ:sed la
pis obstans cōtēplatiuis est materialitas specierũ. Sed
iste lapis pro quolibet statu plerũqꝫ remouet ad solum
desideriũ anime pie querētis per grãm spũs sancti. Fe:
lix maria.i.aĩa que ad sepulchrum xp̃i venit videre per
meditationē:plãgere ꝑ cōpassionē: vngere ꝑ deuotionē
Marie sũt nobis imitande. Imitemur ergo et nos easdem sanctas et deuotissimas
mulieres:vt sicut ille cũ aromatibus dñm toto corde ac
desiderio querebãt in sepulchro:qđ est ꝓprius mortuorꝫ
locus:ita et nos cũ nostris aromatib⁹/scꝫ operatiōe bo:
norũ operum:et odore virtutũ : suauitateqꝫ orationum/
toto affectu mētis ad deũ:per sancta desideria ꝓficisca:
mur:et queram⁹ eũ nō in sepulchro sed in celo: quo ipm
ascēdisse credim⁹ atqꝫ nouimus: vñ Grego. Sancte mu:
lieres que dñm fuerant secute cũ aromatibus ad monu:
mentũ venerunt/et ei quē viuentē dilexerant:etiam mor
tuo studio humanitatis obsequũtur. Et nos ergo in eũ
qui est mortu⁹ credentes:si odore virtutũ refecti cũ ope:
ratione bonorum operũ dñm querimus: ad monumētũ
profecto illi⁹ cũ aromatibus venim⁹,hec Grego. Mysti:
ce monumētũ est corp⁹ dominicũ/ad qđ accedere nemo
debet/nisi vna sabbati.i.in pace et quiete pectoris:et val
de diluculo.i. cum feruore. Mane enim significat feruo
rem querēdi:vel diluculo.i.excussis vitiorũ tenebris per
dilucescētē grãm portãs aromata operationis et fame
bone. Qui aliter accedit/caueat sibi ne iudicium mandu
cet et bibat. vñ Beda. Quod autē valde mane venerunt
mulieres ad monumentũ:iuxta hystoriã quidē magnus
querēdi et inueniēdi dñm feruor charitatis ostenditur.
Iuxta intellectũ vero mysticũ datur nobis exēplũ illu:
minata facie decussisqꝫ vitiorũ tenebris ad sacrosanctũ
dñi corp⁹ accedere. Nam et sepulchrum illud venerabile
figurã dominici altaris habet:in quo carnis eius et san:
guinis solēt mysteria celebrari. Aromata aũt que mulie
res deferunt odorē virtutũ et orationũ suauitatē quib⁹
altari appropinquare debemus significant.hec Beda.
Mulieri prima apparitio facta. Mulier ergo que prima iuit ad culpã / nũc prima venit
ad veniã:et que prima perfidiã sumpsit in paradiso:festi
nat nunc prima fidem sumere de sepulchro:contendit de
morte raperevitã que devita rapuit mortem. Si autem
dñs diluculo surrexit huic ꝯsentit autoritas illa que di:
cit dñm quadraginta horis fuisse mortuũ et totidē die
bus ante ascēsionē post in terra moratũ:qꝛ quattuor ho:
ris parasceues et trigita sex duarũ noctiũ et vnius diei
qđ ecclesia cōsentire videtur:que matutinas laudes cele
brat pro xp̃i resurrectione. Unde petrus cantor. Ualde
Diluculũ quid est. mane dicit diluculo. Diluculũ enĩ est inter tenebras no:
ctis et diei claritatē / in qua salus humani generis felici
vicinitate ꝓuenit in ecclesia declaranda : more solis qui
prima luce cōsurgēs roseã ꝓmittit aurorã: vt tant⁹ splē
dor preparatis oculis possit intueri qñ tempus dñice re
surrectionis illuxit: vt tũc scꝫ diluculo laudes christi to
ta caneret exemplo sanctarũ feminarũ ecclesia: quando
genus humanũ exēplo sue resurrectionis animauit; quãdo
fidem prestitit,et lumen credulitatis infudit. Ergo xp̃s
mane et vicino ortu solis surrexit. Fm Augu. q̃ dicit dñm
tantum quadraginta horis quieuisse in sepulchro / sexta
hora parasceues passum:et ita cũ esset equinoctium dilu
culo surrexit. E cōtra hiero. dicit dñm surrexisse media
nocte.legit enim in libro iudicũ tũc sampsonē asportasse
portas gaze vsqꝫ ĩ supercilium mōtis. Solutio autē cōtra
rietatis est ꝙ in tēpore medio inter diluculũ et mediam
Mulieres ad sepulchrũ euntes. noctē surrexit. Hec petr⁹. Dum ergo mulieres ad monu
mentũ euntes essent extra portam ciuitatis/reuocabant
ad memoriã afflictiones et penas sui magistri et domi:
ni:et in omnibus locis in quibus cōtra ipm notabiliter
aliquid factũ fuerat,aliquãtulũ subsistebãt genu flecten:
tes et osculantes terrã : gemitus et suspiria dantes atqꝫ
dicētes. Hic obuiauim⁹ ei cũ cruce super collũ:quando
mater ei⁹ semimortua facta est : et hic se vertit ad mulie:
res.hic crucem deposuit fatigatus/⁊ super isto lapide se
parũper apodiauit:hic fuit vbi sic crudeliter et fortiter
eũ impulerũt vt veloci⁹ ambularet:et eum quasi currere
coegerũt/hic spoliauerũt eũ et nudauerũt/et hic eũ cru:
cis patibulo affixerũt:⁊ tũc cũ magno clamore ⁊ inũda
tione lachrymarꝫ procidētes in facies suas adorauerũt:
et osculate sunt crucē adhuc precioso sanguine rubrica:
tam. Deinde surgentes et versus sepulchrũ eũtes cum se
xus sui fragilitatē cōsiderarēt: et magnitudinē lapidis
recolerēt/qui tã magn⁹ fuisse fertur vt vix a viginti ho:
bus moueri posset [dicebãt adinuicē] et colloquentes se
mutuo interrogabãt [qs reuoluet nobis lapidē de ostio
monumenti:] vt.s.possimus in illud ingredi. Quasi dice
rent non possum⁹ ꝑ nosipsas reuoluere: qꝛ erat magnus
valde. Sed q̃uis talia dicerent:non tñ ab accepto itine:
re cessabãt/credētes dño esse possibile qđ hũane fragili:
tati videbat ĩpossibile [et respiciētes viderũt reuolutum
lapidē] ꝑ angelũ q̃ prebēs dño suo obsequiũ venerat ad
manifestandũ xp̃i resurrectionē iam factã: et ipm ange:
lum dñi sedentē super lapidē extra monumentũ. Monu
mentũ pōt dici scriptura in qua dñs olim iacuit multis
figuris occultat⁹ : sed post resurrectionē angel⁹ magni
cōsilij scripture difficultatem apperuit. Uñ ꝼm bedã re:
uolutio lapidis mystice reuolutionē sacramentorũ xp̃i/
que velamine littere legalis tegebat insinuat. lex enĩ in
lapide scripta fuit:et ideo per lapidem designat. Et ꝼm
eundē angel⁹ sedebat sup lapidē quo ostio monumenti
claudebat: vt claustra inferorũ sua ipm dñm virtute de:
iecisse doceret. Moraliter hic lapis designat penitentie
pond⁹:ad qđ aspiciētes incipientes ad deũ ꝯuerti time:
re incipiũt:ne possint inchoantē penitentiã cōsummare:
ideo dicũt ingemiscētes [Quis reuoluet nobis lapidem
ab hostio monumēti].i.a corde in quo xp̃s affectat sepe:
liri. Sed nō debent diffidere et retrocedere: sed cum his
mulierib⁹ cominus ꝓcedere:et videbũt ꝙ toti⁹ lapidem
reuolutũ:descēdet enĩ angelus de celo.i.grã spũs sc̃ti q̃
lapidē amouebit:qꝛ totũ pondus pñie subleuabit. Ipse
enĩ ait. Iugũ meũ suaue est:et on⁹ meum leue: scꝫ gratia Mat.xi.
dei. [Et introeuntes] ab oriente [in monumētũ].i.intra
clausurã et domũculã rotundã q̃ erat circa sepulchrũ]
[viderũt] aliũ angelũ [sedentē a dextris] sepulchri iesu
[stola cãdida coopertũ et obstupuerũt] et pre gaudio et
ãmiratione tãte visiōis [Uiderũt (enĩ) iuuenē] ipso ha:
bitu corpis iuuenil' ꝓcedentē ĩmortalitatē resurrectio:
nis in qua renouat vt aqle iuuēt⁹/et nemo senescit [sedē
tē in dextris].i.ad meridianã ptē loci illi⁹ vbi corp⁹ posi
tũ fuerat:hoc q̃ppe ĩ dextri] iesu erat. Corp⁹ ei dñi qđ su:
pinũ iacēs habebat caput ad occidētē ⁊ pedes ad oriē:
tem:dextrã manũ necessario habebat ad meridiē:⁊ sini
strã ad aqlonē. Ex q̃ tpe ꝯsuetudo excreuit xp̃ianorꝫ ad
hãc similitudinē corpa sepeliri defunctorũ. Uiderũt inq̃
sedentē ĩ dextris [coopertũ stola cãdida].i.alba candē:
te,ꝓpter gaudiũ resurrectiōis [et obstupuerũt] pre ãmi:
ratione tãte visionis. [In dextris] et in albis angel⁹ ap:
paruit:qꝛ dextera perpetuã vitã designat: et candor ve:
stis splēdorē solēnitatis denũciat. vñ Grego. In dexte:
ra sedebat q̃ stola cãdida apparuit:qꝛ et sue et nr̃e festi
uitatis gaudia nũciauit. Illa enĩ dñi resurrectio/ et nos
ad ĩmortalitatē reduxit/et angelorꝫ numerꝫ restituēs ce
lestis patrie dãna reparauit.hec Greg. In stola etiã cã:
dida angel⁹ apparuit:ad designandũ puritatē vite quã
post baptismũ quisqꝫ debet obseruare. vñ et vestis alba ĩ
baptismo tradit:in signũ gl'iose resurrectiōis ad quã ꝑ
baptismũ ꝑuenit. Sic ergo duo erãt angeli ꝓpter testi:
monij sufficientiã:qꝛ in ore duorꝫ vel triũ stat ōme vbũ.
¶ Iam quidē terremot⁹ fact⁹ erat dño resurgente:et mo: Resurrexit clauso monumento.
numēto clauso egressus erat iesus ante reuolutionē lapi
dis:sicut intrauit ad discipulos ianuis clausis : sed post
egressum accedens angelus reuoluens lapidē vt sepul:
chrum vacuum ostenderet / ac resurrexisse dominum: et
egressum eius iam factũ indicaret. Non enim indiguit ĩ
resurrectione auxilio angelorũ/q̃ ꝓpria virtute claustra
dissipauit inferorũ. vñ Chryso. Cui⁹ gratia igitur venit Lapidis reuolue
angelus et leuauit lapidē post resurrectionē ꝓpter mu: ratio.
lieres. Ipse enĩ viderũt eũ in sepulchro. Ut igit credãt

quoniã surrexit videt sepulchrũ corpore vacuum / pro-
pter hoc vtiq3 abstulit lapidẽ. vnde ꝛ Beda. Angelus re
uoluit lapidẽ / non vt egressuro dño ianuã panderet: sed
vt egressus iam facti hoĩbus indiciũ prestaret. Qui enĩ
mortalis adhuc clauso virginis vtero potuit nascendo
mundũ ingredi / ipse iam factus immortalis clauso licet
sepulchro potuit resurgendo exire de mũdo. hec Beda.
Hoc tamẽ aliter et aliter fuit: quia ĩ resurrectione habu
it corpus gloriosum cui aliud nõ resistit: sed exit⁹ de vte
ro miraculosus fuit. Ubi nota ꝙ cuidã monacho sancti
laurentij rome extra muros admiranti quomodo xp̃us
clauso sepulchro exire potuerit: cingulo quo cinct⁹ erat
resolut⁹ dilapsus est / et vox in aere facta est. Sic potuit
xp̃s clauso prodire sepulchro. Igitur (vt dicit Gregori)
mulieres angelos videt que cũ aromatibus venerũt: qꝛ
ille mentes supernos ciues aspiciũt que cũ virtutũ odo
ribus ad deũ per sancta desideria proficiscũtur. ¶ Et de
scribitur angelus aspectu fulgureo / ꝛ vestitu cãdido: vt
aspectu malos terreat: et vestitu bonos mulceat ad cre-
dendũ christi resurrectionẽ: timor enĩ et amor debẽt in-
clinare ad credendũ [Erat enim aspectus eius sicut ful
gur] quia facies ei⁹ videbatur ignea ad incutiendũ ter-
rorẽ custodibus [vestimẽta eius sicut nix] ad dandũ cõ-
solationem mulieribus. Fulgor enim terrorem timoris
denotat: candor vero vestis gaudium dñice resurrectio
nis denunciat. Unde vsus ecclesie habet vt eo tẽpore in
ecclesia in albis psallant ꝛ cõsuetudo est palestinis dies
festos celebrãtibus vt alba vestimẽta induant: propter
quod subditur [Pretimore autẽ] ꝛ fulgore vultus eius
[exterriti sunt custodes] et stupefacti instar mortuoꝝ ia
centes. Ecce quomodo malos terruit: et eis durus fuit.
vbi Raban⁹. Timoris anxietate sunt exterriti qui amo
ris fiduciã non habebãt [et facti sunt velut mortui] qui
resurrectionis veritatẽ credere noluerũt. ꝛ Seuerian⁹.
Custodiebant enĩ crudelitatis studio: non pietatis obse
quio stare autẽ nõ potest: quẽ consciẽtia destituit: impel
lit reatus. ¶ Hic nota ꝙ in hoc cognoscitur bonus ange
lus a malo principio. Nam bonus angelus in principio
terret ex suo fulgore: in medio cõfortat ex sua allocutio-
ne: in fine letificat ex immissa cõsolatione. ¶ Malus aũt
angelus ecõuerso in principio terret ex sua horribili vo
ce: in medio decipit ex fallaci promissione. ꝛ in fine cõtri
stat ex subsecuta deceptione. [Et respondens angelus]
mulierũ trepidatiõi ꝛ affectibus [dixit eis. Nolite time-
re vos] Ac si (ẜm Grego.) aperte dicat. Paueãt illi qui
non amãt aduentũ supernorũ ciuium: pertimescant qui
carnalibus desiderijs pressi ad eorũ societatẽ pertinge
re desperant. Uos autẽ cur pertimescitis qui seruos ei⁹
quẽ queritis / ꝛ vestros conciues videtis? Ecce quomo
do bonos mulcet / ꝛ eis blãdus extitit. In quo etiã ostẽ-
dit: quia dñs iesus xp̃s qui est angelus magni cõsilij di-
ctus in vltima ꝛ generali resurrectione apparebit: ꝛ ter-
ribilis reprobis qb⁹ dicet. Ite maledicti in ignẽ eternũ
et blãdus iustis qbus dicet: venite benedicti patris mei
pcipite regnũ. Sic moraliter ꝑlatus bonus qui angelus
dñi exercituũ est obstinatos terret ꝛ penitẽtes demulcet
Hic enim notantur due cõditiones que debẽt esse in an
gelo sacerdote: ac prelato ꝛ predicatore: quia debet pri-
mo venenũ peccati per terrorẽ extinguere: et secũdo per
honeste conuersationis amorẽ bonos allicere. Et subiũ
git [Scio enĩ ꝙ iesum] saluatorẽ [qui crucifixus est que
ritis] in sepulchro sicut mortuũ. Qui crucifixus est addi
tur ad differentiã alioꝝ qui etiã nomine iesu vocabant
Item additur ad beneficij passionis cõmemorationem
vnde Aplus. Recogitate eũ qui talem sustinuit a pecca
toribus aduersus semetipsum cõtradictionẽ. Itẽ addi
tur ad cõmendationẽ mulierũ que et iesum etiam cruci-
fixũ querebant. Multi enim iesum querunt. i. saluatorẽ:
sed nõ crucifixũ: quia nõ per crucẽ cũ tamẽ illa nõ nisi in
ista inueniatur. vñ Chry. Multi libẽter querũt purpura
tũ: sed pauci querũt eũ crucifixũ vel flagellatũ: sed ante
q̃3 inueniatur purpuratus primo queri debet flagellat⁹
Marcus addit [nazarenũ] et sic tangit nomen ac patriã
et conditionẽ. Et subdit angel⁹ [Nõ est hic] scʒ per pre-
sentiã carnis et corporis qui nusq3 deest per presentiam
diuinitatis et maiestatis [Surrexit] enĩ per humanita-
tẽ qui nullũ casum patitur in diuinitate. Et addit [sicut
dixit] vt reduceret ad memoriã verba xp̃i dicta ante pas

Angelus cur videt. Angeli aspectus.

Angeli boni discretio a malo

Xp̃s terribilis ꝛ blãdus videbitur.

Heb. xij. Querunt crucifixũ pauci.

sionẽ suã vt sic magis crederẽt resurrectionẽ eius iã fa-
ctã. Impossibile enĩ est non fieri qd ipse dixit. q. d. Et si
mihi nõ creditis: memẽtote verborũ illius. Deinde ostẽ
dit eis locũ dicens [Uenite ꝛ vide locũ] . i. vacuum [vbi
posit⁹ erat dñs] hoc est corpus dñicũ. vñ Chry. Corp⁹
dñi dñs dicitur. deitas enĩ nunq3 separata fuit a corpo-
re etiã mortuo. Ac si dicat angel⁹. Uultis certificari de
eius resurrectione: ecce locus vbi posuerunt eũ. Si ver
bis meis nõ creditis: visui et vacuo sepulchro credatis
Propter hoc enĩ et lapidẽ reuoluerat vt locũ ostẽderet
Unde eũ per vniuersum mundũ fidelib⁹ dicatur: surre-
xit dñs de sepulchro qui pro nobis pepẽdit in ligno: so-
li canonici ecclesie resurrectionis dñice speciali gaudẽt
prerogatiua dicẽtes / et ad oculũ demonstrationẽ faciẽ
tes: surrexit dñs de sepulchro. Similiter in euãgelio pa
schali cũ dicit surrexit nõ est hic / dyaconus q̃ legit euan
geliũ digito demõstrat dñicam sepulturã. Et subiũgit.
[Sed ite festinãter dicite discipulis eius] cõmuniter [et
petro] specialiter [qꝛ surrexit et ꝑcedet vos in galileam
ibi eũ videbitis sicut dixit vobis] antẽ passionẽ: et ideo
sequimini eũ ibidem. q. d. Non concessum est vobis hoc
gaudiũ occulto cordis tenere: sed similit amãtibus pan
dere. Nõ dicit amatoribus mũdi: sed discipulis xp̃i. ẜm
Greg. vero nõ sunt discipuli qui cũ eo pascha nõ faciũt
non sunt discipuli q̃ retro aspiciũt quos curiositas vite
detinet: illecebra capit. ꝛ spine retrahũt scandaloꝝ. Ibi
eũ videbitis in ꝓpinqua regione / ꝛ ꝓpinquo tẽpore. In
galileã precessit: vt vbi fuit initiũ splendoris gratie: ibi
esset initiũ splẽdoris glorie. Uoluit etiã dñs specialiter
in galilea apparere vt veritas resurrectionis ꝓbaretur
quia ibi plura miracula est operatus ꝛ amplius conuer
satus: et ideo melius cognitus. Mulierib⁹ ergo dicit ab
angelo / vt nũcient aplis vitã resurgentẽ: quia suadente
diabolo mors nũciata fuit ade per mulierẽ. Unde sicut
fuit ꝓgressus in prima tẽtatione mortis a dyabolo ĩ mu
lierẽ / et a muliere in virũ / sic in ꝑma annunciatione vite
fieret ꝓcessus ab angelo in mulierẽ / ꝛ a muliere in viros
Dicitur aũt specialiter ꝛ petro: tũ ꝓpter principalitatẽ
inter discipulos: tũ ne desperaret de reconciliatione pro
pter magnitudinẽ peccati apostasie: tũ ne ad presentiã
dñi quem negauerat / ꝛ ad discipulos venire trepidaret
Quia (vt ait Hiero.) se indignũ iudicabat discipulatu
dũ ter negauit magistrũ. vñ ꝛ Grego. Si hunc angelus
noĩatim nõ exprimeret qui magistrũ negauerat venire
inter discipulos non auderet. Uocatur ex noĩe ne despe
raret ex negatione. vnde ẜm Aug. et Hiero. Peccatã ꝑteri
ta nõ nocẽt qñ non placẽt. Uideamus autẽ (ẜm Augu.)
cur ab ãgelo et a dño dictũ est ꝙ ꝑcedet eos ĩ galileã cũ
hoc sit post multa cõpletũ ꝛ tñ sic mãdatũ vt aut hoc so
lũ / aut hoc primũ expectaret fieri debuisse. Et soluitur
(ẜm eundẽ Aug.) ꝙ hoc ꝓphetice ꝛ significatiue est acci
piendũ. Galilea nãq3 interꝑtatur / vel trãsmigratio / vel
reuelatio. In galilea vero ẜm transmigrationis signifi-
cationẽ intelligẽdũ occurrit: qꝛ de populo israel trãsmi-
graturi erãt ad gẽtes que aplis predicãtibus nõ crede-
rent / nisi ipse dñs eis viã in cordibus hoĩm preueniens
prepararet. Et hoc intelligitur [precedet vos in galileã
ibi eũ videbitis] . i. ibi mẽbra corporis eius qd est eccle-
sia / in his qui vos susceperit inuenietis. Scd̃m illud au
tẽ ꝙ galilea interpretat reuelatio: non iã in forma serui
intelligẽdũ est sed ĩ illa in qua eq̃lis est pr̃i quã promisit
dilectoribus suis ꝛ illuc nos ꝓcessit: vñ ad nos veniens
nõ recessit ꝛ quo nos ꝑcedens nõ deseruit. Illa erit reue
latio tanq3 vera galilea cũ similes ei erimus ibi eũ vide
bimus sicuti est. Ipsa etiã erit beatior transmigratio ex
isto seculo in illã eternitatẽ si eius precepta sic amplecta
mur vt ad eius dexterã segregari mereamur. et ẜm Gre
go. Quia galilea trãsmigratio sancta interꝑtatur: recte
in galilea dñs vidẽdus nũciatur: siue quia ipse de corru
ptione in ĩcorruptionẽ: de mortalitate ad ĩmortalitatẽ
transijt: siue quia illi ad speciẽ eius contẽplandã puenī-
re merebũtur qui modo transmigrãt de vitijs ad virtu
tes: de amore mũdi ad amorẽ dei: declinãtes a malo / et
facientes bonũ querẽtes ꝛ sapiẽtes nõ terrena sed celestia
Cũ dicit [ibi eũ videbitis] ẜm Hiero. Breuis est s̃nia in
syllabis / sed ingens in quãtitate promissio. Ibi est gau
dij nr̃i fons / ꝛ salutis nr̃e eterne origo ꝑparata. Ibi con
gregãtur dispsiones. ꝛ sanãtur cõtriti corde. Ibi inquit

Discipuli xp̃i q̃ sint.

Cur in galileam precessit

Mulier cur nũcia salutis.

Cur et petro dicit.

Quõ ĩ galileam precessit.

Relatio ad disci: pulos fa: cta.

eũ videbitis:sed nõ sicut vidistis.hec Hiero. Mulieres vero fraudate spe sua:quia corpus dñi iuenire sperabãt non attendentes ad verba angeli que audierant conterrite ex insolita apparitione angelorũ et gemẽtes:qꝛ non inuenerũt dñm redeunt ad discipulos dicentes corpus dñi esse sublatũ. Nũciant discipulis vt aut secum quererent:aut secũ dolerent. De angelo quidẽ et eius verbis quibus dñm resurrexisse audierãt nihil eis dixerũt:hoc solũ nũciantes eisdẽ.s. dñm in monumẽto non esse.

Deliramẽta discipu lis visa.

[Et visa sũt eis verba ista sicut deliramẽta] .i.quasi fantastica et non vera.s. ꝙ dñs surrexisset a mortuis [et ideo nõ credebant illis] qꝛ res noua erat/ꝛ contra consuetudinẽ ꝙ mortui resurgerẽt. Ut enim ait Theophilus. Est naturaliter incredibile mortalibus resurrectionis miraculũ.

Petri et iohannis ad sepul: chrũ cur: sus.

[Petrus aũt et iohãnes] hec audiẽtes tollũt moras et [cucurrerunt ad monumentũ] ex desiderio vidẽdi factũ:quia ignis materie ingestus non nouit moras. Isti duo pre ceteris currebãt:qꝛ pre ceteris xpm amabant/ et sicut familiares inuicẽ se tenebãt:propter qđ in pluribus locis legunꝫ simul combinati. [Sed iohãnes citius precucurrit petro] qꝛ erat iunior et agilior illo. [Non tñ introiuit] propter petri reuerentiã quã expectauit:quia ipo senior et inter aplos principalior erat. Cõspice nũc bene ipsos.

Curs⁹ ad sepulchrũ

Currunt ipsi. Currunt magdalena et socie eius post eos: omnes currunt ad querendũ dñm suum / cor suũ ꝛ animã suam. Currunt multũ fideliter multũꝙ feruenter/multum anxie:et multũ studiose. Curre et tu post eos: sine potius cũ eis vt cũ eis cõsolari merearis. Cum autẽ peruenerũt ad monumentũ respicientes in ipso per exterius ostium intrauerunt. primo petrus:deinde iohãnes.

Iohãnes cur nõ in: trauit.

Et quidẽ ẜm litterã iohãnes qui primo peruenit non intrauit propter reuerentiã petri cui primum ingressum seruabat:sed mystice ẜm Greg. Per iohannẽ synagoga:per petrũ ecclesia designatur. Uenit synagoga prior ad monumentũ: sed minime intrauit: quia et si primo scripture sacramenta cognouit: tamen ad fidem passionis dñice intrare distulit. Secuta posterior ecclesia gentiũ introiuit in monumentũ:quia christũ iesum ꝛ cognouit carne mortuũ et viuentẽ credidit deum. Sed post petrum intrauit et iohannes:quia in fine mundi ad redẽptoris fidem etiã iudea colligetur. Et introeuntes non inuenerũt corpus:sed [viderunt sola] scꝫ sine corpore [lintheamina] qbus corpus erat inuolutũ [posita] .i. bene disposita et plicata [et sudariũ] capitis [non cũ lintheaminibus positũ] .s. indistincte ꝛ confuse [sed separatim inuolutũ] .i.bene plicatũ [in vnum locum] ac si ex industria esset factũ: quod totum factum est ad ostendendum christi resurrectionẽ iam factam / ꝛ ꝙ corpus non fuerat sublatũ [et crediderunt] verũ esse ꝙ mulieres dixerant.s.corpus xpi de monumento sublatũ esse:non autem surrexisse [nondũ eñi sciebant scripturas] de christi resurrectione loquentes:qꝛ nondũ erat eis apertus sensus vt intelligerẽt illas.

Iohãnis ꝛ petri admiratio.

Resurre: ctionis si: gnum.

Et recesserũt stupefacti/ꝛ apud se mirantes euentũ rei qualiter sola lintheamina derelicta fuere sine corpore perũcto vel quantã oportunitatẽ fur habuisset vt hec seriatim inuoluta dimittens presentibus militibus corpus auferret: non cogitãtes de christi resurrectione:nec intelligentes non esse sublatũ:quis simul fuissent lintheamina asportata / ꝛ maxime qꝛ propter vnctionẽ erant fortiter corpori adherẽtia:ideo per hoc ꝙ sic panni relicti et dispositi fuerant manifeste apparebat ꝙ resurrexerat. Separatio enim lintheaminũ a corpore domini: et desertio eorum in sepulchro signũ fuit dominice resurrectionis:non transpositionis. vnde Chrys. Cõsiderant lintheamina posita et sudarium separatim inuolutum in vnum locum quod erat resurrectionis signũ. Neqꝫ enim si transposuissent quidam hoc fecissent corpus denudantes: neqꝫ si furati essent huius rei solliciti fuissent vt leuarent sudarium et inuoluerent et ponerent in vnum locum seorsum a lintheaminibus: sed simpliciter vt se habebat suscepissent vtiqꝫ corpus. ¶ Propter hoc enim ꝛ Iohannes ait quoniã cum mirrha sepultus est/multaqꝫ cõglutinat corpori lintheamina vt non decipiaris ab his qui dicunt eum furto sublatum esse. Quid autem est seorsum lintheamina iacere/et sudarium seorsum inuolutum? Ut discas quoniam non erat festinantiũ hec res:scilicet seorsum quidem illa seorsum vero hec et inuoluta esse. Nõ enim ita insensatus esset qui furaretur / vt circa rem superfluã tantum studiũ consumeret. hec Chry. ¶ Moraliter monumentũ in quo sunt lintheamina sola: potest dici claustralis in quo est vestis religiosa exterius tantũ sine habitu interiori. vñ legitur in lib. Regũ. Cũ venissent q querebant dauid inuentũ esse simulachrũ super lectum eius. Hec est tunica ioseph inuenta sine ipso. Hec est vestis ouina sub qua latet mens lupina.

j Reg.xix Genesis xxxvij.

hic ẜm Grego. Diuine dispensationis magnitudo pensanda est ꝙ discipulorũ corda: et accenduntur vt querant:et differuntur ne inueniãt: quatenus infirmitas animi ipo suo merore cruciata purgatior ad inueniendũ fiat:et tanto validius teneat quãto tardius inuenit qđ querebat. Cõpatere igitur discipulis ipsis ꝛ mulieribus:qꝛ in afflictione magna sunt. Querunt dñm suum/et nõ inueniũt: et nesciũt vbi eũ amplius querere debeant. Igitur dolentes et flentes discipuli:et non audentes diu manere iuxta sepulchrũ propter metũ iudeorũ [abierunt ad semetipsos] .i.ad hospitia sua:ꝛ illuc vbi habitabãt/ꝛ prius latitabãt:et vnde ad monumẽtũ currebant nihil certi scientes de dñi resurrectione. Marie autem ibidem remanserunt: Et dũ mente consternate.i. stupefacte essent de hoc quod viderãt: quia et lapidem tam immense magnitudinis reuolutũ stupebant: et corpus tam eximie venerationis non inuentũ dolebant [respicientes in monumentũ viderũt duos viros] id est duos angelos in specie virorũ [stantes circa illas in vestibus albis] ad designãdũ gaudiũ dominice resurrectionis.

Angelorꝫ qualis so: leat eẽ ap: paritio.

Angeli non solum verbo: sed etiam fulgenti habitu gloriã annũciant triũphãtis. Apparitiones eñi angelorũ faciunt ad instructionẽ hominũ: ꝛ solent per illũ modum apparere qui competit rei de qua debent instruere candor autem vestis splendorẽ denunciat solẽnitatis:ꝛ ideo in albis apparuerũt vestibus ad denotandũ gaudium dñice resurrectionis. Apparuerũt autem duo ad solennis denunciandũ christi resurrectionẽ quia solẽnius denunciatur per duos ꝙ̃ per vnum vbi Beda. Quomodo autem posito in sepulchro corpore saluatoris angeli astitisse leguntur:ita etiam celebrandis eiusdẽ sacratissimi corporis mysterijs tempore consecrationis assistere sunt credendi / monente apostolo mulieres habere velamen propter angelos in ecclesia. Cunqꝫ mulieres timerent ex visione angelorũ insolita /ꝛ declinarẽt vultus in terram ex verecũdia dixerunt angeli ad illas consolando eas benigne/et instruẽdo de xpi resurrectiõe. [Quid queritis viuentẽ] ꝛ iam resuscitatũ [cũ mortuis?] Quasi dicerent. Nolite cũ mortuis:hoc est in monumẽto qui locus proprie est mortuorũ querere eũ q ad vitã iam resurrexit a mortuis. Uerũtñ multi querunt viuentẽ cum mortuis/ vt illi qui licet sint boni:tñ libẽter conuersanꝫ cũ malis qbus põt dici illud:sine vt mortui sepeliãt mortuos suos. Et subiũgit [Nõ est hic] scꝫ in sepulchro presentia corporis qui tñ nusqꝫ deest ꝑsentia deitatis [sꝫ surrexit inde] scꝫ ꝓpria virtute. Et addũt dicti sui ꝯfirmationẽ dicẽtes. [Recordamini qualiter locut⁹ est vobis] qꝛ verax est et nõ fallit [cũ adhuc in galilea esset dicens] qꝛ oportet filiũ hoĩs tradi i manus pctõꝝ et crucifigi:ꝛ tertia die resurgere] quasi dicerẽt diu ante predixit hec oĩa:et ideo non miremini si modo auditis esse facta. Iubẽtur verboꝝ recordari vt ꝑdicatione euẽtus futuri cõfirmentur in fide iam facti.

Declinan di vult⁹ in trã causa.

Quia vo (vt dictũ est) mulieres visis angelis timẽtes declinauerũt vultus i terrã mystice cũ celestibus mysterijs appropiquamus: exemplo mulierũ harũ vultũ in terrã declinare debem⁹: nos terrã et puluerẽ esse recolẽtes. vñ Beda. Et nos ergo exẽplo deuoterũ deo feminarũ quotiẽs ecclesiã intram⁹/et mysterijs celestib⁹ appropiquamus:siue ꝓpter angelice ꝑsentiã virtutis, siue ꝓpter reuerentiã sacre oblationis cũ omni humilitate ꝛ timore ingredi debem⁹. Ad cõspectũ quippe angelorũ vultũ declinamus in terrã:cũ supnorũ ciuiũ que sint gaudia eterna contẽplantes nos cinerẽ esse:terrãqꝫ recolimus:sicut btũs abrahã. Loquar inquit ad dñm meũ cũ sim puluis ꝛ cinis.

Ge.xviij.

Et notãdũ ꝙ sctẽ mulieres astãtibus sibi angelis non in terrã cecidisse:sed vultũ dicunꝫ in terrã declinasse Uñ mos obtinuit ecclesiastic⁹ vt i memoriã dñice:vel i nostre spẽ resurrectiõis/ꝛ oĩbus dieb⁹ dñicis:ꝛ toto qnquagesime tpe nõ flexis genib⁹:sed declinatis in terrã vultib⁹ orem⁹. hec Bed. Ille aũt mulieres nec tũc attẽderũt ad vba ange

lor:nec aliquā ↄsolationē receperūt de visione eorū: q2
nō q̄rebant angelos sed dn̄m angelorū:imo ille due ma
rie scȝ iacobi ꝛ salome ↄterrite ꝛ quasi absorpte exeūtes
fugerūt de monumēto : ꝛ elōgauerūt se inde aliquātulū
et sedebāt dolētes [q2 tremor ꝛ pauor].i.stupor [eas inua
serat] ꝓpter visionē angelorū ꝛ custodū: et nemini scilȝ
de custodib⁹ q̄cq̄ꝫ dixerūt: nec etiā angelis loq̄ntib⁹ rn̄=
derunt. vn̄ Aug. Intelligamus ipsis angelis nemini au
sas fuisse aliq̄d dicere. i. rn̄dere ad ea que ab illis audie=
rāt aut certe custodibus quos iacentes viderūt. Oratio

Domine iesu christe vnica proles summi dei q̄
dilectis tuis desideriū querendi indidisti: sed
vt magis accenderētur affectū inueniendi di=
stulisti:eosq̄ꝫ in galilea te visuros per āgelum
certificare voluisti: da michi misero ardēter te querere
et gaudenter te inuenire : vt de vitijs ad virtutes/et de
amore mundi ad amorē tuū transmigrans merear post
hanc vitam ex isto seculo in illam eternitatē transmigra
re:teq̄ꝫ deum deorum in syon et in galilea vera cum ele=
ctis tuis gratia tua largiente tunc videre. Amen.

¶ Quō dn̄s apparuit marie magd. Ca.lxxij.

Joh.xx.ꝛ Magdalena vero amari=
Matthei tudie plena estuans amore:et nesciēs
xxviij. quid aliud deberet facere:q2 sine ma=
gistro non poterat viuere:nec ibi eum
inueniebat:et vbi eū quereret ignora=
bat [stabat] ex feruore et constātia:q2
vis amoris nec sedere/nec iacere sine
bat [ad monumentū foris]et ab extra.s. in orto/et añ do
mūculā in qua erat sepulchrū [plorās]ꝛ lamentās dn̄m
suū. Tanto enī cordis ferebatur incendio: tāta pietatis
afficiebatur dulcedine : tā validis trahebatur vinculis
charitatis vt feminee infirmitatis oblita nec tenebrarū
caligine:nec persecutorū īmanitate retraheretur a sepul
chri visitatione:quin poti⁹ foris stās/et lachrymis mo=
numentū irrigās recedentib⁹ discipulis non recedebat
ꝓ eo ꝙ diuine dilectionis igne succēsa:et tā inualescente
vrebaꝛ desiderio/et impatiēte vulnerabaꝛ amore:vt ni=
hil ei saperet nisi flere: possetq̄ꝫ illud propheticū veracit
Ps̄. xxxj eructare. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte
dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. Fm Aug.
Magda= Feruentior et deuotior erat ad xp̄m alijs mulieribus:et
lene fer= nimius ardor amoris eā sollicitabat. Maria enī quicq̄d
uor. voluit flendo obtinuit. Flendo obtinuit veniā pctōrum
Flēdo ob Flendo obtinuit fratris resuscitationē de faucibus īfer
tinuit q̄c= norum. Flendo obtinuit consolationē de resurrectione.
q̄d voluit Lachrymas ergo fudit cōpunctionis/ cōpassionis/ꝛ de
magdale= uotionis. vnde Greg. Qua in repulsandū est huius mu=
na. lieris mentē quāta vis amoris accēderat q̄ a monumē=
to dn̄i etiā discipulis recedentibus non recedebat. Un
de contigit vt eū sola tunc videret que remansit vt que=
reret:q2 virtus boni operis perseuerātia est. vbi ꝛ Aug.
Uiris enī redeuntibus infirmiorē sexū in eodē loco for
tior figebat affectus: ꝛ oculi q̄ dn̄m quesierāt ꝛ nō iuene
rāt:lachrymis iam vocabant/āplius dolentes ꝙ fuerat
ablatus de monumēto/q̄ꝫ ꝙ fuerat occisus in ligno: q̄m
magistri tanti cuius ei vita subtracta fuerat: nec memo
ria remanebat . Tenebat itaq̄ꝫ ad monumentū iā dolor
iste mulierē. vn̄ et Orige. Audiuimus fratres mariā ad
monumētū foris stantē:audiuim⁹ mariā plorātē. Amor
faciebat stare:dolor cogebat eā plorare. Stabat ꝛ circū
spiciebat si forte videret quē querebat . Dolor renouat⁹
erat ei: q2 quē prius doluerat defunctū:nūc dolebat ab=
latum. Et iste dolor maior erat quia nullā consolationē
amplius habebat. Prima ergo fuit causa doloris quia
viuū ꝑdiderat:sed de hoc dolore aliquantulā cōsolatio
nē habebat:quia mortuū remanere videbat . Nunc aūt
de isto dolore cōsolari non poterat:q2 nec corpus defun
cti inueniebat. ¶ Metuebat autē ne amor magistri sui in
suo pectore refrigesceret/quo viso recalesceret. Plora=
bat itaq̄ꝫ maria vehementer q̄m dolor additus erat sup
Dolor ge= dolorē . Duos itaq̄ꝫ dolores eximios vno gestabat cor=
minus in de quos mitigare lachrymis volebat sed nō valebat:ac
magdale. ideo tota posita in dolore : mente et corpore deficiebat :
et quid ageret nesciebat. Petrus quidē et iohannes ti=
muerunt et ideo non steterūt:maria non timebat:quia ni
hil supplicabat: q2 sibi superesse pro quo timere deberet.

Perdiderat enī magistrū suū quē ita singulariter dili=
gebat : vt preter ipsum nihil posset diligere vel sperare.
Perdiderat vitā anime sue ꝛ iam melius arbitrabatur
fore sibi mori q̄ꝫ viuere: quia forsitan moriens inueniret
quē viuens inuenire nō poterat. ¶ Fortis nāq̄ꝫ vt mors Cāti.viij.
dilectio: quid nam aliud in maria faceret. facta erat ex=
animis:facta erat insensibilis. Sentiens nō sentiebat:vi
dens non videbat:audiēs nō audiebat: sed neq̄ꝫ ibi erat
vbi erat:quia tota ibi erat:vbi magister su⁹ erat: de quo
tamen vbi erat nesciebat. Querebat autē eū et non inue=
niebat : et ideo stabat ad monumentū et plorabat / tota
lachrymabilis et miserabilis. Certe iam nihil sapiebat
maria nisi diligere:ꝛ ꝓ dilecto dolere. Oblita erat timo
rem:oblita erat semetipsam:oblita erat deniq̄ꝫ om̄ia pre
ter illū quē diligebat super omnia. Sensus nullus in ea
remāserat:omne cōsiliū ab ea perierat:spes omnis defe=
cerat:solummodo flere supererat.hec Origen̄. [Dum er Querētiū
go fleret] ꝓpter corporis xp̄i absentiā [inclinauit se]cor mos.
poraliter [ꝛ prospexit in monumētū]quia semper spera
bat ibi eum inuenire vbi eum sepelierat: ꝛ amor inquisi=
tionē multiplicabat. Sicut enī nos cum aliquā rem per
dimus q̄ꝫuis huc illuc querendo discurramus.tamē ad
eum locū sepe respicimus vbi eam habuisse meminimus
ita et hec mulier q̄ꝫuis huc illucq̄ꝫ corpus dn̄i quereret :
anxia tn̄ de eius absentia frequentius monumentū aspi=
ciebat vbi eum positū nouerat. vn̄ Greg. Amanti semel
aspexisse non sufficit:quia vis amoris intentionē multi=
plicat inquisitionis. Quesiuit ergo prius ꝛ minime inue
nit.perseuerauit vt quereret vnde contigit vt inueniret
Actumq̄ꝫ est vt desideria dilata crescerent / et crescen=
do caperent quod inuenissent. Sācta enī desideria dila=
tione crescunt: si autē dilatione deficiunt desideria non
fuerūt. Hoc amore arsit quisq̄s ad virtutē ꝑtingere po
tuit.hec Greg. Quis ergo maria vidisset corp⁹ xp̄i abes
se:volebat tn̄ adhuc videre si aliq̄d vestigiū posset ꝑcipe
re:ꝛ ideo nō sufficiebat sibi semel respexisse. In hoc ꝙ in
clinauit se et respexit in monumētū/datur intelligi ꝙ cū
humilitate cordis debemus prospicere mortē xp̄i: et in
hoc ꝙ iterum prospexit datur exemplū continue oculo
mentis mortē christi prospicere [et vidit] maria oculis
corporis ipsos [duos angelos]prefatos [in albis seden
tes]supra sepulchrū et loculū corporis [vnū ad caput/
alium ad pedes]propter reuerentiā loci cōsecrati ex ta=
ctu corporis dominici: ex feruore enī deuotionis quam
habebat illam visionē meruerat. Angelus ad caput est
reuelās diuinitatis archana quia caput christi deus est
angelus autem ad pedes est docens humanitatis eius
obsequia in redemptione nobis impensa [qui dicunt illi
mulier quid ploras?]Angeli lachrymas prohibebāt:et
futurū quodāmodo gaudiū nunciabant: ac si dicerent ,
Plorare noli/ non habes causam flendi sed magis gau
dendi:ex resurrectione xp̄i nō est plorandū:sed plauden
dum:hic dies leticie est non meroris: leta venimus nun=
ciare tibi noli ergo plorare : sed potius ad illum respice
quem tanto amore desideras videre . At illa putans in=
terrogare quasi nescientes et nō angelos esse: sed homi=
nes/ ꝓdit lachrymarū causas [q2 tulerūt(inquit) dn̄m
meū]de monumēto [et nescio vbi posuerūt eū]arbitrās
custodes vel iudeos eū esse furatos. Magnus ergo do=
lor me flere compellit:magna tristicia viscera mea coar Timor
tat. Timebat enim ne iudei corpus christi in aliquem lo magdale=
cum inhonestū proiecissent / inuidentes honori sepultu= ne.
re eius/vel ne forte asportassent vt ei ignominiam face=
rent. Agebat in ea vis amoris vt non inuentū nōn crede
ret nisi sublatū/et hec āgustie causa erat/quia nesciebat
vbi inueniret ꝛ officium funeris impēderet: nō dicit cor
pus domini mei/sed dominū a toto designans partem :
sicut omnes confitemur iesum christum filium dei sepul
tum/cum sola eius sepulta sit caro. Uide hic mirabilem
operationē amoris. Paulo ante audierat ab vno ange
lo ꝙ resurrexit:ꝛ postea a duob⁹ ꝙ viuebat ꝛ nō recorda
tur/et dicit nescio. Amore hoc faciebat quia anima sua
nō erat vbi ipsa erat/sed ibi erat vbi magister suus erat
Nam fm Origenē. Spiritus marie magis erat in cor=
pore magistri q̄ꝫ in suo. Nesciebat cogitare loqui vel au
dire nisi de ipo: ꝛ nescio(inquit)vbi posuerūt eum. Hec
erat ei maior causa doloris et desolationis: quia nescie=
bat quo iret ad consolandū dolorē/et vbi eum inueniret.

Maria quia vidit lapidē sublatū credidit xp̄m furatū ⁊
deportatū:lapide enim sublato corpus faciliter amoue:
tur de monumēto:qđ fieri nō potest q̄diu lapis supposi
tus est:sic q̄diu lapis timoris dei in corde est.xp̄s ab eo
auferri nō potest: si autē amouetur cito ip̄m perdit. Cū
autē maria sic ploraret:nec de angelis aliquid curaret/
amor suus/magr̄ suus amplius se tenere nō potuit:dn̄s
igit̄ iesus refert hoc matri sue et dicit ꝙ vult ire ad cōso:
landū eā: valedicēsq̄ matri venit in momento in hortū
vbi erat magdalena/stat mulier ⁊ plorat:adest iesus me
rentiū consolator et pias mulieris lachrymas intuetur
eiq̄ ab angelis se vertēti/et retrorsum conuerse appare
Christum videre volens. re dignat̄. Hec hoc ostēditur ꝙ si qs xp̄m videre deside
rat oportet vt ad deū cōuertat̄:q2 illi ad deū vidēdū ꝑ:
ueniūt/q̄ se totaliter ꝑ amorē in eū conuertūt. vbi Chry
Sur nō expectauit eoꝝ respōsum:sed cōuersa est retror:
sum cū ad minus hoies multe reuerētie appareret. Hic
quia cū maria illa diceret xp̄s aduenit/cui angeli reue:
rentiā exhibētes assurrexerūt: qđ magdalena admirās
[cōuersa est retrorsum] vt videret ad q̄d assurrexerunt
Qualis visus ē christus magdalene. [Et nō cognouit ꝙ iesus esset] q2 videbat eū i specie nō
gloriosum:quē angeli gloriosum videntes honorabant.
Ipsa enim nondū habebat fidem de xp̄i resurrectiōe:et
ideo talis apparuit in corpore qualis apud eam erat in
mēte:nō ꝙ iuxta hereticos formā dn̄s vultūq̄ mutasset
vt ꝓ voluntate diuersus ac varius videret̄:sed quo ma:
ria obstupefacta erat miraculo. vñ Bern. O q̄ delecta:
bile pietatis spectaculū q̄ querit̄ ⁊ desiderat̄:occultat se
et manifestat̄:occultat se vt ardentiꝯ requirat̄:et requisi
tus cū gaudio inueniatur:et inuētus cū sollicitudine te:
neatur:tentꝯ nō dimittat̄.ſm Grego. Maria q̄ adhuc de
dn̄i resurrectione dubitabat cōuersa est retrorsum vt vi:
deret iesum:quia videlicet per eandem dubitationē suā
quasi tergū in faciem dn̄i miserat quē resurrexisse mini:
me credebat. Sed q2 amabat ⁊ dubitabat:videbat ⁊ nō
cognoscebat:eumq̄ illi et amor ostenderat/et dubietas
abscōdebat. Et [dixit illi iesus.mulier quid ploras.quē
queris?] nō petijt quasi ignorās:sed vt eius responsione
Ortulanꝯ creditus est xp̄us. cōuenietius eā instruat. ſm Greg. Interrogat̄ doloris
causa vt augeat̄ desideriū. quatenus cū nominaret quē
quereret/in amorē eius ardentius estuaret. At illa eum
adhuc non cognoscēs putauit eū esse ortulanū cui incū:
bebat cura orti illius in quo monumentū erat: eo ꝙ ma:
ne primo eum in orto videbat:estimabat enim nullū cir:
ca loca illa occupari nisi eū qui illorū cultor erat. Bene
autē spiritualiter ortolanus ei erat:quia sentes perfidie
et vitiorū iam eradicauerat/ac virentia semina fidei et
virtutū per amoris sui vim in eius pectore ⁊ orto anime
seminare et plantare curabat. Sicut enī ad ortulani offi
cium pertinet noxias herbas eradicare:vt bone possint
proficere:ita dn̄s de orto suo.i.de ecclesia quotidie vitia
eradicat:vt virtutes proficere valeant. vnde Origenes
O maria si queris iesum quare non cognoscis? Ecce ie
sus venit ad te quem tu queris:⁊ tu estimas ortulanum
esse. Verū quidē est qđ estimas:sed tamen in hoc erras:
dū enī sic ortulanū estimas vt iesum esse non cognoscas
Est enī iesus/est et ortulanꝯ:q2 ipse seminat omne bonū
semen in orto aīe tue/et in cordibus fideliū suorum:ipse
omne bonū plantat et rigat in aīabus sanctorū:⁊ ip̄e est
Ortulanꝯ est xp̄s. iesus qui tecū loquitur.hec Origeñ. Marie etiam in spe
cie ortulani apparuit:tale enim officium:talis actus:ta:
le exercitiū:talisq̄ nominis interpretatio incipientibus
congruit oportet enim vt penitens gerat modū ortulani
sc3 vt omnia nociua eradicet/et bona inserat.si ergo vis
vt appareat tibi verus ortulanꝯ:oportet te herbas noci
uas eijcere et salutiferas inserere. Illa vero vt ebria re:
spondit ei sicut ortulano [dicens. Dn̄e si sustulisti eū di:
cito mihi vbi posuisti eū] qui mihi est singularis thesau
rus etiā mortuus [⁊ ego eum tollam] cū omni desiderio
et accipiā:dn̄m vocat vt beniuolētiā eiꝯ captet:nō dicit
si sustulisti iesum crucifixum loquendo determinate: et
nominando eum vel alias designādo: sed dicit eū in ge:
nerali nihil addendo: quia vis amoris et affectus cum
desiderio querentis vel feruenter amantis hoc agere in
animo solet:vt quem ipse querit vel cogitat/omnes co:
gitare estimet/et nullū alium ignorare credat. vnde qua
si de cognito loquitur:et quem ipsa diligebat omnes sci
re cogitabat; nec putauit alteri incognitū quem sic ipsa

continue plangit desideratū. Si ergo tu propter timorē
iudeorū leuasti eū:hinc dicito mihi vt ego eū accipiā: ti
mebat enim ne iudei etiam corpori inseuirent exanimi:⁊
ideo volebat in altum locū incognitū illud transponere
mirabilis mulieris audacia quā mortui non terret aspe
ctus:et cuiꝯ valitudo ad graue mortui funꝯ tollēdū plꝯ
intentat q̄ possit. Ex virtute enī amoris credebat se pos
se tm̄ corpus etiā mortuū portare:q2 feruent̄ amanti ni:
hil videtur difficile:cū enim sexus femineus fragilis ad
onera deferenda:et pauidus ad mortuoꝝ corpora baiu:
landa:quicquid alijs impossibile est:hec propter magni
tudinē amoris leue et possibile arbitratur. vñ Origenes
Joseph timuit et ausus non fuit tollere corpus de cruce Audacia magdalene.
nisi in nocte:⁊ nisi hoc expetijsset a pylato:maria autem
noctē non prestolat̄:nō postulat nec veret̄:sed audacter
ꝓmittit dicens:ego eū tollā:o mirabilis mulieris auda
cia:o mulier iā nō mulier. Nullū locū excipit:nichil aū
ponit:sine tīore dicit:absolute ꝓmittit:dicito michi vbi
posuisti eū et ego eū tollā:o maria magna est constantia
tua:magna est fides tua. hec Orige. Hic ergo ostēditur
magna marie deuotio:⁊ dilectionis feruor:et ideo meru
it quem mortuū querebat viuum videre et audire:respi:
ce bene eam quomodo lachrymabili vultu suppliciter ⁊
deuote ipsum exorat vt sibi illum quem querit ostendat
semper enī sperabat audire aliqua noua de suo dilecto
super omnia. ¶ Postq̄ aūt (vt ait Grego.) eam commu Noie proprio facta appellatō
ni vocabulo appellauit ex sexu/et agnitus nō est:vocat
ex noie proprio vt eā magis intentā faciat:⁊ talem se ex
hibet vt cognoscat dicens [maria] desideriū eius vlteri
us affligi non sinens:per vocationē nominis apertā sui
declarat cognitionē: ac si aperte dicat. Recognosce eū
a quo recognosceris. Cum enī apud deum certus sit nu
merus electoꝝ: magna gratia aliq̄bus datur qñ ꝓprijs
noibus deo noti esse monstrantur:proprio ergo noie vo
cat mariā vt designet specialē quā ad sanctos habet no
ticiā [illa vero conuersa] corde et oculis mētis sicut an:
te erat conuersa corpore et oculis carnis: mox vt se suo
noie vocari audiuit: eū in voce sicut ouis bona pastorē
recognouit. Prius enim cōuersa corpore iesum esse qđ
non erat putauit: nunc conuersa corde quod erat agno:
uit:ac quasi reuiuiscens et adorans eum:indicibili gau:
dio. [Dixit. Rabboni] .i.magister sic enī ante passionem
eum vocare cōsueuerat:q2 doctores apud iudeos vocā:
tur magistri. Tu es quē querebā:quare tandiu te michi
celasti:q2 ergo perseuerauit vt quereret: cōtigit vt inue:
niret. vñ Grego. Maria q2 vocatur ex noie recognoscit
autorem:atq̄ eū protinus rabboni.i. magistrū vocat:q2
et ipse erat qui querebat̄ exterius et ipse qui interius vt
quereret docebat. Vñ ⁊ Origenes. O mutatio dextre ex
celsi:cōuersus est dolor magnus in gaudiū magnū: mu:
tate sunt lachryme doloris in lachrymas amoris ⁊ exul
tationis. Vt ergo audiuit hoc verbū maria (sic enī con:
sueuerat illā vocare magister suus) presensit in ipso noie Agnitio ex nomine facta.
quandā singularē vocationis dulcedinē:et per eam co:
gnouit ip̄m a quo vocabatur esse magistrū suū. vñ etiā
Ansel. Noli magdalene deserere comitatū:sed peractis
aromatibus cum ea dn̄icū sepulchrū visitare memento
O sicut illa oculis:tu in sp̄ū cernere merearis: nunc sup
lapidē reuolutū ab ostio monumenti angelū residētem.
nunc intra monumentū vnū ad caput/aliū ad pedes re:
surrectionis gloriā predicātes: nūc ip̄m xp̄m mariā flē:
tem et tristē tā dulci oculo respicientē:tā suaui voce di:
centē maria. Rumpūtur ad hanc vocem oēs capitis ca
tharacte:ab ipsis medullis eliciunt̄ lachryme:singultꝯ/
atq̄ suspiria ab imis trahūtur visceribus maria. O bea Magdalena ꝑ gaudio elinguis ad tēpus.
ta quid tibi mentis fuit:quid animi:cum ad hāc vocē te
ꝓsternens/et reddens vicē salutanti clamares: rabbo:
ni.quo rogo affectu quo mentis desiderio clamasti rab:
boni? Nūc plura dicere lachryme prohibent cū vocē ex
cludāt affectus:oc̄lsq̄ ⁊ anime ⁊ corporis sensus nimius
amor absorbeat. Et iterū:noīat dn̄s consuetum ancille
nomen/⁊ cognoscit ancilla cōsuetā dn̄i vocē. Puto vel
certe affirmo: quia sensit solitā suauitatē qua vocari cō
sueuerat maria:o vox delectabilis: o q̄tū blandimenti:
q̄tum sapuit amoris: nec celerius hoc exprimi potuit:
scio que sis/et que velis. Illico mutate sunt lachryme:
non enim credo mox esset restrictas: sed quas contritū
cor se torquendo prius exprimebat: eas postmodū cor

gaudēs effundebat. O ꝙ̄ dissimilia sunt rabboni: ⁊ si tu
sustulisti cū dicito mihi. O ꝙ̄ dissona sunt/tulerūt dn̄m/
et nescio vbi posuerūt eum: ⁊ illud qꝛ vidi dn̄m et hec di
xit mihi. hec Ansel. Et currēs ac ꝓcidens maria ad pe-
des iesu vestigia eiꝰ adorādo/statim voluit ex deuotiōe
amplecti vestigia eiꝰ quē recognouit: ac pedes tāgere ⁊
osculari vt consueuerat. O amor fortis ⁊ impatiēs non
enī sufficiebat ei videre iesum/⁊ cū iesu loqui/nisi etiam
tangeret iesum: sciebat enī qꝛ virtꝰ de illo exibat ⁊ sana-
Noli me tangere. bat oēs. Ipse vero volēs fidē in corde illiꝰ vt ortolanꝰ
seminare/⁊ aīam eiꝰ ad celestia eleuare [dixit noli me tā
gere] scʒ manibꝰ corporis: quē nondū tetigisti fide cor-
dis. q. d. potiꝰ volo vt tāgas me tactu mētis credēs me
prī equalē/ꝙ̄ tactu corporis credēs me hoīem purū et
patre minorē: adhuc enī carnaliter in eū credebat quē si
cut hoīem flebat. Prohibita est ergo: qꝛ ꝓpter defectū
Ascēdere ad patrē. fidei indigna erat: ⁊ ideo subdit [Nondū enī ascendi] .i.
eleuatꝰ sum scʒ in corde tuo [ad patrē meū] .i. ad equali-
tatē prīs: qꝛ non credis me ꝑuenisse ad equalitatē eius/
ac me filiū equalē et coeternū patri qui me suscitasset a
mortuis. sed esse sublatū tāꝙ̄ cadauer purū: ac si diceret
Qꝛ me tanꝙ̄ mortuū in sepulchro queris/et resurrexisse
nō credis: ideo viuentē tāgere nō mereris: tibi enī non-
dū ad patrē ascēdi/quē viuentē cū mortuis q̄ris. cū tibi
ascēdero ad patrē tūc mereberis me tāgere prī equalē.
vñ Ansel. Sed o dulcis iesu cur a sacratis ac desideratis-
simis pedibus tuis sic arces amantē? noli inq̄s me tāge
re. vt quid dn̄e? quare nō tangā illa desiderata vestigia
tua ꝓ me ꝑforata clauis: perfusa sanguine nō tangā/nec
deosculabor. an inimicitior es solito qꝛ gloriosior? ecce
nō dimittā te/ nec recedā a te. nō parcā lachrymis pectꝰ
singultibus/suspirijsqꝫ rūpetur nisi tangā. Et ille īquit
Noli timere/nō auferet tibi hoc bonū: sed differtur. hec.
Ansel. Sic ergo maria dubijs plena luctu inquieta: ꝑpa
ratione indiguit anteꝙ̄ ad tangendū tantā sanctitatem
Non tangēdus ab immūdis dominus. accederet. Si autē illa que dn̄m resurgentē prima post
matrē eius videre meruit que tantū dilecta est a dn̄o/et
tota eiꝰ mācipata obsequio ab omni pctō ab eo liberata
a tactu pedū eiꝰ est ꝓhibita: q̄to magis pollutus vitijs
ne eū totū tangat ꝯficiendo vel sumēdo: sed [vade] iam
letificata [dic] et nuncia [fratribus meis] scʒ apl'is: quia
surrexi et [ascendo] .i. ascendā [ad patrē meū] ꝑ genera-
tionē et naturā [et patrē vestrū] per adoptionē et grām
[deū meū] quia me hoīem creauit: et sub quo ego homo
sum ꝺm humanitatē [et deū vestrū] q̄ vos creauit/et ab
errore liberauit: īter quos ⁊ ipm ego mediator sum. q. d.
In ꝓximo est vt videāt ascendentē. Loquit̄ in ꝓposito
inquātū hō: qꝛ ascēdere nō cōpetit ei ꝺm diuinā naturā
Frēs cur vocet apostolos. que est altissima: qd̄ etiā patet ex hoc ꝙ vocat apl'os fra
tres/ꝓpter similitudinē et cōformitatē humane nature
et ꝓpter spiritualitatē amicitie/⁊ etiā propter adoptio-
nē grē: qꝛ eius prīs sunt filij adoptiui cuiꝰ ipse est filius
naturalis. vñ Seuerianꝰ Vocat fratres quos corporis
sui fecit esse germanos: vocat fratres quos prī suo ado-
ptauit in filios. vocat fratres quos benignus iesus sibi
prestitit coheredes vocat fratres propter specialitatem
Descēsus christi. amicitie quā habuit ad ipsos. vñ et Ambro. Descendisti
quidē filius hoīs: nec patri cū descenderes abfuisti: sed
descendisti nobis vt te oculis ⁊ mētibus videremus vt
in te crederemꝰ: ergo et ascēde nobis vt te sequamur mē
tibus quē oculis videre non possumus. hec Amb. Stāt
ergo dilecti cū iocunditate et gaudio magno loquentes
adinuicē sicut amicꝰ cū amico. Ecce igit̄ ⁊ hic similiter
magnū pascha. Sic itaqꝫ dn̄s a mr̄e rediēs apparuit ꝓ-
mo marie magdalene/ꝙ̄ ipsis apl'is vel aliquibus alijs
vñ Hiero. Marie magdalene primo ostenditur de qua
eiecerat septē demonia: qꝛ meretrices ⁊ publicani prece
Locꝰ apparitionis dēt synagogā in regno dei: vt latro ꝓcessit apl'os. Locꝰ
autē vbi dn̄s apparuit magdalene distat. xv. passibus a
sepulchro. Hanc igit̄ mulierē q̄ mane surrexit amare fle
uit: ardētissime dilexit: diligētissime quesiuit: et ideo pre
ceteris inuenit et nos imitemur: eiusqꝫ exercitiū gerētes
cū lachrymis et ꝑseuerātia dn̄m queramus: vt simul cū
ipsa dn̄m inuenire/et ab eo cōsolari mereamur. vñ Ori-
genes. Sequamur ergo fratres charissimi huius sancte
mulieris affectum vt perueniamus ad effectū. Ploret
vnusquisqꝫ ad iesum et queret fideliter iesum: qꝛ non de-
esset anime querenti illū. disce ergo o hō o pctōr a muliere

peccatrice: cui tn̄ dimissa sunt oīa pctā sua. Disce pctōr **Querēdꝰ xp̄us est.**
homo plorare dei absentiā: ac intime desiderare eiꝰ pre-
sentiā. disce a maria iesum amare: et iesum sperare iesum
indesinenter querere: et querendo inuestigare: nulla ad-
uersa formidare: nullā consolationē extra iesum recipe-
re: oīa ꝑter ipm contēnere disce a maria querere iesum ī
monumento cordis tui: reuolue lapidē ab hostio monu
mēti dei: amoue oēm duritiā ⁊ repelle omne obstaculū a
fide tua: tolle ergo oēm ꝯcupiscētiā/ et oēm immūdiciā
a corde tuo / et diligenter perscrutare si sit iesus in eo: si
autē nō inueneris in te iesum sta foris et plora/et perma
ne in fide/et respice foris ad alios si forte alicubi inueni-
es et videas in aliquo eū/et plorādo ora iesum vt digne
tur intrare ad te: et habitare ī te. ¶ Et ne forte erecta cer **Humilit̄ querendꝰ est.**
uice repellas eū a te: humiliando inclina te: et iterū pro-
spice in monumento dei qd̄ debet esse in te: et si ibi vide-
ris duos angelos: vnū ad caput: et vnū ad pedes. i. si co
gnoueris in corde tuo quasi celestia desideria tam ad cō
templatiuā vitā ꝙ̄ ad actiuā pertinentiā: per que adhuc
nō possis iesum videre/nec iesum habere: noli his contē
tus esse: noli adhuc deficiēdo quiescere: sed plora et que
re iesum in te donec inuenias: et si forte aliquo modo ti-
bi apparuerit/et desiderio tuo se rep̄sentauerit: noli pre-
sumere de te tanꝙ̄ ex tuo desiderio: vel merito tibi appa
ruerit et tanꝙ̄ eū agnoscas: sed bonitati: pietatiqꝫ eius
attribue et interroga illū: et ora vt indicet tibi seipsum:
audeo enī tibi cōfidenter ꝓmittere si in fide ad monumē
tū cordis tui steteris: si plorādo iesum quesieris ⁊ querē
do ꝑseueraueris: si cum hūilitate te inclinaueris: si exem
plo marie nullā aliā consolationē de iesu nisi ipsum reci-
pere volueris ipso reuelante ipm sine dubio inuenies: et
ipm agnosces: ita vt non sit tibi necesse querere ab alijs
vbi est iesus: sed tu magis indicabis cū nūcians ꝙ vidi
dn̄m et hec dixit mihi. Hec origenes. Post aliquantulā
vero morulam dn̄s discessit dicēs. quia et alios visitare
eū oporteret. Tūc magdalena bn̄dictiōe ab eo recepta:
et dn̄o discedente recessit: et iam credens ad socias suas
venit et hec eis nūciauit. Ille vero de resurrectione dn̄i
gaudentes: sed ꝙ eū nō viderāt dolētes [recedūt] cū ea
[de monumēto] .i. de loco ante monumētū/scʒ de septis
horti in quo erat monumentū [cum timore ⁊ gaudio ma
gno/currentes nunciare hec discipulis] dn̄i de ipso. ꝺm
glo. duplex erat in eis affectus scʒ timoris et gaudij: al-
ter de magnitudine miraculi/alter ex desiderio resurgē
tis: et vterqꝫ gressum concitabat femineū. Oratio.
O Pijssime dn̄e. o dulcissime magister ꝙ̄ bonus
es tu his q̄ recto sūt corde: ꝙ̄ suauis his q̄ di-
ligūt te? O ꝙ̄ felices sūt q̄ querūt te: ⁊ ꝙ̄ btī q̄
sperant in te? Uerū certe est ꝙ tu diligis oēs
diligētes te: ⁊ nunꝙ̄ derelinq̄s sperātes in te. Ecce enī
hec dilectrix tua simpliciter q̄rebat te: ⁊ veraciter inuenit
te. Sperabat in te et nō est derelicta a te: sed plus est ꝯse
cuta ꝑ te ꝙ̄ expectaret a te. Obsecro ergo te dn̄e da ⁊ mi
hi diligere ⁊ querere te: ac sperare in te/vt et ego a te dili
gi/et te inuenire merear: ⁊ a te nūꝙ̄ derelinquar. Amen.

¶ Quō apparuit dn̄s tribꝰ marijs. Ca. lxxiij

Cum ergo iste tres marie
simul pergerēt de monumēto reuertē **Matthei xxviij. ⁊**
do anteꝙ̄ peruenirēt ad ciuitatē ⁊ ad **Johan. x.**
apl'os [occurrit] et apparuit [eis] dn̄s
iesus. vbi Hieroñ. Pergebant enī ad
apl'os vt ꝑ illos fidei seminariū spar-
geretur. Que aūt sic querebāt que ita
currebant merebantur obuiā habere dn̄m resurgentem
Et vt ait Rabanus. Per hoc ostendit se omnibus iter
virtutū inchoantibꝰ: vt ad salutem perpetuā peruenire
queāt adiuuādo occurrere. Blāda qꝫ salutatione dn̄s
delectas erigens. et verbo cōsolatorio tristes consolans
ait [Auete] ex eua formans aue. vbi Hiero. Primo mu-
Auete. lieres merentur audire auete: vt maledictū eue mulieris
in mulieribus solueretur [Ille vero] vltra ꝙ̄ dici posset
exhilarate [⁊ accesserūt] vt iā credētes et per fidē illumi
nate: quia (vt ait apostolus.) Accedentē oportet crede-
Hebre. xi. re [⁊ tenuerunt] ac deosculate sunt [pedes eius] ex deuo-
tione humanitatem in qua surrexit probantes aperte/
et de resurrectione eius certificare deum / ac dominum
adorauerunt adoratione latrie: tanꝙ̄ fidem trinitatis

astruentes. vnde Chry. Tenuerũt pedes eius: et cũ sup abundanti ad eum leticia currẽtes acceperunt: et per tactũ coniecturã et certitudinẽ resurrectionis / et adorauerunt eũ. Fortassis aliquis vestrũ vellet: et sm illas effici mulieres / et pedes detinere iesu. Potestis et nũc quicũ *Tenere pede iesũ datur omnibus volentibus.* q vultis nõ pedes et manus solũ: sed et caput detinere sacrũ illud terribilib⁹ potiẽtes mysterijs pura cõsciẽtia. Nõ hic aũt solũ: sed et in illa die videbitis eũ cũ inef fabili gloria illa / et plebe angelorũ venientem si volueritis esse misericordes / et audietis verba illa: Uenite bñdicti pris mei hereditate pcipite regnũ paratũ vobis ante cõstitutionẽ mũdi. hec Chry. Iste est modus veniendi ad veniã: sc3 accedẽdo ad pedes xpi vñ debemus ire ad osculũ pedis xpi p deuotã orõnẽ eius: sc3 considerãdo hũanitatẽ. Si vis capere celsitudinẽ dei: cape prius humanitatẽ xpi. ¶ Moraliter accedit ad xpm p fidẽ illuminantẽ. vñ in ps. Accedite ad eũ et illuminamini: tenetur p charitatẽ cõiungentẽ. vñ in Cãticis. Tenui eũ sc3 dilectũ ne dimittã: adorat per debiti cult⁹ exhibitionẽ. vñ supra in Euãg. Dñm deũ tuũ adorabis: et illi soli seruias. Et tũc magdalene est datũ sc3 vt tãgeret eũ quod fuit ante dilatũ qñ querebat viuentẽ cũ mortuis / sc3 i sepulchro et loco mortuorũ. Cũ magna igit iocũditate loquũtur adinuicẽ / et faciunt similiter pascha magnũ. hic vt ait Ansel. Qdiu potes morare nõ delitias tuus somnus interpollet: null⁹ exterior tumult⁹ ipediat. [Tũc ait illis iesus. Nolite timere] hoc dicit ad earũ perfectã consolationẽ: qz timor qui eas inuaserat adhuc totaliter ab eis nõ recesserat. Sicut occurrit currẽtibus / auete dixit gaudẽtibus: ita timorẽ excludit a timentib⁹. Et subiungit [Ite nũciate fratribus meis vt eãt in galileã: ibi me videbũt] vbi Hiero. Nõ in iudea sed in multitudine gẽtiũ: gra eni trãsmigratura de iudea ad gentes precedet viã in cordibus preparãdo de galilea: et de hac materia *Fres dñi.* lati⁹ est dictũ ante pcedẽs capitulũ. Uides hic et supra q magister hũilitatis vocat discipulos suos fratres eos amicabilius solito nominãs / vt securius ad eũ accedãt et nõ timeãt accedere propter hoc q eũ in sua captione reliquerãt et vt verã resurrectionẽ doceãt / vt ad honorẽ et ad amorem accendat. vñ Raba. Uera fraternitas est que fratrẽ venerat deuotũ / et corripit dissolutũ: q psenti obsequitur / absenti nõ rodit: sano applaudit: infirmũ non deserit: placatũ non puocat: iratũ metuit vt maiorẽ. hec Raba. Angelus aplos vocat discipulos ratione hũilitatis debite: dño dans honorẽ: iesus autẽ qñuis dñs vocat eos fres et charitatis / et hũilitatis ratione: in quo datur prelatis forma charitatis et hũilitatis iuxta illud Ecci *eccl. xxxij.* Rectorẽ te posuerũt noli extolli: esto in illis quasi vnus *Hũilitas iesu.* ex illis. Nunq iesus oĩm dñs humilitatẽ dimisit: sed vsq ad mortẽ fidem ei seruauit: et etiã post mortẽ / necnon et post ascensionẽ. Nonne in fine pedes discipulis lauit. Nonne humiliatus est vltra q dici possit crucis patibulũ sustinendo: nonne post resurrectionẽ vocauit discipulos fratres: nõne post ascẽsionẽ locut⁹ est paulo hũiliter quasi ad compare suũ: saule saule qd me psequeris: nec noiauit se deũ: sed iesum nazarenũ: nõne etiã in sede maiestatis psistens dicturus est in die iudicij: qdiu fecistis vni de his fribus meis minimis mihi fecistis. Nõne sine causa virtutẽ hanc tm amauit / et suo nobis exemplo cõmendauit sine hoc eni fundamẽto frustra fit aliarũ virtutũ edificiũ vel constructio. Uñ nec de castitate nec de paupertate / nec de aliqua virtute vel opere confidas sine hũilitate. [Uenit ergo maria magdalena] cũ alijs duabus ad denũciandũ bonos rumores christi [discipulis] tristibus de morte dñi. hec eni dies boni nũcij fuit [nunciãs] eis. qz [vidi dñm: et hec q dicta sunt] dixit mihi] sc3 *Mulieres euãgeliste et apostole* nũciare vobis. Mulieres opus faciũt euangeliste facte que apte apstolorũ festinãt ad nunciandũ mane miam dñi. His qui recte intelligit alijs nũciare debet. iuxta illud Apoca. Qui audit dicat veni. vñ per istã que pre oĩbus fuit sollicita videre xpi sepulchrũ: propter qd dñs ei primo apparuit significat quelibet psona de cognitione veritatis diuine valde sollicita: et p hoc meret assequi cognitionẽ: et talis debet veritatẽ agnitã nũciare alijs sicut maria nũciauit discipulis ne de abscondito talẽto *Mulier cur preuẽta.* debeat merito reprehẽdi. vñ Beda. In eo aũt q hec mulier discipulis xpm resurrexisse nũciauit oẽs monemur: maxime quib⁹ est cõmissum predicandi officiũ: vt si qd eis celitus reuelatũ fuerit studiose pximis ppinet. hec Beda. ¶ Misericordissima dei pietas in hoc loco erga sexũ femineũ declaratur. Mulier resurrectionis accipit primũ mysteriũ et mãdata custodit: vt veterẽ preuaricationis errorẽ aboleret. inde sm Greg. Humani generis culpa absciditur vñ pcessit: mulier in paradiso viro propinauit mortẽ. a sepulchro mulier viris annũciaui vitã et dicta sui viuificatoris narrat / que mortiferi serpẽtis verba narrauerat Mulier que fuerat ianua mortis pma predicat resurrectionẽ / et ostendit ianuam vite. ac si sm Greg. Hũano generi nõ verbo dñs: sed rebus dicat. De qua manu vobis illat⁹ est potus mortis. de ipsa suscipite poculũ vite. vnde Aug. Resurgentẽ deũ priores femine aplis nũciauerũt: nũciauit viro suo mortẽ femina in paradiso: nũciauerũt et femine salutẽ viris in ecclia resurrectionẽ xpi: apli erant gẽtibus nũciaturi. aplis femine nunciauerũt. vñ et Amb. Sicut in pncipio mulier autor culpe viro fuit / vir executor erroris: ita nunc que mortẽ primo gustauerat resurrectionẽ prior vidit culpe ordine remedio prior. et ne perpetui reatus apud viros opprobriũ sustineret que culpã viro trãsfuderat / transfundit et gratiã: veterisq lapsus compensat erũnã resurrectionis indicio. Per os mulieris mors añ pcesserat: p os mulieris vita reparat. vñ etiã Beda. O q felices femine qui triũphũ resurrectionis mũdo meruerũt annũciare / ac mortis quã eua serpẽtino afflatu seducta cõtraxit / iperiũ disruptũ pdicare: qto feliciores erũt virorũ pariter et feminarũ quotquot in die iudicij pcussis pauore ac digna vltione reprobis: ipse celesti gra adiute triumphare de morte / et gaudium beate resurrectionis meruerint intrare. hec Beda. Et qz cõstantiã pdicandi nõ habet sexus inferior: et ad exequendũ infirmior / et mulieribus docere in ecclia nõ permittit: mãdatur viris officiũ euangelizãdi. Hic aũt nũciat mulier iã nõ vt mulier: sed vt ecclesiã gestãs. Recte quoq hec mulier q letitiã dñice resurrectionis pma nũciauit: sc3 sctã maria magdalena / a septẽ demonib⁹. i. vniuersis vitijs et criminib⁹ curata esse memorat: vt vbi abũdauit pctm / supabundaret gra mõstraretur: et ne quisq digne penitẽs de venia cõmissorũ desperaret / vidẽs eã que tot erat subdita vitijs intantũ culminis subito esse pmotã vt ipsis euãgelistis atq apostolis prima miraculũ resurrectionis euangelizaret: tũ etiam vt nullus de sua innocẽtia presumat / aut peccantẽ despiciat: tũ vt pateat q ex dei abundanti gratia peccator aliqñdo resurgit melior q ante casum fuerat. Sancti cũ peccãt lapis est motus non euulsus. Cadat iustus: labatur iustus: resurgat iust⁹: melior erit. Sãctis enim omnia cooperantur in bonum. *Cur magdalena huic operi deligitur.*

Oratio.

O Iesu nostra redemptio / amor et desideriũ: qui deuotis mulieribus te querentibus te desiderantibus et a tuo sepulchro redeũtibus resurgens a mortuis propicius occurrens apparere voluisti: quero ego te quẽ diligit anima mea iesu dulcissime: quero et nõ inuenio: occurre igitur aĩe mee querẽti te. O vnice fili dei patris: et si differs in presenti tuã desiderabilẽ presentiã non auferas in futuro: vt in vltima resurrectione fidelium mihi cũ eis teipsum placitũ ac benignũ exhibeas: vt de tua presentia perenniter cũ electis tuis merear iocundari. Amen.

¶ De mendacio custodum. Capitulũ. lxxiiij.

Deinde cũ mulieres abissent a monumento ad explendam iussionẽ dñicã [quidã de militib⁹] illud custodientib⁹ q viderunt factũ / et au *Matthei xxviij.* dierũt verbũ angelicũ [venerũt] ipsa die resurrectiõis [in ciuitatẽ] sc3 hierusalẽ [et principib⁹ sacerdotũ] a quibus positi erant ad custodiendũ sepulchrũ christi [nunciauerũt oĩa que fuerãt facta] sc3 xpi resurrectionẽ / et angeli terribilẽ apparitionẽ ac terremotũ: et ex his que *Testimoniũ ab aduersarijs.* viderant et audierant facti sunt vellent nollent testes et predicatores veritatis et resurrectionis dñi triũphatoris mortis: et hoc quippe est validũ testimoniũ quod ab inimicis et crucifixorib⁹ xpi iudei audiãt surrexisse ipm vñ sm Chry. Mira angeli apparitio et terremot⁹ pptermilites facta sunt vt stupefierent: et ab eis fieret testimoniũ veritatis: veritas eni a cõtrarijs diuulgata magis

effulget. Q̄d ⁊ cōtigit qn̄ predicti custodes nūciauerūt
Prouidē-tiā diuinā impedire volētes ex-pediūt eā. principibꝰ oīa que facta fuerāt. ¶ Ubi notandū ꝙ volen
tes impedire diuinā ꝓuidentiā cōtra suā intentionē pro
mouēt illā: sicut fratres ioseph vendiderūt ipm ne ado-
rarēt eū / ⁊ ꝑ hoc cōpulsi sunt eū adorare ſm ꝓuidentie
diuine ordinē. Sic principes iudeorū volētes impedire
celebritatē noīs xp̄i fuerūt valde diligētes de custodia
sepulchri: et per hoc celebrata est fama de veritate sue re
Ueritatē fatenꝭ sim-plices. surrectionis: ⁊ per consequēs sui noīs. Indocta igitur
simplicitas fateꝭ veritatē: astuta vero duplicitas pñci-
pū modū q̄rit quo astruat falsitatē. vñ Rabanꝰ. Siplex
animi equitas / ⁊ īdocta hoīm rusticitas sepe veritatem
rei vt est sine fraude manifestat: ac ꝯtra versuta maligni
tas falsitatē verisimilibꝰ verbis ꝓ vero cōmendare de-
certat. hec Raba. Uñ nequitia iudeoꝝ per hoc nō desc̄it
qꝛ cōgregati cū seniorib ad confingendū falsitatē cōsi-
lio accepto dederūt militibꝰ pecuniā copiosam ad puer
tendū veritatē: iniūgentes eis vt ad denigrandā resur-
rectionis famā dicerēt ꝙ ipsis dormientibꝰ discipuli eiꝰ
Mendaci-um aptū. nocte furati eū essent. Ecce apertū mēdaciū. vñ Remi-
gius. O stulta insania dormiētes testes adhibes: si dor-
mierūt quō furtū viderūt: si nō viderūt quō testes sunt.
Et si etiā fures viderūt / cur nō eos detinuerūt? vnde et
Chry. Uere formā mēdacij habebat q̄d dicebāt. q̄liter
enī furarētur discipuli hoīes pauperes et idiote / ⁊ neq̄
apparere audētes: si enī adhuc xp̄m viuū vidētes fuge-
rūt / qualiter mortuo eo nō timuissent tot militū multitu
dinē? Nūquid hostiū sepulchri poterāt euertere? lapis
eminebat magnꝰ multis indigēs manibus. Nūquid eti
am nō erat sigillū supimpositū: quare nō ꝑsuasibilia sūt
que de furto dicta sunt. vñ ꝑ que resurrectionē obūbra-
re conanꝭ per hec eā faciūt clarere: dicentes enī ꝙ disci
puli furati sūt cōfitētur corpus nō esse in sepulchro: fur-
tum aūt ostēdit esse mendax custodia militū / ⁊ discipu-
lorū pauor. hec Chry. Per hoc etiā moliebanꝭ discipu
lorū perditionē īponēdo eis furti crimē. Spūaliter au
tē discipuli xp̄i fures erāt: qꝛ ab ingratis iudeis scripta
noui ⁊ veteris testamēti ablata ī visum eccl'ie cōferebāt
et saluatorē qui eis ꝓmissus fuerat illis nocte dormiēti
bus: hoc est īfidelitate torpentibꝰ abstulerūt gentibꝰ cre
dendū tradētes. Sicut dicit Seueria. Amiserūt milites
ꝑdiderūt iudei: sed discipuli magistrū suū nō furto sed
fide: virtute: nō fraude: sc̄titate nō crimine. viuū nō mor
Pecunia militibus data tuū sustulerūt. De tēpli vero erarijs ⁊ oblatione paupe-
rū / nō de bursis ꝓprijs acceperūt pecuniā ⁊ copiosam
vt ea famā xp̄i extinguerēt / cuiꝰ sanguinē ⁊ vitā prius
hmōi pecunia emerāt: de cōmuni ꝓdigi sumus / adeo vt
de ꝓprio nil erogemꝰ: sic ꝓprietas diligiꝭ ⁊ cōmunio cō
tēnitur. vñ Hiero. Custodes miracula cōfitētur: illi au
tē qui post tale testimoniū debuerāt cōuerti ad pñiam /
et iesum querere resurgentē: perseuerāt in malicia: ⁊ pe-
cuniā que ad vsus tēpli data fuerat vertūt in redemptio
nē mendacij: sicut et ante triginta argenteos iude dede
rant ꝓditori. Oēs igitur q̄ stipe tēpli ⁊ his que cōferun
tur ad vsus eccl'ie abutunꝭ / ī alijs rebus in q̄bus suā ex-
Iudeorū similes p̄-lati. plent voluntatē similes sunt scribarū ⁊ sacerdotū redi-
mentiū mendaciū et sanguinē saluatoris. vñ ⁊ Hylariꝰ
Emitur ergo resurrectionis silentiū ⁊ furti mēdaciū ar
gento: qꝛ honore seculi qui in pecunia est et cupiditate
Ueritatē oppugnā-tes. xp̄i gloria denegatur. hec Hyla. Istis etiā iudeis simi-
les sunt q̄ cū magnis sumptibꝰ et laboribus conātur ad
subuersionē veritatis: cuiusmodi sunt aduocati dolosi /
et doctores vane gloriosi. et illi q̄ eos ad hoc inducunt.
Pecunie malum. quibuscūq̄ modis. vbi Chry. Nō mireris si pecunie mi
lites superauerūt que apud discipulū tantā ostenderūt
virtutē vt facerēt eū magistri ꝓditorē: nil enī clausum
Eccle.x. vel occultū q̄d nō pecunia indagāte sit ꝯtritū ꝓpter q̄d
d̄r. Nihil iniquius q̄ꝫ amare pecuniā. vñ et Raba. O pe
stis magna auaricie semꝑ bonis animis detestanda q̄d
illesum: q̄d incōcussum dimittis: tu genꝰ hoīm ꝯfudisti:
tu discipulū comitē xp̄i ab apostolatu p̄cipitasti: tu mi-
lites custodiētes xp̄i sepulchrū captiuasti: nunq̄d bene
dictū ē: pecunie obediūt oīa. hec Raba. O quot socios
⁊ heredes iudei ⁊ milites ī hoc scelere etiā apd̄ magnos
et potētes reliquerūt: q̄ pecunia corrūpunꝭ ⁊ corrūpūt:
ac ꝓ tꝑalibꝰ et trāsitorijs agētes inique credunt nihilo
minꝰ sed vane / ꝙ sic aīe eoꝝ requiescāt in pace: ⁊ partē ha-
beāt cū xp̄o ī resurrectione. Custodes vero [accepta pe-
cunia] corrupti [fecerūt sicut erāt docti] et dixerūt [no-
bis dormientibꝰ furati sunt discipuli iesu corpꝰ eiꝰ] sed
mētita est iniq̄tas sibi: ⁊ auaricia sicut et xp̄i discipulus
sunt decepti. Hec aūt irrisio heu multis hodie cōgruit
pigris illa hora dñice resurrectionis torpentibꝰ. vñ Pe- *Petrꝰ da-mianus.*
trus damianꝰ. Cauendū est aūt ne somno q̄s vel ad mo
mentū quidē in cōpetentibꝰ horis assentiat / et maxime *Accidie*
iuxta diluculū. vt quo videlicet tꝑe grauiꝰ incūbit acci- *detestatio*
diā / canonicis nos inueniat occupatꝰ officijs: absit enī
nos tūc sopore vel ignauie tedere: qua videlicꝫ hora cō-
stat redēptorē nostrū destructo mortis īperio surrexis-
se: ne si tūc dormiamꝰ qn̄ oriente sole corporeo etiā inte-
rior noster hō lucē debeat in occiduā expectare (q̄d ab-
sit) vt irrisio nobis videaꝭ illa cōgruere: discipuli eius
nocte venerūt ⁊ nobis dormientibꝰ furati sunt eum. hec
Petrꝰ dami. Istud aūt mēdaciū militū iudei emerūt ca- *Mēdaciū emptum.*
re / q̄d adhuc eos tenet in errore. vnde [diuulgatū est] et
māsit [hoc verbū] scꝫ ꝙ xp̄s furatꝰ fuisset: nō surrexisset
tāq̄ꝫ verū: q̄d tn̄ erat falsū [apud iudeos vsq̄] modo ⁊ [i
hodiernū diē] ⁊ vsq̄ hodie suū nō vidēt vel intelligūt
errore. vñ Raba. Error empti mēdacij ꝑ q̄d resurrectio *Resurre-ctio mor-tuorum.*
nis denegat veritatē perseuerat in iudeis ne in xp̄m cre
dant / et reatu eos cōstringit perpetuo: ad tꝑs autē men
daciū preualuit: sed nō semper: nā ꝯtra fictū mendaciū
iudeoꝝ refulget efficax ⁊ irrefragabile testimoniū resur
gentiū mortuorū: quia [multa corpora sanctoꝝ qui dor- *mat.xxvij*
mierūt] somno morti [surrexerūt post resurrectionē eiꝰ]
tanq̄ꝫ testes sue resurrectionis [⁊ exeūtes de monumen-
tis venerūt ī sanctā ciuitatē] hierl'm que dicitur sancta
ꝓpter tēplū diuino cultui deputatū: ⁊ ꝓpter sc̄tā sancto
rū: et ob distinctionē aliarū vrbiū in q̄bus idola colebā
tur: vel ꝓ antiquo noīe. vt Matth. publicanus d̄r [⁊ ap-
paruerunt multis] testificantes de resurrectione dñi scꝫ
idoneis ad declarationē resurrectionis dñice / his scilꝫ
q̄ videre meruerūt: ⁊ resurgentē susceperūt: sed nō oībꝰ
qꝛ nō erat resurrectio gn̄alis que apparebit oībus et bo
nis ⁊ malis. Et hoc diuinitꝰ factū est ꝯtra iudeos ⁊ mili
tes in testimoniū ꝙ xp̄s dñs ꝑmitie dormientiū vere re
surrexit a mortuis. vñ Chry. Aperta sunt monumēta / ⁊
resurrexerūt mortui / et intrauerūt in sanctā ciuitatē vt
inexcusabilē relinquerēt eā / ⁊ dñi resurrectio firmareꝭ.
hec Chry. Forte hi fuerūt: de q̄bꝰ supra ep̄lam ad Heb.
legitur ꝙ multi affectauerunt sepeliri in terra sancta: vt
cū dño resurgēte resurgerēt. In euāge. etiā nazareoꝝ le
gitur ꝙ duo viri sc̄ti mortui ante. xl. annos venerūt in tē-
plum: et scripserūt quomodo illi q̄ erant in lymbo exulta
uerūt in descēsu dñi ad inferos / et demones tristabātur
vñ Leo papa. Qui mortalitatis grauabanꝭ sepulchris
discussa obstaculorū mora ꝓsiliant: apparēt quoq̄ nunc
in ciuitate sc̄tā. i. eccl'ia dei future resurrectionis indicia
et quod credendū est in corporibus fiat in cordibꝰ. hec
Leo. Recte aūt in resurrectionis dñi tēpore alij surrexe
rūt vt cū se ꝑcipere desperaret homo q̄d in se ostēderat *Cur ⁊ alij surrexerūt.*
deus homo hoc in se fieri posse p̄sumeret q̄d ī puris hoī
bus factū cognosceret. vnde Greg. Ad instruendā ergo
ignorantiā nostrā ad roborandā infirmitatē nostrā sue
resurrectionis exemplū nobis sufficere voluit solus illo
in tēpore mortuus est: et tn̄ solus minime surrexit: ne q̄s
enim dicat / sperare de se nō debet homo q̄d in carne sua
exhibuit hō deus: ecce cū deo hoīes resurrexisse cogno-
scimus. hec Greg. Considera hic q̄ꝫ magna fuit nequicia
iudeorū circa dñm iesum q̄ etiā post eius mortē nō cessa
uit: ⁊ q̄ꝫ magna bonitas circa illos de quorū salute nihi-
lominus curā habuit: quibus exēplis ⁊ nos ꝓuocamur
vt eius bonitatē circa iniuriantes imitemur. Oratio.



Domine iesu christe ad cuius resurrectionis fa
mam denigrandā iudei militibus pecuniā co-
piosam dederunt: et ad peruertendū veritatē
eos corruperunt. da mihi vt pecunia nō corrū
par vel corrumpā. nec pro temporalibus ⁊ transitorijs
īique agā: sed semper in veritate permaneā et liberer per
eam: da etiam michi vt sicut post resurrectionē tuā sur-
gentes testes extiterunt tibi: sic et ego merear de te ver-
bo et opere testificari: et in resurrectione generali tecum
et cum tuis electis partem habere: et cum eis coram te
in regno tuo sine fine te miserante gaudere. Amen.

¶ Quomodo dñs apparuit petro et ioseph ⁊ iacobo minori ac sanctis patribus. Capl'm. lxxv.

Petrus dominum querit.



Um ergo magdalena et
socie eius redeūtes domū narrassent
discipulis resurrexisse dñm/petr⁹ me
rēs q dñm suū non viderat:nec qesce
re valēs propter amoris vehementiā
quā ad eū habeat: discessit subito ab
alijs ad qrendū dñm/ꝛ sol⁹ ibat vsus
sepulchrū. Nesciebat enī vbi eū alibi quereret. Dū ergo
pergeret dñs in via ei apparuit/ licet euāgelista vbi vel
qua hora factū sit nō designauerit. Nūc petrus videns
dñm procidit in terrā/ et veniā petijt de hoc q eū dereli
quit/ꝛ pluries negaret:dñs aūt sibi pctā dimittēs/ꝛ eū
cōsolādo cōfortās dicit ei vt cōfirmet etiā fratres suos
Stāt simul et cū gaudio colloquūtur adinuicē/ꝛ fit hic

Petro singulariter apparuit dominus.

similiter pascha magnū. Singulariter ergo petro appa
ruit q singulariter eū negauit. Dim aūt virorū qs euan
geliste et apl'i cōmemorāt. Primo dñs petro pluribus
de causis seu rōnibus apparuit. Prima est vt q primo
cōfessus est eū xpm esse: pmo resurrectionē eius merere:
tur videre. Scda vt mentē ei⁹ q in passione titubauerat
reformaret:ꝛ qui timore passionis eius euidētius cecide
rat/per spem resurrectionis prius resurgeret. Tertia vt
pctm trine negationis ei indultū ostēderet consolās eū
ne desperaret. Quarta vt apostolatus eius ordinē cōso:
lidaret/et ipsum in eo roboraret. Quita vt eū facto do:
ceret qualiter subditis suis penitentibus cōdescendere
deberet qtūcunq peccassent. Sexta vt pctōribus oībus
spem mie ꝛ venie daret/ostendēdo q pctōres non despi
ceret. Septima potest addi fm Chry. q dicit. Non enim
simul oībus se manifestabat vt sereret fidei semina. Nā
q pmo viderat et cert⁹ erat alijs referebat. Deinde fmo
pdiēs pparabat animū auditoris visioni. Et ideo prio
digniori ꝛ fideliori oīb⁹ apparuit. Erat enī opus aie fi:
delissime que prius acciperet hūc aspectū vt minime tur
baref inopinata visione. Post petrū vero alijs apparu
it qnq pauciorib⁹/qnq plurib⁹.hec Chry. Petr⁹ vero
bndictione a dño accepta rediens ad dñam ꝛ ad discipu
los eis oīa narrauit/ꝛ deinceps in oībus multū fidelis

Petri interpretatio.

deo permansit. Petrus interpretatur obediens: ꝛ typū
obediētie gerit:qbus dñs sepius apparere cōsueuit. Su:

Joseph apparitio.

scedēs igitur dñs iesus a petro apparuit ioseph qui eū
sepelierat in monumēto suo. Nā vt legit in euāge.naza:
reorū. Cū audissent iudei q ioseph a pylato corpus iesu
petijsset:ꝛ ipm ita honorifice in monumēto suo sepelisset
Nūc indignati aduersus eū ceperunt ipm eadē vespera
qua sepeliuit dñm/ꝛ in quodā cubiculo diligēter clauso
et sigillato recludētes incarcerauerūt:alligantes eū ad
columnā in ipso carcere:ꝛ volētes post sabbatū eū occi:
dere:ꝛ ecce statim in ipsa die resurrectionis suspensa do
mo a quattuor angulis dñs ad eū intrauit/ꝛ ei letus ap
paruit:eūq consolans faciē eius extersit/ꝛ osculū dedit
ac deinde saluis sigillis eū adducēs ꝛ liberās in domū
suā in arimathia ipm adduxit. Vide quō dñs suos non
obliuiscitur nec derelinquit vsquaq:sed tandē eos cō
solatur et adiuuat suo tempore. Quia ipse est adiutor in
oportunitatibus in tribulatione. vn̄ Chry. Nos sidē
dei est iste certissim⁹: vt cū mala ad cumulū suū venerit
cūq viderit suos grauiter affligi/ꝛ aduersarios tyrāni:
de quadā contra se impietatis attolli: vl' potius mentis
ebrietate bachari/diuinitatis sue potētiā p signa demon:
stret.hec Chry. Nichodemū vero ipsius ioseph sociū in
sepeliēdo dñm suū:dicunt quidā interim latuisse pter
metū iudeoꝝ. Joseph interptatur augmentū vel apposi
tio per longā etatē/ et typū gerit perseuerantiū in bono

Jacobo minori apparitio facta et eius votum.

opere/quib⁹ sepe ipse dñs dignatur apparere. ¶ Appa:
ruit etiā dñs ipsa die iacobo minori vt in epl'a ad Cori.
tangit. Qui in cena deuouerat et iurauerat se non come
sturū panē ab illa hora qua calicē dñi biberat donec eū
a mortuis surrexisse videret: cum ergo vsq ad diem re:
surrectionis iacobus cibū non gustasset: apparens dñs
dixit ei ꝛ his qui cū eodē erāt:ponite mēsam ꝛ panē: de:
inde panē accipiens benedixit ac fregit:ꝛ post dedit ia:
cobo dicens ei. Frater mi comede panē tuū:quia filius
hoīs a mortuis resurrexit. Ista refert iosephus ꝛ simili:
ter Hiero. in libro de viris illustribus. vide quō hic qui
nō solū panē substātialē: sed etiā supsubstātialē.s.iesum
esuriebat vtroq cōsolari et refici meruit. Nō enim per:
mittit dñs illos qui eū vel propter cum esuriunt: vel me
dia deficere:sed dat in se sperātibus escam oportuno tē:

Jacobus quid interpretatur.

pore/et implet eos bndictione. Jacobus interpretatur
luctator:ꝛ typū gerit eoꝝ qui in tētationibus fortes sūt
et vitia viriliter supplantāt:quibus etiā dñs frequenter
se manifestat:esto ergo petrus obediendo: esto iacobus
vitia supplantādo:esto ioseph de virtute in virtutē pro
ficiēdo/ꝛ in hoc perseuerādo: ꝛ non obliuiscetur dñs te
per suā gratiā visitare:ꝛ prout tibi expedire nouerit con

Deus quē visitat sep consolat.

solari. ¶ Et sciendū q animā cui se dñs in quacunq spe
cie dignatur ostēdere nūq dimittit sine consolatione et
aliqua salubri reuelatione.qō patet in oībus apparitio:
nibus post resurrectionē factis. Nā marie matri sue pre
ceteris pl⁹ de morte eius dolēti/ꝛ resurrectionē eius ex
pectanti totus festiuus ꝛ gloriosus apparēs: totū mero
rē in leticiā cōuertit:itaq oīs doloris pristini oblita fu:
it. Mariā etiā magdalenā:cui in specie ortolani apparu
it plorantē consolabaf:vocans eā proprio noīe et dicēs
maria:quoverbo statim cōuersa ac cōsolata ꝛ edocta co
gnoscēs dñm cum gaudio magno dixit rabboni:reuela
uitq ei dñs mysteriū sue voluntatis dicens vade ad fra
tres meos/ꝛ dic eis. Ascēdo ad patrē meū. Itē tres mu
lieres quibus occurrit cōsolatus est dicens auete:ꝛ dein
de sublūgens nolite timere:eisq mysteriū suū reuelauit
dicens. Ite nūciate fratribus meis:vt eant in galileam
ibi me videbūt. Itē duobus discipulis euntibus in via
apparuit in specie peregrini: quib⁹ aperuit sensum scri:
pture/ et eorū corda fecit ardentia. ꝛ demū in fractione
panis eos plene cōsolabatur sui noticia. Itē cū appare:
ret discipulis cōgregatis in vnū i propria specie cōsola:
batur eos dicēs pax vobis. quid turbati estis ego sum/
nolite timere: videte manus meas et pedes meos:ꝛ ape:
ruit illis sensum vt intelligerēt scripturas:ꝛ sic similiter
deus in qualibet alia sua reuelatione cōsolatus est vidē
tes se cū aliqua reuelatione vnde nō dubiū est quin simi

Cōsolatio diuia quō acqritur.

liter ꝛ hic istos suos dilectos ꝯsolatus sit. ¶ Et notādū
q diuina cōsolatio acqritur. Primo per timorē. Scdo
per lachrymationē seu lachrymarū deuotionē. Tertio
per tribulationū sustinentiā. Quarto per sui humiliatio
nē. Quito p terrene cōsolationis vitationē. Sexto p su:
pernorū contēplationē. Dñs igif iesus inde discessit:qr
nondū sanctos patres post resurrectionē suam visitaue
rat quos in padiso delitiarū dimiserat. Redijt ergo ad
eos procedens in stola cādida cū multitudine angelorū
quē ipsi in tāta gloria a longe conspiciētes cū indicibili
gaudio exultatione/ꝛ iubilo cāticis ꝛ laudibus eū susce
perūt ꝛ procidētes in terrā adorauerūt: deinde surgen:
tes ꝛ stantes corā eo reuerēter ꝛ iocūde cōpleuerūt lau:
des suas feruēter:ꝛ omni qua poterāt deuotione: o qua:
lis cantus / ꝛ quanta gaudia ibi erant vbi tanta concio
sctōrū simul psallebat? O q bonū ꝛ q iocundū talibus
interesse: vel saltem aliquid de his percipere? appropin
qua ergo ꝛ tu si permitteris/ ꝛ admiscere laudibus istis
vel saltem ausculta a longe ꝛ iocundare in eis. Oratio.

Domine iesu christe:da vt sim petrus obedien
do: ꝛ iacobus vitia supplantando: ac ioseph
de virtute in virtutem per augmentū profici
endo ꝛ in hoc per longanimitatem perseuerā:
do/ vt tu qui illis in angustijs dignatus es apparere di
gneris et me sepe per gratiam propicius visitare:da eti:
am michi vt sicut sancti patres gaudium de tua presen:
tia habuerunt cū te post resurrectionē tuam glorificatū
videre meruerunt:ita ꝛ ego in illo ineffabili gaudio quo
nunc tecum gaudent in celis / merear de conspectu tuo
semper gaudere cum eis. Amen.

¶ Quomodo dñs apparuit duobus discipulis in via. Capitulū.lxxvj.

Lu.xxiiij.

Ipsa autē die resurrectio:
nis dñi[duo ex]lxxij.[discipulis] ei⁹
de hierusalē egressi[ibant]versus[ca
stellum emaus]qō distabat ab hieru:
salē stadijs.lx.id est. vij.milibus qui:
gētis passibus ꝯtra occidentē. Octo
qui ppe stadia faciūt miliare vnū:ꝛ sic distabat ab hieru
salē p septē miliaria ꝛ dimidiū:quoꝝ duo vl' fm quosdā
tria faciunt vnā leucā: vnius istorū duorū nomen expri:
mit Lucas, cui inquiēs nomē Cleophas: alterius vero

nomẽ tacet cã humilitatis: qꝛ ꝯm Greg. credit᷑ fuisse ip:
se lucas: sed ꝯm Amb. putat᷑ fuisse amaon fili⁹ rufi: et cũ
ipsi quasi desperati de iesu adiuicẽ de his q̃ acciderant
scꝫ de ei⁹ conuersatione ꝛ morte tristes cõferrẽt maxime
dolẽtes: qꝛ eũ sine culpa ꝛ innocenter occisum nouerant
venit dñs iesus ꝛ iunxit se illis. s. corporaliter et spũalit᷑
⌊et ibat cũ eis⌋ tanq̃ȝ socius itineris interrogãs et respõ
dẽs / ac verba salubria cum ipsis cõferens. vt ꝯm Bedã.
fidẽ sue resurrectionis mentib⁹ eorũ incẽderet / et quod
se facturum ꝓmiserat impleret. s. vbi sunt duo vel tres in
mat.xviij. noie meo cõgregati: ibi sum i medio eoꝝ. In ipo loco in
q̃ se eis iũxit postea capella facta fuit. Et qꝛ int⁹ i corde
dñm amabãt: sꝫ de ei⁹ resurrectiõe dubitabãt: ideo dñs
eis foris in corpe apparebat: sꝫ q̃s esset nõ agnoscebant.
Hoc apd̃ eos agebat᷑ foris i oculis corporis qd̃ agebat᷑
intus in oculis cordis. Qꝛ eni amabant videbant: qꝛ ve:
ro dubitabãt eũ / quẽ videbãt nõ agnoscebant. Et hoc ẽ
qd̃ dicit ⌊oculi aũt eorũ tenebant᷑ ne eũ agnoscerẽt⌋ qꝛ i
credulitas eorũ et dubictas demerebat᷑ ꝙ xp̃s cognitio:
Tentio oculorum nem sui corpis ab eis retardaret. Tenebant᷑ oculi eorũ
veritate nõ falsitate: sꝫ ipsis nõ valentib⁹ veritatem reci:
pere vel ꝑcipere. vñ non ab ipo dño iesu: sed ꝓpria dubi
tatione tenebant᷑. Ubi Augu. ꝙ aũt ait marc⁹ eis in alia
effigie dñm apparuisse. hoc lucas dicit ꝙ oculi eorũ te:
nebant᷑ ne cognoscerent eũ: oculis q̃ppe eorũ acciderat
aliq̃d qd̃ ita manere ꝑmissum ẽ vsq̃ȝ ad fractionẽ panis.
Nõ qꝛ dñs nõ poterat trãsformare carnẽ suã vt alia re:
uera esset effigies quã solebãt intueri: sed nõ ita ẽ factũ.
hec Aug. ⌊Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones q̃s con
fertis adinuicẽ ambulantes / et estis tristes⌋ Nõ q̃rit ex
ignorantia: sꝫ vt ex eoꝝ respõsiõe icredulitas eorũ cõue:
nicti⁹ arguat᷑. vt dicit Grego. Cõferebant quidem int᷑ se
q̃si nõ ampli⁹ expectãtes xp̃m viuentem: sed dolorosi q̃si
perẽpto saluatore. ⌊Et rñdẽs cleophas dixit ei. Tu so:
lus pegrin⁹ es in hierl'm: et nõ cognouisti q̃ facta sunt in
illa his dieb⁹:⌋ hic sol⁹ nõ facit exclusionẽ aliorũ pegri:
norũ / cũ valde multi peregrini ꝛ de diuersis ptib⁹ venis:
sent in hirl'm ad diẽ festũ pasche: sꝫ notat exclusionẽ co:
gnitionis ab isto sic apparẽte. s. noticie mortis iesu quã
sol⁹ videbat᷑ ignorare: vt sit sensus. Cũ multi peregrini
his dieb⁹ venerint in hierusalẽ / mirꝫ est ꝙ tu solus inter
alios peregrinos ignores ea que sunt nota alijs oĩbus.
Ubi Theoph. q. d. Tu solus q̃si iã peregrinus es et ex:
tra ꝯfinia hierl'm habitãs: et expers eoꝝ q̃ i medio eius
cõtigerũt vt hec ignores. vbi ꝛ Beda. Peregrinũ puta
bãt eũ cui⁹ vultũ nõ agnoscebãt. Sꝫ reuera peregrinus
erat eis a quoꝝ nature fragilitate ꝑcepta iã resurrectio:
nis glĩa longe distabat: et a quorum fide vtpote resurre
ctionis ei⁹ nescia manebat extrane⁹. Et cum nõ ex igno:
rantia / sed vt ex responsione eos argueret de fact⌋ in hie:
rusalẽ que nõ essent eos interrogaret ⌊dixerũt de iesu na:
zareno q̃ fuit vir propheta potens in opꝫ⌋. s. miraculorũ
⌊et ꝯmone⌋ scꝫ predicationis ꝛ doctrine: quõ esset tradi:
tus in mortem et crucifix⁹. Ubi Beda. Prophetã faten
tur / filiũ dei tacẽt: vel᷑ nondũ ꝑfecte credẽtes vel sollici:
ti ne inciderent in manus iudeoꝝ ꝓsequẽtium: qꝛ nescie:
bant q̃s esset qd̃ verũ credebãt celãtes. Et subiũgũt ꝙ
sperabant ipm redẽptuꝝ israel q̃si iam euanesceret spes
eorũ cuius causam subdunt: qꝛ iã tertia dies ab illis fa:
ctis erat / qua se resurgere predixerat: et tñ adhuc discí:
pulis nõ appareret / lꝫ tertia dies ꝓpe finẽ esset. Et ad:
dũt ꝙ q̃dã ex eis abeũtes ad monumentũ terruerũt eos
nõ de resurrectione xp̃i quam nũciabãt: sꝫ de ablatione
corpis ei⁹ nõ inuẽti quã discipuli timebant. Et ipe dixit
ad eos ex rñsione eoꝝ arguẽs ipsos ⌊o stulti⌋ ꝓpter ceci:
tatem intellectus ⌊et tardi corde⌋ ꝓpter tarditatem affe
ctus ⌊ad credendũ in his q̃ locuti sunt ꝓphete⌋ de chri:
sti morte ꝛ resurrectione ⌊nonne hec oportuit pati xp̃m⌋:
tũ ꝓpter p̃ris ꝑordinationẽ: tũ ꝓpter xp̃i exaltationem:
tũ ꝓpter humani gñis redẽptionẽ: tũ ꝓpt scripturaꝝ ꝯ:
pletionẽ ⌊et ita⌋ scꝫ p passionẽ ꝛ mortẽ ⌊intrare in glĩam
suã⌋ ad quã nemo ꝑueniet nisi p passionis viã ⌊Et inter:
ꝑtabat᷑⌋ et exponebat ⌊illis in oĩb⁹ scripturis que de ipo
erãt⌋ inducẽdo testimonia aliq̃ ꝛ aperiẽdo mysteria q̃ntũ
ad ꝓpositũ ostẽdẽdũ sufficiebat: ostẽdens eis oĩa circa
Benignitas ꝛ bonitas. ipm facta ante fuisse ꝓdicta. Firmitas eni fidei in eo est:
qꝛ oĩa q̃ in xp̃o venerũt predicta sunt. ¶ Cõsidera h̃ mul:
tiplicẽ dñi benignitatẽ et bonitatẽ. primo qꝛ non potuit

eius feruens amor sustinere suos sic tristari et errare ve
re fidus est amicus fidelis comes et benignus dñs iun:
git se ipis: q̃rit tristicie causam: ꝛ exponit eis scripturas
inflãmãs corda eoꝝ. Sic quotidie facit nobiscũ spũalit: Loquendũ de deo.
ter. si eni aliquis ꝑplexitate vl' accidia grauati pie de ipo
loquimur / statim adest ꝯfortãs corda nr̃a et illuminans
et etiã amorẽ suũ inflammãs: optimũ eni remediũ est cõ
tra tales ꝑplexitates loqui de deo / silr̃ et cogitare de ip:
so: ꝓpter qd̃ istoꝝ discipuloꝝ exẽplo cũ p viã incedim⁹
de salutiferis loq̃ debem⁹ vt xp̃m nobiscũ ꝑgentem ha:
beam⁹. et nõ solũ ꝑgentẽ: sed etiã nos docentẽ sicut istis
discipulis cũ q̃b⁹ ibat scripturas aperiebat. Et vniuer:
saliter vbiq̃ȝ bonũ est loqui de iesu: bonũ est eũ in mente
semp habere: qꝛ nec ipse obliuiscit᷑ eoꝝ q̃ memores sunt
eius sicut et hic videmus. Promisit enim ꝙ vbi duo vel Matth.
tres congregati sunt i noie eius / ibi est in medio eorum xviij.
Specialiter aũt de passione loquentes comitatur dñs:
qꝛ ampli⁹ placet ei recordatio eoꝝ q̃ ipse ꝓ nobis ẽ pas:
sus. Uñ ad hoc spãliter monet dicẽs. Recordare paup Tren.iij.
tatis mee. s. cõtra diuitias. ꝛ transgressionis. i. vtilitat⌋. s.
cõtra honores. absinthij et fellis. s. cõtra delicias. Scd̃o
ꝯsidera bonitatẽ ei⁹ nõ solum ex amore vt dictum est su:
pra: sed etiã ex humilitate profunda. Cõspice quõ humi
liter vadit dñs oĩm cũ istis discipulis quasi vn⁹ ex eis.
Nõne tibi videtur redisse ad primordia humilitatis: sed
et in alio attẽde humilitatẽ ei⁹: qꝛ nõ es dedignat⁹ hos
discipulos inferioris gradus: nõ eni erãt isti de aposto:
lis: sed de alijs minorib⁹ discipulis: et tñ familiarit᷑ iun:
git se ipsis: vadit et loquit᷑ cũ eis: non sic faciũt elati qui
nolunt nisi cũ precipuis viris ambulare et conuersari.
Itẽ in alio relucet hic sua humilitas: nã si ꝯsideres ela:
tos videbis ꝙ nolunt verba ampullosa spergere inter
paucos: qꝛ ea ꝑdita estimarẽt: nec illos dignos ea susci:
pere reputarent: sed dominus etiam cũ duob⁹ loquitur
archana sua: nõ vilipẽdit paucos: nec etiã vnũ: sicut fe:
cit loquẽdo cũ samaritana iuxta puteũ. Tertio ꝯsidera
dñi benignitatẽ / ꝛ vide quõ discipulos suos instruit / ac
sermonib⁹ cõsolat᷑ / et reficit: inducẽs eos ad credendũ ꝛ
dicit. ⌊O stulti et tardi corde ad credendũ. ꝛc.⌋ q. d. no:
bis. O stulti et tardi ad credendum. O stulti et tardi ad
inq̃rendũ ꝑcepta ꝛ voluntatẽ dei. O stulti ꝛ tardi ad im
plendũ intellecta et faciendũ ea: humiliemus ergo nos
vt sacrã scripturã inq̃ram⁹ / et ꝯm eam viuam⁹. humilie:
mus etiã nos ad tolerãtiã passionũ: vt participes passio
nis xp̃i effecti simus socij resurrectionis et glorie ipius
Qui eni nõ cõpatit᷑ nõ intrabit in gloriã illã quam etiã
precedit mãdatoꝝ inquisitio ꝛ impletio. vñ Beda. Hoc
nobis in loco nõ vllã scripturã interpretandi: sed gemi:
na nosipsos humiliãdi necessitas incumbit: qui neq̃ȝ in
scripturis q̃ntũ oportet edocti: neq̃ȝ ad implẽda q̃ noui:
mus q̃ntum decet sumus intenti: nã si moyses ꝛ oẽs pro:
phete xp̃m locuti sunt: ꝛ hũc per angustiã passiõis i glo:
riã suã intratuꝝ predixerũt: qua ratione gloriant᷑ se esse
xp̃ianos q̃ iuxta viriũ suaꝝ modulũ: neq̃ȝ scripturas q̃li
ter ad xp̃m pertineant inuestigare: neq̃ȝ ad gloriã suam
cũ xp̃o habere cupiunt p passiones tribulationũ deside:
rant attingere. hec Beda. Christus eni per passionem et Pati oꝫ
mortẽ tanq̃ȝ p portã angustã intrauit in gloriã suã: ostẽ celũ itrare
dẽs nos p multas tribulationes intrare in regnum dei. volẽtes.
Delirant ergo et fatui sunt qui sine pati et tribulatiõib⁹
presumũt intrare in gloriã alienã: cũ xp̃s sine his nõ in:
trauerit in gloriã suã: sed oportebat multa pati illũ cui⁹
naturaliter est regnũ: multomagis nos quorũ nõ est re:
gnũ nisi de gratia oportet p multas tribulationes intra
re in regnũ celorũ. Exemplũ habem⁹ de oĩbus charis ꝛ
electis christi q̃ omnes p viã passionis voluntarie vene:
rũt ad regnum dei. Mirũ quippe esset si quis itrare nol
let portã p quã rex suus intrasset. vñ Bern. Caput nr̃m
per passiones et angustias celũ introire videm⁹: et nos
membra eius nobis alia itinera somniamus. Mõstruo:
sa res est si per vnum foramen caput transire videmus:
p aliud corpus. pudeat sub spinato capite membra fieri
delicata. Hec Bern. Hereditas quippe transit ad here:
des cũ suo onere et honore: de⁹ autẽ hereditati beatitu:
dinis eterne adiunxit onus. i. tolerantiã passionis: et cũ
isto onere habuit eã xp̃s: qꝛ vt hic dr̃ oportuit xp̃m pati:
et sic intrare in regnũ dei: sic habuerũt eã apl'i: q̃ ꝑsecutio
nẽ ꝓ xp̃o (vt ipse eis predixerat) sustinuerunt. Habet ei

hh

oēs fideles:q2 (vt dicit apl'us.) Oēs q̄ pie volunt viuere in xp̄o iesu psecutionē patient: q̄ ergo vult esse q̄ eterna beatitudinē et nullā pati tribulationē/videt q2 velit esse et xp̄o dignior/et apl'is sanctior/et cunctis fidelib' melior. [Et cū appropinquaret castello quo ibāt.] tunc ipse dn̄s [finxit se longius ire] vt sc3 eoꝝ augeret desideriū: vt inuitaretur ab eis et tenet. vn̄ Bern. Simulabat se longius ire:nō q2 volebat/sed volebat audire. Mane nobiscū dn̄e qm̄ aduesperascit. hec Bern. In hoc tn̄ nulla falsitas fuit:q2 sicut aliquid potest fingi verbis:ita ⁊ factis.primū autē fuit sine falsitate vt patet in parabolis testamenti noui et veteris quib' aliquid fingit' vbis ad veritatē aliquā cōuenietī' designandam:et eodēmō hic xp̄s finxit se longius ire/ad designandā distātiā a cordibus eoꝝ ꝓpter fidei defectū. vn̄ Aug. Nō nō ad mendaciū pertinet/nō eni qd̄ fingim' mēdaciū est:sed qñ id fingim' qd̄ nihil significat. Cū aūt fictio nr̄a fertur ad aliquam significationē nō est mendaciū: sed aliqua figura ṽitatis:sicut aūt dicta ita etiam fingunt' facta sine mendacio ad aliquam rem signandā.hec Aug. Ipsi aūt desiderantes adhuc audire ipsūm [coegerunt illū] factis.s. manib' trahēdo vt maneret:ac verbis et rationibus alliciendo obnixe rogauerunt [dicentes. Mane nobiscum qm̄ ad vesperascit ⁊ inclinata est dies] sc3 ad occasum:q̄ exemplo (ꝺm Greg.) colligitur q2 peregrini nō solum ad hospitiū inuitādi sunt:sed etiā trahendi. Quilibet morti appropinquās et ad vesperū seu occasum vite tendēs cōgruenter etiā posset hoc verbū dicere/et dn̄m ad manendū secū corde et ore inuitare. tandē [intrauit cum illis] et recūbēs cū eis [accepit panem et benedixit ac fregit/et porrigebat illis.] Cōspice bene quō ad eoꝝ inuitationē et coactionē benigne cū eis intrat:mēsam ponūt/cibos offerūt:panes accipit ac bn̄dicēs eos manibus sacratissimis frangit et porrigit illis. Faciens i hoc sicut añ passionē qñ adhuc inter eos conuersabatur seu morabatur facere consueuerat. Unde per hoc seipsum eis reuelat:q2 tunc [aperti sunt oculi eoꝝ] sc3 interiores [et cognouerunt eū] in mō fractionis panis:assuetā ei' consuetudinē vidētes:sic eni frangebat panem sola manu ac si scinderet' cū cultello. Cognouerūt eū ex mō frangendi et etiā benedicēdi panem. Legit' eni panem sic fregisse ⁊ benedixisse pluries. Primo in quinq3 panū multiplicatione. Secūdo in septē panū distributione. Tertio i sui corporis consecratione. Quarto hic in discipuloꝝ illuminatione. In his aūt quattuor fractiōibus significat' quadruplex expositio sacre scripture ꝺm quattuor eius sensus.s.hystoricum:tropologicū:allegoricū:et anagogicū. Ubi Aug: Nō incōgruenter accipimus hoc ipedimentū in oculis eoꝝ a sathana fuisse:ne agnosceretur iesus:sed tn̄ a xp̄o facta est permissio vsq3 ad sacramētum panis/vt vnitate corporis ei' participata remoueri intelligatur impedimētum inimici vt xp̄s possit agnosci. Ubi et Theoph. Sed et aliud innuit q2.s.sumentibus sacrū panē aperiunt' oculi vt eū agnoscāt:magnam eni et ineffabilem vim habet dn̄i caro.hec Theoph. Ista circa discipulos gesta quotidie facit dn̄s nobiscū inuisibiliter et in aīa:nā teneri vult et etiam inuitari p desideria et orōnes ac sanctas meditationes:et ideo oportet orare ⁊ non deficere. Ista etiā facit ad nostrā eruditionē: vt sc3 intendamus in opera charitatis/pietatis/et hospitalitatis:et quō nō sufficit diuina eloquia legere vel audire nisi compleantur opere:q2 dn̄s nō est cognit' dū loquere tur/et dignatus est cognosci dū pascit' pius et misericors dn̄s fidei istoꝝ subuenit q̄s misericordes reperit/eisq3 misericordiā impendit. Hinc ergo cognoscere possum' q2 fides sine operibus mortua est: q2 dn̄m quē discipuli nec ex visione/nec ex scripturaꝝ interpretatione et expositione cognouerant mox vt opere qd̄ scripture precipiunt perfecerunt:eū in fractione panis cognouerunt. Audiendo scripturas et precepta dei illuminati non sunt faciēdo.s.ipsum trahendo ad hospitiū/⁊ apponēdo cibū illuminati sunt:q2 non auditores legis/sed factores iustificabunt' apud deum. In operibus ergo pietatis ⁊ misericordie vt in hospitalitate et huiusmodi amplius cognoscitur deus:q̄3 in lectione/disputatione/et scripturarum expositione. Ueritas enim melius operando q̄3 audiendo intelligitur:et melius ipso opere q̄3 verbo manifestatur. Nos ergo qui peregrini in hoc mundo sumus: q2 nō habem' hic permanētē ciuitatē/s3 futurā inq̄rim' si spūaliter i nobis habem' q̄ in se habebant isti peregrini erit dn̄s comes itineris nr̄i:peregrini isti laborabāt: q2 ambulabāt/tristabant'/et de xp̄o ꝯfabulabant':s3 xp̄s se eis iungit:cor vrit:scripturas aperit:lōgi' se ire fingit Sital es essem'.s.laborādo ꝯtra accidiā: tristādo cōtra vanā leticiā:de xp̄o cōfabulādo cōtra vaniloquiū:tunc xp̄s se nob' iūgeret:cor accēderet: scripturas aperiret/et itellectū daret:licet aliqñ longi' se ire fingeret vt nos ꝓbaret. Itē peregrin' ab oib' ad eū nō ꝑtinētib' se exonerat et alienat:viā q̄rit:summo desiderio patriā suā appetit/et cor atq3 oculos ab oib' ne retrahat' vl' impediat' auertit. Esto talis peregrin':⁊ apparebit tibi xp̄s/⁊ hec tria faciet tibi sicut fecit ⁊ illis duob' peregrinis. Iter' abbreuiat per dulce vite colloquiū:viā instruit dans verū intellectū. vltimo pane benedicto p seip̄m fracto reficit affectum:et hoc si cōpellis ip̄m se longi' ire fingentē manere tecū. Per istos discipulos eūtes i emaus signantur volētes iplere cōsilia dn̄i:q2 emaus iterp̄tat' desideriū consilij quib' dn̄s sepe sua visitatione dignatur apparere:nō autem dedit dn̄s istis discipulis suis tunc magnā sui copiā:sed stati porrecto pane [euanuit ab oculis eoꝝ] vt ex hoc ipsoꝝ argueret affectū/simul ondens se corpus gloriosum habere qd̄ per dotē agilitatis subito pōt disparere.subtrahebat' carnalibus oculis species infirmitatis/vt mentib' eoꝝ inciperet apparere gloria resurrectionis. Uñ iā certi eū resurrexisse dixerūt adinuicem. [Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis:] sc3 ardore charitatis [dū loqueret' in via ⁊ apperiret nobis scripturas] nos instruendo ex eis.quare eū nō tenuimus:quare ad pedes eius non corruimus: Quare nobisipsis et cordibus nostris nō credidim': vbi eū queremus: vbi inueniem': per qd̄ (vt dicit Origen.) innuūt q2 ꝓlati ꝺmōes a saluatore accēdebant audiētiū cor ad amorē diuinū. vñ Gre. Ex audito quippe sermone inardescit animus. torporis frigus recedit:fit mens in supno desiderio anxia:a concupiscentijs terrenis aliena:audire ei libet precepta celestia/et quot mādatis instruit' quasi tot facib' iflammat'. hec Grego. Idcirco quoq3 cito euanuit: quia etiam alios ꝯsolari festinabat/cum quib' tn̄ simul ⁊ istos consolatus est vt statim infra patebit. Oratio.

Domine iesu christe qui discipulis euntibus in emaus apparuisti/⁊ corda eoꝝ tuo amore inflammasti:illumina queso cor meū/vt leta volūtate impleam tui cōsilij desiderium: videl3 vt purificem me ab omnibus operibus malis:et faciā opa misericordie ac pietatis:vt in futura resurrectione delicatam tuam inuitationē gaudenter cum electis tuis audiam te ita dicentem. venite benedicti patris mei percipite regnū qd̄ vobis paratum est ab origine mūdi/ quā vocē dulcissimam fac me audire vnigenite fili dei. Amē.

Quomodo dn̄s apparuit discipulis thoma absente. Capitulum.lxxviij.

Surgētes autem eadē hora ꝑdicti duo discipuli [regressi sunt] ipsa die [i hierusalem] ad alios discipulos propter metum iudeoꝝ inclusos. Unde Theoph. Ardebat ḡ cor coꝝ igne verboꝝ dn̄i quibus intendebāt:et adeo letati sunt vt nullā moram passi:mox reuersi sunt i hierusalem. Uide hic discipuloꝝ diligentiam et fidei feruorē ad reuelandū resurrectionem:q2 tarda.s. vespertina hora aut mensa seu fatigatione itineris nō detenti/et remoto iudeoꝝ timore ad añūciādū apl'is resurrectionē dn̄icā:et qd̄ de ea i via cōparerant cucurrerunt impigri. Nec mirum si eadem die et hora surrexerunt:erat eni dies boni nūcij:et ideo timere poterāt si differrent vsq3 in mane illud qd̄ timebant illi qui dicebāt hec dies boni nuncij est/si tacuerimus et noluerimus nunciare vsq3 mane sceleris arguemur. Predicatio eni non est differēda/et ea que sunt ad salutē cōmunē nō sunt tacēda:s3 reuelanda. Ex quo exemplo prelati moti ad diligentiā predicationis debent accēdi. [Et iuenerūt] in mōte syon subtus cenaculū [cōgregatos] et inclusos ꝓpter metū iudeoꝝ/et ꝓpter dn̄ice resurrectionis gaudiū q̄ ꝑius dispersi fuerant ꝓpter metū iudeoꝝ/⁊ ꝓpter passionis metū [vndecim] [et qui

Fingendi ⁊ simulandi ratio.

Peregrini in hospiciū trahēdi.

Frāgēdi panis consuetudo. Fractionum.iiij. totidem sensus.

Peregrini sumus omnes.

Peregrini cōditiones.

Lu.xxiiij et Io.xx.

cū ipsis erant de .lxxij. discipulis loquētes mutuo et [di-
centes] ipsis duob⁹ [q resurrexit dn̄s vere / et apparuit
symoni. Et ipsi] duo ad maiorē certitudinē faciendam
de resurrectione ex cōuerso [narrabāt illis que gesta erāt
in via] et apparitionē factā eis [et quō cognouerūt eum
in fractione panis] Sed quidā ex eis / nec istis duobus /
nec aliis credebāt / ex quib⁹ vn⁹ Thomas erat. Cōside-
ra modo quanta ibi leticia fuerit dum isti et illi vicissim
sua gaudia nunciarent. Et dū hec loquerētur adinuicē
exiuit Thomas idē. Quo egresso dum adhuc alij collo-
querent de his q̄ audierāt et viderēt: & [cū sero iam esset
die illa] predicta .s. [vna sabbatorū] .i. prima post sabba-
tū q̄ est dn̄ica: hoc est eadē die resurrectionis dn̄ice [& fo-
res] .i. ostia que fores dicūtur: qz de domo ducunt foras

Ianuis clausis cōgruere nit.

[essent clause ppter metū iudeorū] qd̄ etiā diuina reuela-
tione est factū: vt scz iesus intrans ad discipulos ianuis
clausis manifestaret eis virtutem sue potestatis / et glo-
riosi sui corporis: venit dn̄s iesus ad discipulos a deside-
rio eorum vocatus: indutus albissimis vestimentis glo-
riose resurrectionis sue et nouitatis / & intrans ad eos ia-
nuis clausis [stetit in medio eorū] vt videret ab oībus:
qz cōgregati erant in noīe eius. Fm Bedā. ideo sero ap-
paruit: qz tunc maxime timidi erant: et fm Theo. pstola-
batur vt oēs cōuenirent: ostijs vero clausis vt se corpus
gloriosum cui aliud non resistit habere ostenderet. Ipse
etiā ad cōgregatos venit: et spūs ad cōgregatos descen-
dit: qz xp̄s et spūs sctūs non nisi in charitate congrega-
tis assunt [Stetit in medio] vt oēs eum certitudinaliter
agnoscerent / et oēs cōsolationē sue presentie reciperent.
Et nota q sicut dicit Salustius medi⁹ locus est dignita-
tis / et debet honorabilioribus: ppter qd̄ xp̄s stetit in me-
dio discipulorū sicut sol inter sidera / vt eos illuminaret:
sicut flos inter lilia / vt eos decoraret: sicut pnceps inter
milites / vt eos roboraret: sicut magister inter discipl'os
vt eos iformaret: sicut pater inter filios / vt eos cōcorda-
ret: sicut cor inter membra / vt ea viuificaret: et sicut cōis
amic⁹ vt oīb⁹ eis se cōicaret. Vn̄ qn̄ sum⁹ plures aliquē
diligētes: si supuenerit statuim⁹ eum in medio vt singuli
possim⁹ eius frui presentia. Est aūt ibi altare in loco vbi
dn̄s dicitur tunc stetisse. Cōsiderandū est hic q de se col-
loquētib⁹ dn̄s in medio stetisse dicit: vt intelligamus qz
eū nobiscū habitantē habebim⁹ si quotiēs in vnū cōgre-
gamur ea q̄ ad eius laudē & nostrā salutē ptinent agim⁹

mat. xviij.

iuxta qd̄ ait Vbi fuerint duo vel tres cōgregati in noīe
meo: ibi sum in medio eorū. Quando autē iesus saluator
ad discipulos venit ipsi erant in timore: sero factū erat.

Iesum suscipere volēti .iiij. necessaria.

in vnū erant cōgregati et fores erant clause. In quibus
quattuor insinuant nobis valde necessaria vt saluatorē
quem expectam⁹ suscipere mereamur. Primū est timor
qui domū cōscientie mūdat: fm illud eccl'ia. Timor dn̄i
expellit peccatū: nam qui sine timore est nō poterit iusti-
ficari. Scd̄m est cōtēpt⁹ vane glorie qd̄ significat i hoc
qd̄ sero factū erat: ad eū eni dn̄s venit cui lux mundane
glorie occubuit: et q̄ vere eā cōtēnit. Tertium est vnitas:
qz erant in charitate congregati: nō eni visitat saluator

ij. cor. xiij.

hoīes discordes. vn̄ Apl's. Pacem habete / et de⁹ pacis
erit vobiscum. Quartum est stabilitas qua aliquis in do-
mo cōsciētie manet non curiose exterius euagādo. vnde
fores sensuū claudēde sunt: et sic saluator est expectād⁹:
per istos vero discipulos in vnū forib⁹ clausis cōgrega-
tos significātur religiosi cū forib⁹ quinqz sensuū clausi:
quibus dn̄s sepe apparet: eosqz sua visitatione consolat

Pax cum discipulis dn̄i qlis sit.

et letificat [Et dixit eis: pax vobis] nō pax tp̄is: qz expo-
nēdi erāt multis tribulationib⁹: sed pax pectoris / & pax
eternitatis: p̄ma in p̄senti: scd̄a in futuro. De vtraqz dici-
tur in iohāne. Pacē .s. pectoris relinquo vobis in presen-
ti. pacē meā: scz eternitat[is] que est specialiter pax mea do
vobis .i. cito dabo: dicit ergo [pax vobis] .s. recōciliatio-
nis quā ad deū factā nunciauit ac charitatis et vnitatis

Papa pax vobis in principio dicit.

quā eis seruandā precepit: itēqz eternitatis et imortali-
tatis quā eis futurā pmittit: pacē offert qui ppter pacē
venerat: vn̄ pōtifex precipuus spōsus ecclesie in persona
xp̄i sicut specialis vicari⁹ eius dicit pax vobis cū in mis-
sa primo se vertit ad populū: quia hec fuit p̄ma vox xp̄i
ad discipulos post resurrectionē: instar vero aliorum sa-
cerdotū dicit postea: dn̄s vobiscum vt se vnum ex nobis
ostendat. Sn̄ autē ecclesie primitiua quotidie ex genera-
liter et post tn̄ dieb⁹ dn̄icis: post vero tn̄ in trib⁹ solenni-
tatib⁹ cōicaret corpori et sanguini dn̄i: nūc ecclesia per
osculū pacis quo designat vnitas ecclesiastica cōicat in
missa spūaliter / et si non sacramentaliter. Et pulchre re-
surgēs a mortuis dn̄s primo pacē discipulis cōmenda-
uit: vt illos ad sui visionē pueturos esse demonstraret
qui pacē et concordiā corde et corpore seruant. Ex quo
patet q illi sunt pacifici q̄ vere sunt xp̄i discipuli. Scd̄m

Pacifici sunt discipuli.

Chry. Discipulis dixit pax vobis: qz preliū inexpugna-
bile ad iudeos habebāt. mulierib⁹ aūt gaudiū euangeli-
zat: quia in tristicijs gen⁹ illud erat: alternatim igitur vi-
ris quidē ppter preliū pacē: mulierib⁹ ppter tristiciam
euāgelizat gaudiū. et ne discipuli eū alium vel fantasma
putarēt subiunxit [ego sum] .s. in psona propria non res
fantastica seu illusio dyabolica [nolite timere] vel dubi-
tare: quidā vero ex ipsis [cōturbati] pre stupore et admi-
ratione [& pterriti] pre timore seu q̄dā naturali horrore
quo viui solent mortuos horrere [existimabāt se spiritū
quē in passione emiserat] non carnē [videre] nōdū enim
credebāt / vel tria die verā carnem potuisse de sepulchro
resurgere / vel resuscitatā clausis ianuis ad eos posse in-
trare: diuina aūt puidētia pmissi sunt dubitare ad maio-
rem certificationem fidei de dominica resurrectiōe [Et
dixit eis. Quid] .i. qua de causa [turbati estis / et cogita-
tiones ascendunt] quasi ab infimo tanqz false et fantasti-
ce non desuper de celo descēdētes tanqz vere et bone [in
corda vestra] infirma & dubitantia: & qz ad illud corpus
qd̄ videri poterat fides intuentiū dubitabat / et veritatē
carnis pbaret: exhibuit eis manus / et pedes / et latus ad
videndum & palpandum: declarans q ipse q̄ crucifixus
mortu⁹ et lāceat⁹ fuit i illo eodē corpore surrexit [Vide-
te inqt manus meas et pedes: qz ego ipse sum] .q.d. Per
hmōi cicatrices potestis percipere: qz ego sum qui pas-
sus fui et resurrexi: Per cicatrices eni remanētes osten-
dit q erat idē corp⁹ nūero. Resurrectio eni vera est eius-
dem in numero iterata surrectio [Palpate et videte: qz
spūs carnē et ossa nō habet sicut me videtis habere] q̄si
diceret. Per hoc potestis etiam cognoscere me habere
corpus verū nō fantasticū. Ad dubitantiū eni corda sa-
nanda vulnerū seruata sunt vestigia: et ideo vulnerum ci-
catrices ostēdit vt dubietatis et infidelitatis eorū vuln⁹
sanaret. Ostendit ergo man⁹ vt incitaret ad pugnandū
q.d. Videte man⁹ quib⁹ p vobis fideliter pugnaui. has
vobis ideo ostēdo vt et vos pugnetis: qz sine pugna vi-
ctores non eritis. Viriliter ergo agite: qz vincenti dabo
sedere mecū in throno meo. Ostēdit etiā latus vt puoca-
ret ad amandū .q.d. Videte lat⁹ apertū cor vulneratum
vt videatis q̄ntum dilexerim vos: vt et vos me diligatis.
Ostendit et pedes vt stabiliret ad perseuerandum: vt ab
inceptione bone vite non desistamus. Vnde pseuerantia
vel stabilitas est quādo homo nec minis: nec amore: nec
timore: nec cōmodo: nec incōmodo: a bona vita vel a pre-
ceptis / vel a voto qd̄ vouit retrahitur. Sunt aūt quinqz

Demones v. pcipue tētantes.

principales dyaboli impugnātes nos cōtra quos debe-
mus esse fortes. Prim⁹ est amor culpe et iniustarū rerū
vel amor carnis / vel amor honoris qui in quorūdā cor-
dib⁹ est ita fortis / q p eo celestē gloriā deserunt. Scd̄s
est timor diffidentie: qui etiā multos ipugnat quasi dn̄s
nolit eos iuuare q possunt in bono pseuerare / vel q non
possint sustinere durā penitentiam cum tn̄ deberent susti-
nere duriorē gehēne penā. Tertius est dolor delectatio-
nis carnis vel mundi dimittende / vel iam dimisse. O mi-
ser quid facis: morbū eligis p sanitate: mortē p vita: tri-
stitiā p letitia: penā sempiternā pro gl'ia. Quart⁹ est pu-
dor opationis bone qn̄ q̄s cogitat q hoīes deridēt eum
si humili veste icedit: si ieiunat / orat / peregrinat & similia
facit. Quintus est spes venie qn̄ q̄s dicit deus est miseri-
cors / nos de facili non dānat: et xp̄iani sum⁹. horū spes
confundit: qz spes est certa expectatio future beatitudi-
nis ex meritis pueniēs: sed isti q̄ carent meritis non pro-

Palpatio gloriosi corpis miraculosa est.

prie sperāt: sed p̄sumūt. Hoc aūt q se palpabilē prebuit:
factū est miraculose: qz corp⁹ dn̄i incorruptibile et imor-
tale a corruptibilib⁹ et mortalib⁹ naturaliter palpari est
impossibile: miro ergo et ineffabili modo fm Greg. Cor-
pus suū palpabile pbuit / vt reformaret nos ad fidem: et
corruptibilē demōstrauit vt inuitaret ad premiū: siue et
palpabile exhibuit et incorruptibile vt ostēderet se eius-
dē esse nature cui⁹ fuerat añ passionē .i. carnē habere: & al-
teri⁹ gl'ie .i. eandē carnē incorruptibilē esse. Et qz in dn̄i

Palpabilia quibꝰ erunt corpora gloriosa.

resurrectione nr̄a generalis resurrectio est prefigurata ostēdit p hoc nr̄a corpa post resurrectionē ita esse incorruptibilia et subtilia p effectū spiritualis potentie vt possint esse palpabilia a consimilibꝰ corporibus p veritatez nature. Caro eni nostra absqz corruptione vel fragilitate mortis ī veritate substātie est resurrectura. vñ Beda. Parū fuit oculis se vidētiū prebere si nō preberet etiam manibꝰ cōtrectandū: qui dū palpāda discipulis ossa carneqz ꝑmonstrat aperte statum vere resurrectionis que ꝛ in se facta et in nobis est futura significat. vñ et Grego. Nō eni in illa resurrectionis glīa corpꝰ nostrū erit īpalpabile: ꝛ ventis aereqz subtilius vt euthitiꝰ dixit: sȝ subtile quidē p effectū spūalis potētie: palpabile aūt per veritatē nature. Sed (vt dicit Aug.) Claritas qua iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui in xp̄i corpe cū resurrexit ab oculis discipulorū potiꝰ abscondita fuisse q̄ defuisse credēda est: nō eni eā ferret humanꝰ atqz infirmus aspectꝰ / qñ ille a suis ita deberet attēdi vt posset cognosci. Et cū quidā eoꝝ adhuc dubitarēt petijt ab eis si aliquid manducandū haberēt: vt p comestionē melius resurrectionē astrueret [At illi obtulerūt ei partem piscis assi] cuius forte iam aliā partē comederant [et fauū mellis] fuerūt aūt ei hec duo ꝓpetēter oblata: ipe enim erat piscis assus per nature humane passionē: sed fauus mellis p nature diuine dulcedinem. In fauo quippe mellis vtraqz natura sue ꝑsone exprimit: fauus eni est mel in cera: hoc est diuinitas seu diuinitatis dulcedo in humanitate. Hec autē duo dño oblata significāt duo que ꝛ nos debemꝰ dño offerre: scȝ piscē assum per carnis mortificationē: et fauū mellis p mentis deuotionē: vel in cibo suo dn̄s pisci asso cōiūgi voluit fauū mellis: q2 ipse vt piscis latere dignatꝰ est in aquis humani generis: ꝛ tundi mūdi fluctibꝰ / ac capi laqueo nostre mortꝭ: et assari igne et tribulatione sue passionis: et decoqui in ara crucis. Et qui piscis assus fuit in passione: fauꝰ mellis et melle dulcior nobis extitit in resurrectione. Piscem ergo assum ꝛ fauū mellis ei offerunt qui fidē passionis et resurrectionis eius tenēt. vel ꝭm Theophi. Per piscē assum significat vitā actiuā consumentē nostrā humiditatē laborū prunis: cōtēplationē vero significat per fauū mellis propter dulcedinē eloquiorū dei: et māducauit corā eis: per qđ ostēdit se habere corpus viuū anima vegetatiua animatū. Manducauit quidē nō q tunc cibo carnali sustentari īdigeret: sed vt in veritate carnis se resurrexisse mōstraret: q2 comedere ꝓprie ad corpꝰ nō ad spiritū ꝑtinet: vnde Beda. Ad insinuandā resurrectionis sue veritatē: nō solū tangi a discipulis: sed etiā cōuesci cū illis dignatur: nō quidē quasi post resurrectionē cibo indigēs: nec quasi nos in resurrectione quā expectamꝰ cibis egere significās: sed vt eo modo naturam corporis resurgentes astrueret: ne illud non corpus / sed spiritum arbitrarentur: et sibi non solide / sed imaginabiliter apparere. ¶ Secūdum sensum ergo litteralem certificauit eos de sua resurrectione p tria. Primo p visum dicens [videte manꝰ et pedes: q2 ego ipe sum] Scđo per tactū di. [Palpate ꝛ videte: q2 spūs carnē ꝛ ossa nō habet] Tertio p gustuȝ cū dixit [Habetis hic aliquid qđ māducetꝭ] mystice vero xp̄m resurrexisse vidēt qui resurrectionis eiꝰ gloriam meditantꝭ. Ipm tangūt et palpant qui sibi charitate copulantꝭ: piscē assum offerūt qui patientiā igne tribulationis decoctā habēt ꝓ noīe xp̄i: sed illi offerūt fauū q̄ membris eius exhibent opa pietatis [ꝛ cū māducasset coram eis dedit eis ciborū reliquias] .s. ad maiorē ꝓbationem q vere residuū māducasset: et ad insinuandū q2 suā passionē eis imitandā esse ostendit / q̄ amara est in dolore corporis: sed dulcissima ī gloria remuneratiōis: illos ergo in suo corpore ad eternā requiē suscipit qui cū hic tribulationes ꝓ deo sentiūt ab amore interne dulcedinis nō recedūt. q̄ hic ꝓ veritate q̄si piscis afflictiōibꝰ assantꝭ / illic quasi fauo vera dulcedine eterne beatitudinis satiabuntur. Deinde certificat eos de resurrectione per auditū di. [hec sunt verba] .i. res verborū: verbū eni q̄nqz dicitꝭ vox quā ꝓferimꝰ: q̄nqz res quē p vocē significamꝰ [q̄ locutꝰ sum ad vos] .s. supra dicens. Ecce ascendimꝰ hierosolymā. ꝛc. [cū adhuc essē vobiscū] scȝ in carne mortali ante passionis instantiā [q̄m necesse est impleri] per rerū exhibitionē [oīa que scripta sunt in lege moysi ꝛ ꝓphetis / et psalmis de me] In his eni tribꝰ vetꝰ testamentū cōprehēditꝭ. Per hoc q loquebatꝭ sensibilitꝭ / ꝛ etiā rōnabiliter / reducēs ad memoriā que eis dixerat āte mortē suam: ostēdit se habere corpus animatū aīa sensitiua et intellectiua et eadē que prius: tūc post predicta [aperuit illis] per gratiam internā [sensum] et intellectū q̄ scȝ prius erat clausus [vt intelligerēt scripturas] et ex illis cognoscerent resurrectionē suam: sicut p precedentia ꝓbauit veritatē sue resurrectionis q̄ztum ad humanitatē: sic p istud illam ꝓbat q̄ztū ad deitatē: q2 illuminare mētes ignorātiū intellectu sacre scripture et subito est ipsiꝰ deitatis ꝓpriū. Sicut ante passionē declarauit se verum deū et hominē: ita etiā post resurrectionē suam [et dixit eis] īstruēdo per doctrinā [q̄m sic scriptum est] .q.d. Bene debetis credere q̄m sic scriptum est sicut euenit: et sic contigit sicut scriptum est. vñ subditur [et sic oportebat xp̄m pati] .s. p lignū crucis [et resurgere a mortuis tertia die] q2 (vt dicit Beda) ꝑdidisset xp̄us fructū passionis / si nō esset veritas resurrectiōis: oportebat aūt non quidē ꝓ se: sed ꝓ nobis: vt p suam indebitā passionē a debita pena nos liberaret ꝛ p suā sanctā resurrectionē nos secū regnaturos ostenderet: q2 sicut ait apl's. Mortuus est ꝓpter pctā nostra: et resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā: aperuit eis scripturas. tunc eni agnꝰ qui occisus est iudicatus est esse dignus accipere librū: et p spiritum deitatis soluere. vij. signacula eius: hoc est quecūqz scripta sunt de sacramentis īcarnationis / baptismatis / predicationis / et operationis ipsiꝰ: ac passionis / resurrectionis / ꝛ ascensionis eius. Ex hoc patet q sacre scripture nō possunt sufficienter intelligi nisi ille apperiat qui habet clauem dauid: qui aperit et nemo claudit: et cur pro nobis (vt dictū est) mori et resurgere voluit manifestatꝭ cū subditꝭ [et predicari in noīe eiꝰ penitentiā] .s. ex parte hoīs [et remissionē peccatorū] .s. ex parte dei cuiꝰ solius est pctā remittere hoībus [in oēs gētes] nō in vna tm̄ gēte iudeorū / vel in vna parte terrarū: q2 nō est acceptio ꝑsonarū apud deū. Cōmēdata igitꝭ sui corpis veritate cōmendat (vt iā dictū est) vnitatē eccl'ie: q2 vt dicit Theophil'. Nō tacebat ampliꝰ bipartitū esse humanū genꝰ et iudeos et gētiles: a penitentia ergo sicut et xp̄i: sic et precursoris ꝛ apl'orū incepit ꝑdicatio: et ne aliqs ꝓpter magnitudinē pctōrū desperaret de venia / subiunctū est incipientibꝰ ab hierosolyma. Hierl'm eni est in medio terre habitabilis: et ideo cōuenienter ab illa incepit ꝑdicatio euangelij: et per xp̄i discipulos circūquaqz p orbē dispsos in omnē terrā exire sonus ꝑdicationis eoꝝ. vñ dicit Theophi. q ideo vt oēs in vnū vnirēt mandauit incipere sermonē a hierusalē et ad gētes terminari: nullus ergo pre magnitudine peccatorū suorū remissionē se posse cōsequi desperet / qñ ipsis hierosolimitis cognoscit īdultum qui cruentis manibꝰ et mēdacibus vocibꝰ ipm sanguinē per quē genꝰ humanū redemptū est effuderūt. vñ ꝭm Bedā. Incipiūt ab hierosolyma nō solū q2 credita sunt illis eloquia dei / et eorū adoptio filioꝝ et gloria: verūetiā vt gentes varijs erroribꝰ implicate hoc maxime iudicio diuine pietatis ad spem venie ꝓuocentur q eis qui filiū dei crucifixerūt venia ꝯceditur. vnde ꝛ Chry. Insup ne dicerēt aliqui q omissis notis iuerūt se ostēturos ad extraneos: ideo ꝑmo apud ipsos occisores pādunt resurrectionis insignia: in eadē ciuitate in qua ꝓrupit temerarius ausus. Ubi enim crucifixores credere videntꝭ: resurrectio plurimū demōstratur. Et q2 añ passionē eis dixerat: iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrū: hoc nunc opere ostēditꝭ impletū. vñ sequitꝭ [Gauisi sunt ergo discipuli viso dño] .i. agnito: et qui āte erāt tristes et sic expauefacti letantꝭ corā eo consolati: quis eni sine magno gaudio videret tm̄ pietatis spectaculū. Ostēdit manꝰ clauis ꝑforatas quibꝰ opatus est salutē in medio terre. pedes quibꝰ ꝑdicando discurrit: ꝛ in itinere lassatus fuit: latus ex quo sacramēta redēptionis ꝓfluere fecit: in quibꝰ oībꝰ ad dubitantiū corda sananda vulnerū sunt seruata vestigia: et ideo in talibus signis pietatis [gauisi sunt discipuli viso dño] q2 iste visus nō potuit eē sine maxia leticia et gaudio. Et sic duplex eorū tristitia est amota. s. de morte xp̄i et metu iudeorū: erant eni conturbati de ipsiꝰ xp̄i morte / et de iudeorū ꝑsecutiōe eis iminente: poteratqz eos per suā presentiā custodire / et de sua resurrectiōe certificare [Dixit ergo eis iterū: pax vobis] geminat pacē ꝓpter duo precepta charitatis. s. dei

Claritas fulgida nō defuit sed occulta fuit ī corpe christi.

Certificatio de resurrectione p tria.

Oportebat xp̄m pati vt nos liberaremur a pena.

Scripturarū intellectio dependet a deo.

Cur ab hierosolima cepta ꝑdicatio.

Pacē cur xp̄s geminat.

et ꝑximi: geminã enĩ pacẽ seruãt/ qui hanc geminã dile
ctionẽ hñt. siue ideo repetit: q2 ipse est q̃ vtraq3 vnũ fecit
Iterat etiã pacẽ: vt monstret p suũ sanguinẽ esse pacifi
cata q̃ in celis et que in terra sunt. q.d. Pacẽ relinquo. i.
reliquias pacis. s. pectoris in pñti. do vobis pacẽ meam
sc3 eternitatis in futuro. do. i. dabo vobis. etiam hanc pa
cem itero: vt ostendã vos deo recõsiliatos hoiem ange
lis/ hoiem homini vt hõ deũ diligat: et hõ hoiem ꝑpter
deũ: et ẜm Chrys. Simul q̃3 demõstrat crucis efficaciã
p quã solu it oĩa tristia: et cõtulit oĩa bõa/ et hec est pax.
¶ Deinde subiũgit [Sicut misit me pater] ad veritatem
fidei docẽdã ĩ iudea [et ego mitto]. i. mittã [vos] ad hãc
veritatẽ publicandã p totũ mũdũ. Meos vicarios vos
cõstituo/ mea vice vobis mãdo: meũ officiũ vobis cõmẽ
do ad docendũ/ ad ꝑdicandũ/ ad baptizandũ/ ad meũ et
patris nomẽ glorificandũ [vos mitto] mediũ et media
torẽ se ostendit cũ ait: ille me et ego vos: misit deus pater
filiũ suũ qñ eũ incarnari cõstituit. misit fili9 apl'os quan
do eos ad ꝑdicãdũ ĩcarnationẽ eãdẽ p orbẽ vniuersum
direxit: et sicut pr̃ amãs filiũ misit eũ in mundũ ad ꝑssu
ras et passionẽ tolerandas ꝑ salute fideliũ. Ita et filius
amans apl'os misit eos ad mala et passiones tolerandas
ꝑ suo noĩe/ nõ ad mũdi gaudiũ. vñ Greg. Itaq3 dicitur
sicut misit me pater et ego mitto vos. i. ea charitate vos
diligo: cũ inter scãdala persecutoꝝ mitto q̃ me pater di
ligit quẽ venire ad tolerãdas passiones fecit. et q2 execu
tio hui9 officij nõ põt cõuenieñter fieri sine grã spũs scti:

Spiritũ sctm̃ cur isufflando dedit.

ideo [cũ hec dixisset insufflauit in eos et dixit. Accipite
spm̃ sctm̃] insufflãdo spm̃ dedit/ vt seipm̃ eẽ ostẽderet q̃
in facie primi hoĩs spiraculũ spirauerat. vel certe vt ostẽ
deret spm̃ sanctũ a se ꝑcedere sicut ꝑcedit a patre: et nõ
patris soli9 sed et suũ esse. flat9 enĩ ꝑcedit a flante: non tñ
est intelligendũ q2 hmõi flatus xp̃i fuerit spũs sctũs sed
signũ eius. vñ Aug. Flatus ille corpore9 substãtia spũs
sancti non fuit: sed demonstratio per congruã significa
tionẽ: nõ tm̃ a patre: sed etiã a filio ꝑcedere spm̃ sanctũ.
hec Aug. Vñ cõsuetudo ecclesiastica obtinuit: vt in eoꝝ
facie qui p grãm spũs sancti regenerandi sunt a sacerdo
tibus insuffletur: et q2 per spiritũ sctm̃ remissio pctoꝝ tri
buitur/ q̃ est fruct9 et effect9 spũs sancti: recte post eundem
spm̃ datũ discipulis dicitur. [Quoꝝ remiseritis peccata
remittũtur eis: et quoꝝ retinueritis/ retenta sunt] Ubi
dedit eis potestatẽ ligandi et soluẽdi ministerio nõ auto
ritate eos quoꝝ pctã ipsi remiserint vel retinuerit. i. reti
nenda iudicauerint: vel nõ remiserint: hoc tñ intelligen
dum est quãdo iudicium ecclesie diuino iudicio confor
matur. vñ Aug. Ut euidentius ostenderet dñs a spiritu
sctõ quẽ donauit fidelib9 suis dimitti peccata non meri
tis hoĩm: continuo subiecit si cui dimiseritis pctã dimit
tuntur ei: hoc est spũs dimittit non vos/ spũs aũt deus est
deus autẽ dimittit non vos: de9 ergo habitãs in templo
sancto suo. i. sctis fidelib9/ in ecclesia sua per eos dimit
tit pctã: q2 viua templa sunt. hec Aug. Licet ergo solus
deus principaliter peccata dimittat: tñ ministri ecclesie
per virtutẽ clauiũ ad hoc ministraliter operãtur: dimit
tũtur aũt pctã in ecclesie vnitate et charitate cõstitutis/
sed nõ alijs. vñ Aug. Ecclesie charitas q̃ p spiritũ sctm̃
diffunditur ĩ cordib9 nostris/ participũ suoꝝ pctã dimit

Ptãs cõsecrãdi data in cena.

tit: eoꝝ aũt qui non sunt participes tenet. hec Aug. Po
testas ergo conficiendi corpus xp̃i data fuit discipulis
in cena qñ dñs dixit: hoc facite in meã cõmemorationẽ:

Ptãs clauiũ in die pasche.

sed clauiũ potestas sup corp9 xp̃i mysticũ q̃ ꝑmissa fuit
petro: et in petro ceteris post iterũ expresse alijs hec eis
collata fuit. Et nota hic dñm apl'os ordinasse ep̃os. vñ
Aug. Nemo tunc dubitat dñm apl'os ep̃os ordinasse cũ
insufflans eis dixit. accipite spm̃ sanctũ: quoꝝ remiseri
tis peccata remittuntur eis/ et quoꝝ retinueritis retenta
erunt. Vides quõ oĩa ista sunt plena iocunditate et le
titia/ et hic nũc esse magnũ pascha. O qualis domũcula

Aĩe deũ videre volẽti necessaria.

in qua fiunt ista: et q̃3 gloriosum habitare in ea. Ex hoc
facto apparitionis dñi tria spiritualiter et mystice acci
piuntur que in aĩa fideli apparitionẽ et presentiã verbi
eterni mẽtaliter flagitante exiguntur. Primũ est anime
ab omni opere exteriori vacatio q̃d notatur per diẽ sab
batoꝝ. per sabbatũ enĩ requies significatur/ quo iudei
ab omni opere vacabant. Secundum est virium ab omni
specie extranea custoditio: q̃d notatur per fores clausas.
fores enim anime sunt sensus corporis et vires anime.

Tertiũ est viriũ oĩm ad intima recollectio: quod notatur
per discipuloꝝ congregationem: vires enim anime sunt
quasi quidã discipuli sub magisterio verbi eterni. Sed
dñs nõ venit ad animã nisi de sero: ꝑpter q̃d dicitur cũ esset
sero. per sero intelligitur perfectio boni operis/ non enĩ in
initio boni operis dñs apparet: sed sero postq̃3 sol diuine
gratie cursum suum in perfectione operis peregit: tunc
deus hoĩ se ostendit. ¶ Jesus autem veniẽs in aĩam ope

Jes9 operatur in anima quinq3.

ratur ibi quinq3. Primo stat in medio discipuloꝝ oĩm
videl3 viriũ. i. in initio aĩe quem inhabitat: et ipsam essen
tiam aĩe que mediũ est oĩm potentiarũ p grãm perficit:
et fecundat/ cõferendo sibi esse diuinũ. Scdo annunciat
discipulis pacẽ: ecce quibus loquitur pacẽ q2 discipulis
Esto et tu discipul9 discipline xp̃i capax et audies. Ter
tio ostendit eis manus et latus cõferendo sc3 eis et diui
nas operationes que per manus/ et affectiones: que per
latus vbi cor latet designantur. Quarto facit gaudere
discipulos excitando videlicet in eis gaudiũ internum:
q2 gauisi sunt discipuli viso dño. Quinto insufflat dãdo
eis spm̃ viuificationis ad nouã vitã/ vt viuant tã sibi q̃3
alijs ad salutem. Sed dñs cũ discipulis tũc parũ stetit:
quia multũ sero fuit. tamẽ forte etiã ipsi coegerunt eum
aliquãtulũ plus stare: rogãtes ne sic cito recederet/ nec
hoc dño displicebat. teneri enĩ vult prout supra dictum
est. Tandẽ benedicens discessit ab eis. Cũq3 ab eis eua
nuisset rediijt thomas qui ante domini aduentum exiue
rat [dixerũtq3] animo leto [alij ad eum] nunciãtes ei bo
num nunciũ [vidimus dominum] sic enim ante passionẽ
appellauerunt eum. Qui dixit se nõ crediturũ nisi vide
ret et etiam tangeret cicatrices vulnerũ: vt si visus deci
peretur saltem tactus nũciaret veritatẽ. Volebat certi
ficari duplici sensu. s. visu et tactu. Isti enim duo sensus
sunt qui minus decipi possunt/ tãta quippe viderat mor
tis supplicia q2 resurrectionis et vite non poterat accipe
re argumẽta/ nisi non solũ visu: sed tactu perciperet ea
Unde Chry. Alijs enim grossior existens eam que et per
sensum grossissimum. s. tactu querebat fidem: et neq3 ocu
lis credebat. Remanserunt autem discipuli famelici et
sitibundi de domino suo de quo tantam copiam habere
consueuerant: et eum sepe suspirijs et desiderijs reuoca

Appitiones quinq3 scripte.

bant. Vidisti quotiens hodie pascha habuisti: nam om
nes predictas apparitiones in die resurrectionis fuerũt
de quibus tantũ quinq3 in euangelio scripte sunt: et has
quinq3 representat sacerdos in missa quinquies se ver
tens ad populum/ et quasi pro apparitione representãs
eis vultum: sed tertia versio est cum silentio q̃ significat
tertiam ex his apparitionem factã petro: quia nescitur
vbi vel quando facta fuerit hec apparitio. per hoc etiam
eas reꝑsentat q2 quinquies dñs vobiscum dicit: sed forte
audisti nõ tñ sensisti: q2 nec forte in passione cõpassionẽ
habuisti: credo enĩ q2 si in passione cõpati scires: et mentẽ
vnitã et nõ sparsam ad secularia aut superflua: vel curio
sa haberes/ in qualibet vice sentires pascha: et hoc tibi
contingere posset qualibet die dominica/ si mẽte integra
feria sexta et sabbato te in passione dñi prepares. q2 ẜm

ij. Corin. j

apostolũ. Si fuerimus socij passionum: erimus et conso
lationum. Tũc vero dñs iesus rediijt ad sanctos patres
qui coram eo non ociose sed vigilanter laudibus insiste
bant iocundantes. Stabant enĩ in cãticis et laudib9 oẽs
sancti patres et angeli coram dño reuerenter/ alacriter/
et deuote/ ac tanq̃3 gloriosi iubilant continue. conspice
igitur eos et tu cũ letitia et eis cõgratulare/ ac disce deũ
venerari et laudare et sibi grãs agere: et sua bñficia reco
gnoscere: ac toto conatu ad illam gloriam tendere non
cesses vbi semper in conspectu dei tui cũ tam nobili mul
titudine in laudibus dei perseueres. Oratio.



Alme fili dei patris/ qui foribus clausis appa
ruisti discipulis in vnũ congregatis: obstrue
queso claustra sensuũ meoꝝ interioꝝ et exte
rioꝝ contra pericula tentationũ sancto timo
re reuerentie tue/ mortifica in eis oĩa mala cũ vinculo
tue charitatis delicate: et illumina eos cum lumine reli
gionis diuine: vt merear tua leta visiõe cõsolari: pacẽq3
pectoris in presenti et eternitatis in futuro te donante
valeã inuenire: vbi cum angelis ac omnibus sanctis et
electis tuis te laudare merear sine fine. Amen.

¶ Quomodo dñs appuit discipulis inclusis thoma presente. Capitulum. lxxviij.



Job.xx. Aduenientе autē octauo die resurrectiōis iterū apparuit dñs iesus discipulis suis:nam qr non malicia sȝ ignorantia thomas dubitauit noluit pi⁹ magister tā dilectū discipulū in infidelitate relinquere:sed ad fidē ei⁹ reformandā iterū dignat⁹ ē apparere:igit⁹ [cū] in predicto mōte syon [iterū essent discipuli intus: et thomas cū eis] pastor bonus et de pusillo grege sollicitus [venit ianuis clausis et stetit in medio eorū] vt possit videri ab oībus [et dixit illis pax vobis] stetit in medio ⁊ dixit.pax vobis:nūq̄ pōt esse pax in col
Pax collegij dum ꝑlatus in medio. legio nisi prelatus sit in medio:ita q̄ non plus ad vnam partē inclinet⁹ q̄ ad aliā.colūna nūq̄ sustinet edificiū si sit ad partē.ꝑpe parietē et nō in medio.oīa elementa preter terrā mouent⁹:qr nō sunt in medio.terra autē imobilis est/qr in centro est et in medio.sepe dñs pacē discipulis nunciat et cōmendat ac psuadet habere: qr sine pace īpossibile est deo placere:in eis enī qui pacē ⁊ concordiā diligūt habitat de⁹:qr factus est in pace locus ei⁹: pacē veniēs attulit/et hic abiēs pacē reliquit:qr tota pfectio xpiane vite et religiōis in pace et dilectione cōsistit:cum magna ergo diligētia debem⁹ eam inquirere et studiose obseruare.vñ Greg. nazāzen⁹. Pudeat ergo nos pacis mun⁹ deserere/quā nobis hinc discedens xp̄us reliquit. Pax et res et nomē dulce:quā et dei eē accepimus. Iuxt illud.pax dei.et eius esse deum iuxta illud.deus pacis:et
Phil.iiij. ipsam esse deū iuxta illud:ipse est pax nr̄a. Pax bonū cō
ij.cor.xiij. mendatū ab oībus ⁊ obseruatū a paucis:q̄ autē causa ē
Ephe.ij. fortassis ābitio dñij:aut facultatū/aut liuor/aut odium/aut cōtēptus/aut alidd hmōi ex his q̄ dei ignaros videmus incurrere [Deinde dicit thome] quasi respondens petitioni eius supposite [infer digitum tuū huc/et vide manus meas] nō q̄ in digito sit visus: sed quasi diceret. Tange hoc et experire: Unde videre in hoc loco ꝑ sentire et intelligere ponit⁹:qd̄ genus locutionis adeo vsitatū est vt per oēs sensus currere videat⁹:sicut cū dicim⁹ audi et vide q̄ modulate cantat. Olfac et vide q̄ suaue redolet. Palpa et vide q̄ lene sit. Gusta ⁊ vide q̄ dulce sit. Unde in exod.dicit⁹.Cūctus popul⁹ videbat voces.i.sentiebat.Uisus ergo propter sui certitudinē ꝑ oī sensu accipitur. Uñ ꝓm Aug. Noie visus generalit⁹ alij quattuor sensus cōsueuerūt noīari:imo etiam aliqñ pro intellectu accipit⁹:vt cum alicui dicit⁹ vides tu hoc.i.itelligis.Uel simpliciter dici pōt q̄ iesus ad verba thome respōdet: in quo etiā suā deitatē declarat inq̄tū absens corpaliter ei⁹ verba sciebat.Thomas enim duplici sensu scȝ visu et tactu certificari volens dixerat [nisi videro ī manib⁹ ei⁹ fixurā clauoꝝ:et mittā digitū meū in locū clauoꝝ/⁊ manū meā in lat⁹ ei⁹ nō credā] Iesus ꝟo q̄si respondens dicit ei [Infer digitū tuū huc] .s.in locū clauoꝝ [⁊ vide manus] pforatas/et clauoꝝ fixuras.Deinde subiungit [⁊ affer manū tuā et mitte in latus meū] lācea pforatū:et co
Uulneris in latere xp̄i magnitudo. gnosce me illū eundē esse qui pependit ī cruce. Magnum certe fuit vuln⁹ illud sacratissimi lateris/in quo non digitum:sed manū mittere debebat. Mystice ꝑ digitū significat⁹ discretio:per manū op⁹ nostrū monet: ergo digitū et manū in locū clauorū ⁊ lācee mitte:vt quicqd in nobis est discretiōis et opis in seruitiū xp̄i expēdam⁹. Deinde subdit [et noli esse incredulus] hoc est ad credendū tardus [sed fidelis] hoc est fide firm⁹:qr ī pctō īfidelitatis me iterū crucifigis/causam mee iterās passionis hoc dixit iesus:qr thomas dixerat discipulis resurrectionem xp̄i nunciātibus se aliter nō crediturū. Sicut ergo thomas pre ceteris dubitauit:ita ꝑ ceteris palpare et videre monet⁹. vbi Chry. Tu vero cū videris decredentē discipulū excogita dñatoris clementiā / qualiter etiā pro vna aīa ostēdit seipm̄ vulnera habentē/et accedit vt saluet vnū:nō enī ei statim apparet:sed post dies octo:vt in medio a discipulis admonitus accendat⁹ ad maius desideriū ⁊ fidelior fieret in futurum. Tunc thomas cicatrices dñi tetigit:et nō solum corde credēdo/sed etiam ore cōfitendo:qr vtrūq̄ ad salutē requirit⁹:exclamans dixit [Dñs meus:et deus meus] .s.tu es.dñs meus ꝓm humanitatem in qua me sanguine tuo redemisti et comparasti [et deus meus] ꝓm diuinitatē qua me creasti et de limo formasti:iam nihil dubito.certus sum:confirmo resurrectionē:predico immortalitatē:tu es dñs me⁹ et magister me⁹:ego seru⁹ tuus et fili⁹ ancille tue: tu es deniq̄ deus me⁹ q̄ me creasti:et pro me carnē suscepisti/ quam vt me redimeres morti te tradidisti.et vt me tecū resuscitares: nūc a morte resurrexisti:hec ē fides mea/ ita sentio ⁊ ita credo. O felix thoma q̄ felicē habuit licētiā manus tua: magna q̄ppe licētia et magna grā est mittere manū in latus illud dulcissimū/in latus illud saluberrimū:in latus inq̄ vñ ab ira saluamur:vñ a culpa sanamur:vñ ī grā generamur.vñ in glīa sublimamur. Ipse ergo thomas qui dr̄ didim⁹ ꝑpter dubiū cor in credēdo:qr didim⁹ grece gemin⁹ est latine.bene etiā dr̄ abyssus:qr altitudinē diuinitatis certa fide penetrauit: q̄tā autē remunerationē fides habebat manifestat⁹ cū subdit⁹ [dicit ei iesus] beatificando cōfessionē ipsi⁹ [qr vidisti me thoma] .i.qr expertus es etiā ꝑ tactū [īō credidisti.btī q̄ nō viderunt et crediderūt] ī hoc versiculo nō solū fides thome cōmendat⁹: sed etiā nr̄a sal⁹futura ꝑdicit⁹/ac si diceret dñs: tu q̄dem beatus es:quia enī me vidisti credidisti: sed et illi beati erunt qui nō videntes me corpore: credituri sunt mente.
vbi ꝓm Aug. Preteriti tp̄is vsus est verbis ꝑpter certitudinē:tanq̄ ille q̄ qd̄ erat futurum ī sua nouerat ꝑdestinatione iam factum:qr apd̄ ei⁹ ꝑntiam oīa futura ꝑterita sunt:sed aliud thomas vidit et palpauit corpe:⁊ aliud credidit corde:qr fides saltē q̄ ad actum non pōt esse de visis et apparētib⁹:nā fides est argumētum.i.ostēsio nō apparētiū arguere enī dicebāt antiqui ostendere:hoīem nāq̄ seu humanitatē vidit et tetigit:et deū seu deitatē q̄ in ꝑsenti videri nō pōt credidit.dicendo enī dñs meus: humanā naturā cui datū est toti⁹ creature dominium:dicendo vero deus meus diuinā q̄ oīa cōdidit ꝑfessus est: ⁊ vnum eundē deum ⁊ dñm.vñ Theo. Qui pri⁹ infidelis fuerat:post lateris tactū se optimū theologū ostēdit:nā duplicē naturā vnicāq̄ hypostasim xp̄i edisseruit. Nos ergo ꝯsolādo subiunxit [beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt] vñ Greg. Letificat aūt valde qd̄ sequit⁹ [beati q̄ nō viderunt ⁊ crediderunt] ī qua sentētia nos spāliter signati sumus:qui eū quē carne nō vidim⁹ mente tenem⁹:si fidem nostrā operib⁹ sequimur:ille enī vere credit:qui exercet operando qd̄ credit.hec Greg. De his autē q̄ fidē nomine ten⁹ retinēt paulus dicit.cōfitent⁹ se nosse deum:factis
autē negāt.⁊ iacob⁹. Fides sine operib⁹ mortua est.cum ergo(vt dicit Chryso.)aliqs sic isto tp̄e dixerit: vtinam in tēporib⁹illis fuissem et vidissem xp̄m miracula faciētē:tunc excogitet.beati q̄ nō viderunt ⁊ crediderunt. potuit autē esse q̄ post ꝯfessionē qua dixit dñs me⁹ et deus me⁹:dñs iesus īsufflās dixerit. Accipite spm̄ sctm̄/quoꝝ remiseritis pctā.⁊c.licet hoc nō dicat euangelista :quia multa fecit iesus que nō sunt scripta in libro hoc. vñ ipse qui virtute suā non alligauit sacramentis/potuit sine signo sensibili dare spiritū sanctū:et cōferre ei potestatē ⁊ ordinem episcopalē. Nam credendū est q̄ eū sicut alios episcopū ordinauit. Attēde hic q̄ xp̄s thome apparuit qñ in errore fuit. In quo magna xp̄i pietas ostēdit⁹: qui ꝑpter vnū solū venit. vñ Chry. Cōsidera dñatoris clementiā qualiter etiā ꝑ vna aīa ostēdit seipsum vulnera habētē:et accedit vt saluet vnū. Hoc aūt de thome dubitatione dispēsatorie permissum est: vt euidentioribus argumētis resurrectio dñi ꝓbaret⁹:ideo enī dubitatū est ab illo ne dubitet⁹ a nobis. vñ ꝓm Greg. Nō casu sed diuine pietatis dispēsatione gestū est:vt ille elect⁹ discipul⁹ tunc deesset:qui audita resurrectione dubitaret:dubitās palparet:et palpās crederet: vt a nostris cordibus oēm dubitationem expelleret.et dū in magistro suo vulnera palparet carnis/in nobis vulnera sanaret infidelitatis: plus enī in nobis incredulitas thome q̄ alioꝝ credulitas ad fidem ꝓfuit:qr dū ille ad fidē palpando reducit⁹: mens nostra oīni dubitatione postposita in fide solidat⁹. et nō solū nostrā fidē roborauit:sed etiā hereticorū errorem dicentiū iesum verū corp⁹ nō habuisse exclusit. Uñ et leo papa. Suffecit thome ad fidem ꝓpriam vidisse qd̄ viderat:sed nobis operat⁹ est vt tāgeret qd̄ videbat. vñ Grego. De ipsius thome et alioꝝ etiā discipulorū dubitatione sic dicit:q̄ resurrectionē dominicā discipuli tarde crediderūt:nō tam illorū infirmitas q̄ nostra (vt ita dicam) firmitas fuit:ipsa namq̄ resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monstrata est:quā dum nos legentes agnoscimus:quid aliud q̄ de eorum dubi

Preteritū ꝑ futuro.

Situm.j. Jacob.ij.

Jo.vlti°.

Unū solū saluandū curauit dñs.

tio regni genam regnare et iudeos sub preside esse: desiderabant
israel. ꝙ regnum ipsum nationi iudaice redderetꝛ:et querebant
de restitutione regni israel tēporalis: et si rex iudeis da-
retꝛ hoc tēpore putātes tunc a dño regnū restituendum:
et a dño alienigenarū/scilicet gentiliū qui iudeis domi-
nabanꝛ liberandū: sicut ⁊ duo discipuli putabant dicen
tes:nos autem sperabamus:qꝛ ipse esset redēpturꝰ isrl'.
Ac si isti interrogantes eum dicerēt. Nunqd hoc tēpore
regnabis sicut dauid/et salomon/et dominaberis natio-
nibꝰ? Alij vero magis instructi sciētes restitutionē illā
nō nisi finaliter futurā:scilicet circa tempora iudicij que
rebāt de restitutione regni israel spiritualis.s.de libera-
tione et dilatione ecclesie:ac si dicerēt. Nūqd hoc tpe fa
cies quod promisisti eccl'ie. vnde Augu. Ergo discipuli
christi deducturi aspectu ascēsurū christū interrogaue-
runt eum:⁊ dixerūt ei. Dñe si in hoc tempore presentabe
Mat. vj. ris/⁊ quādo regnū israel? Quod regnū? De quo dicimꝰ
adueniat regnū tuū:quando regnū tuū? Quādo regnū
tuorum? Quādo regnū humiliū q̄diu typus superborū
Quando vēturū sit quid ad te? Sic viue quasi hodie vē
turū sit:et non timebis cū venerit.hec Aug. Dñs autem
super hoc nō certificauit eos ex quodā tamē in responsi
one eius posito possent intelligere restitutionē illā mul-
tis tēporibꝰ differendā ⌊Non est inquit vestrū nosse tem
pora vel momenta que pater posuit i sua potestate⌋.i.nu
merum temporū et momentorū vsq ad finem seculi que
tantum patent sciētie patris mei. Nō est quippe aliquo-
rū nosse tēpora vltra qđ reuelaꝛ vel traditur per scriptu
ras:qꝛ hoc est ꝓsumptionis : sed ſm scripturas nosse est
eruditiōis:ac si diceret. Ad vos non ꝑtinet scire futura q̄
in sola dei dispositione sunt posita:de quorū numero est
regni iudaici restitutio. Nā ipum restituendū nō est car
naliter:sꝫ spiritualiter quādo circa finē seculi iudei cre-
dent in xpm qui fuit rex eorū/⁊ quādo regnabit i domo
iacob: vere sine fine seculi ineternū. Nihil inquā ad vos
q̄rere de secretis huiusmodi/nec ad ea precipiēda estis
ydonei:sed de his que ad vos spectāt estote solliciti: qa
reuera ⌊accipietis virtutē sancti spiritꝰ superueniētis in
vos⌋ cuius virtute purificati et roborati vt possitis mea
verba loq̄/et doctrinā meā ferre ⌊eritis mihi testes⌋ con-
uersationis et doctrine mortis et resurrectiōis mee:pri-
mo ⌊in hierusalē⌋ secundo ⌊in iudea⌋ postea ⌊in samaria⌋
tādē ⌊vsq ad vltimum terre⌋ ac si tacite diceret. Ante re
gni illiꝰ restitutionem non solū hierosolimā: sed et omes
fines iudee et samarie:ac etiā mūdi terminos ꝑ circui-
tū euangelij fama ꝑcurret. Primo siquidē predicatum Predica-
est euangeliū in hierusalē:sed ꝓpter lapidationē stepha tio vsq
ni et mortē iacobi gladio occisi egressi sunt de hierusalē ad vltimū
predicantes in finibꝰ iudee: postea transierunt ad sama- terre.
ritanos et inde processerunt per mundum ad alios. vbi
Aug. Quo aūt pacto ac apostolis est ꝑdicatio ista cōple
ta quādo adhuc vsq sunt gentes in quibꝰ modo ceperit:
et in quibꝰ nondū inceperit impleri. Non vtiq hoc sic a
dño mādatū est apostolis tanq̄ ipsi soli quibꝰ tūc loque
baꝛ tantū munus fuerint impleturi:sed sicut eis solis vi-
detur dixisse: ecce ego vobiscū sum vsq ad consumma-
tionē seculi ꝙ tamen eū vniuerse ecclesie ꝓmisisse q̄ alijs
morientibus:alijs nascentibꝰ hic vsq in seculi consum-
matione futura est quis non itelligat. hec Aug. Et quia Cōuersio
euangeliū primo ꝑdicatū est in hierusalē /inde est ꝙ au- ad oriētē
dita pronunciatione euangelij vertimur ad orientē qua dū euāge-
si ad hierusalē gratias agētes et dicētes: gloria tibi do- liū dicit.
mine/qꝛ inde venit ad nos euangeliū. Unde scriptū est Esaie. ij.
de syon:exibit lex et verbū dñi de hierusalē. vñ ⁊ Augu.
Cepit enī ecclesia ab hierusalē ista terrena vt gaudeat
in deo in illa hierusalem celesti : ab hac enī incipit ad il-
lam terminat. In illa tota eccl'ia erit ab ista exordium fi
dei sumpsit hec Aug. Sed verba euāgelij leuita prenun
ciaturꝰ vertit faciē contra aq̄lonē vt ostendat verbū dei
dirige contra eū qui per aquilonem designaꝛ:scilicet cō
tra dyabolū qui dicebat in corde suo:sedebo i latere aq- Esa. xiiij.
lonis/⁊ ero similis altissimo ⌊Et dñs iesꝰ postq̄ locutꝰ
est eis⌋ que ad eruditionē sue ꝑtinebāt ꝯsolatiōis/vnum
quēq osculatꝰ est in intimo amore cordis. Qꝛ ſm Amb.
Apostolis reliquit oscula pacis: deinde valedicens eis
⌊eleuatis manibꝰ⌋ vt suos patri offerret ⌊bñdixit eis⌋.s.
bona optādo/promittēdo/conferēdo:vt eos contra ho-
stē muniret vt bonis celestibꝰ augeret. Et (vt dicit The Benedi-
ophilꝰ) forte in hac benedictione vim conseruatiuā eis ctionis dā
influxit vsq ad spiritus sancti aduētum. Ex loco isto du de institu-
xit ecclesia in consuetudinē ꝙ episcopi in fine misse dent tio.
benedictionē. vbi Origenes. Quod autē eleuatis mani-
bus benedixit eos:significat ꝙ deceat benedicētē cuiq̄
ornatū esse varijs operibꝰ et arduis respectu aliorū: sic
enī manꝰ tollūtur in altū.hec Origenes. In recessu suo
benedixit christus discipulis : sicut pater recedens a fi-
lijs benedixit eis:et hoc fecit ꝑmo propter maiorē eorū
necessitatē ſm illud:cū essē cū eis ego seruabā eos et ce-
tera: vbi petit eos post recessū suū seruari a malo. Secū-
do ad ostendendum finalem et perseuerantem erga eos
suam dilectionē. ſm illud. Cum dilexisset suos qui erant
in mundo in finē dilexit nos. Instruxit etiam per hoc su
periores in ecclesia: vt recedentes a subditis benedictio
nibus eos deo cōmendent. His finitis ad orientē versa
facie (vt dicit Damascenus) cepit sua ꝓpria virtute non
aliena eleuari ab eis et ascendere videntibus illis: quos
scilicet tanta visione dignabatur:et videndo deducenti
bus: vt scilicet desiderium veniendi ad ipsum in eis ex-
citaretur et triumphaliter proprio motu per dotem agi
litatis in celum supremū vnde venerat ferebatur. Tunc
mater et omnes alij aspicientes eum in celum eleuari ꝓ-
ciderunt in terrā adorātes / et propter discessum lachri-
mas continere non poterant:multum tamen gaudebant
ꝙ ipsum sic gloriose celum petere cernebant. O q̄ liben- Cur ma-
ter mater cum filio de hoc mundo recessisset:sed eam ad ria non si-
tempus hic manere dominus voluit : quia propter con- mul assum
firmandos credentes vtile et expediēs fuit. Nostre etiā pta sit.
fidei necessarium erat:quia ipsa post ascēsionem domini
inter apostolos cōuersando multa eis reuelauit que de
mysterijs illius cognouerat. vnde Ansel. Sed o bone ie
su istius tue dulcissime matris pijssime fili:quomodo pa
ti potuisti vt te in regnū glorie tue remeante illam quasi
orbatā in miserijs mūdi relinqueres:et non eam statim re
gnaturam assumeres. Erat vt mihi videtur necessaria
nostre fidei conuersatio sua post ascensionem domini in
ter apostolos eius: quia licet ipsi per reuelationem spi-
ritus sancti edocti fuerit omnē ꝟitatē : incōparabiliter

tamen manifestiꝰ ac eminentiꝰ ipa per eundē spiritū ipiꝰ
veritatis intelligebat ꝓfunditatē: ac ꝑ hoc multa eis ꝑ
illā reuelabant̄ q̄ in se nō solū simplici sciētia: sed et ipso
effectu/et ipo experimēto cognouerat de mysterijs eius:
dem dñi nr̄i iesu xp̄i. Nec dilatio sue assumptionis quo:
quomodo iacturam inferre valebāt immēsitati amoris
et gaudij sui:qm̄ ipsa perfectio amoris et gaudij ita illā
reficiebat plenitudine sui:vt hoc ipm ei ad augmentum
amoris et gaudij magnopere fieret: ꝙ illic esse videbat
vbi deū quē pre cūctis amabat velle magis sciebat. Igi
tur vbicūqꝫ erat et ipsa in deo/ et deus in ea iocundaba:
tur:qua ipse iocunditate felix hoc pre ceteris vbiqꝫ fieri
cupiebat:quod sapientie dei potissimū placere intellige:
Misteriū ascēsionis — bat.hec Ansel. ¶ Et est notabile ꝙ dñs suos primo de ci:
nitate eduxit. Secundo eos in bethaniam duxit. Tertio
eis benedixit. Quarto ascēdit:i quo dat̄ intelligi ꝙ pec:
catorem primo educit de peccato:secundo ipm in betha
niā: id est in domū obediētie ducit statū eiꝰ mutando:ter
tio ei benedicit gr̄a replēdo : quarto ascēdit.i.ascendere
facit ad superiora trāsferēdo. Et ascendens dñs iesꝰ duxit
secū illā multitudinē nobilē.s.captiuā captiuitatē.i. ca:
ptiuos a captiuitate iferni q̄s secū victor eduxerat:et ce:
li aperta iā porta pādēs iter ante eos:se sequētes vt Mi
cheas ꝓpheta dixerat. Exules introduxit in regnū pa:
tris sui:cōciues illos faciens angelorum/ et domesticos
dei:quatenus et ruinas angelicas restauraret / et eterni
patris honorē cumularet:et se triumphatorē ostēderet/
et dñm exercituū cōprobaret. Dñs itaqꝫ gloriosus /can:
didus/et rubicūdus/splendidus/et gaudiosus precede:
bat eos viā eis ostēdēs:et ipsi sequebant̄ eū cantātes et
iubilantes. Interim autē Michael prepositus paradisi
pergēs ad patriā celicā:nūciauit ꝙ dñs ascēderet ad eā
Spirituū celestium occursus. — Et ecce om̄es beatoꝝ spirituū ordines occurrerūt eidē
decēter et seriatim per acies suas. Nūꝰ ex eis non remā:
sit:qui dño suo obuiam non veniret. Et inclinātes se cū
omni reuerentia qua poterāt eum cū hymnis ⁊ canticis
ineffabilibꝰ deducebant. Quis enī posset cantus et iubi:
los q̄ ab ipsis fiebant explicare:et q̄s posset hoc gaudiū
enarrare:sed et illud gaudiū q̄s dicere posset qd̄ tā bea:
tissimi spūs q̄ꝫ sanctissimi patres habuerūt cū sibi adin:
uicē occurrerūt. Oēs iubilabāt et psallebāt:nā iuxta ꝓ:
phetam. Ascēdit deus in iubilatione qd̄ maxime refert̄
ad vocē iocūditatis redemptorū cū ipo descendentiū q̄
priꝰ voce lachrymabili clamauerunt in partibꝰ inferni:
aduenisti desiderabilis quē expectabamꝰ in tenebris: et
dñs in voce tube:qd̄ refert̄ ad sonū p̄dicationis aposto:
loꝝ:qui tunc fuit eis iniūctus dño dicēte. Eūtes in mū:
dū vniuersum p̄dicate euangeliū oī creature:et tunc enī
In oēm terrā exiuit sonus eoꝝ:tñ post spiritussancti re:
ceptionē. Cūqꝫ psallerēt tā angeli q̄ꝫ aīe beate dñs iun:
ctis manibꝰ deuote/et sursum ante pectus erectis / et nu:
becula sub pedibꝰ ascendit:et oēs beati simili modo iun:
ctis manibꝰ cū dño ascēderunt. Dño aūt ascendente qui
dā chori angelorū ipm precedebāt: quidā sequebantur:
alij a dextris:et alij a sinistris cū ipso comitabant̄ simul
et cū beatis animabꝰ. Ascēdebat vero dñs plane ⁊ moro
se ꝓpter cōsolationem matris et discipuloꝝ quousqꝫ po:
terāt videre eū. Et tūc aūt ⌊ nubes ⌋ lucida et cādida ⌊ su:
scipit eū ab oculis eorū ⌋ carnalibus: q̄ꝛ claritate nubis
circūdatus:vlterius nō est visus vt qui xp̄m ꝫm carnem
nouerant vltra iā sic nō noscerēt. Ascēdit vsqꝫ ad nubes
ea forma quā ante passionē habuit:susceptꝰ autē a nubi:
bus ea qua in mōte apparuit. Quasi in globo baiule nu:
bis ascendit:non per modū vehiculi ⁊ quasi ad ascendē
dum egeret ministerio angeloꝝ vel nubis : q̄ꝛ sua ꝓpria
virtute ferebatur:sed per modum obstaculi vt ab oculis
mortaliū non videretur. Et vt per hoc ostenderet̄ : quia
oīs creatura parata est obsequi suo creatori : nubes enī
que subtraxit eū ab oculis insipientiū: et angeli assisten:
tes ibi ondebāt ꝙ creatura corporalis ⁊ spiritualis sub
iecta est obsequio xp̄i. Et tunc in momēto cum omnibꝰ
angelis et patribꝰ sanctis erat in patria celestis beatitu
dinis. Ascendit ergo xp̄s et per nubem celos penetrans
assumptꝰ est in celum ethereum /seu empireū non virtute
aliena:sed ꝓpria:tū ratiōe deitatis que oīa potest:tū ra:
tione humanitatis gloriose:quia corpus gloriosum obe:
dit ad nutū anime quātū ad motū localē per dotem agi
litatis que est in tali corpore. Unde nō curru: non ange:
lis sublevatus legit̄:quia qui fecerat om̄ia super omnia
sua virtute ferebatur. Enoch vero ab angelis trāslatus
est/et Helyas curru subuectus est in celū aereū:non vir
tute propria:quia homines puri erant et virtute indige:
bant aliena:et q̄ꝛ eorū corpora nondum sunt glorificata
Stabāt autē mater et discipuli/et magdalena/et alij in:
tuentes in celū eūtem illum q̄ꝫdiu apparebat oculis eo:
rū. vñ Ambro. Stabant beati apostoli toto suspensi cor
pore/⁊ ascendentē ad celū dñm:q̄ꝛ incessu non poterant
oculis sequebant̄. Et licet ad deducēdū saluatorē visio
humana defecerit:fidei tamen deuotio nō deficit. Usqꝫ
ad nubē enī deducūt christū oculis vsqꝫ ad celos autem
cum christo fidei deuotione comitant̄. vñ ait Apostolus
sciēs fidē nostrā in celis esse cū dño. Nostra aūt cōuersa — Phil.iij.
tio in celis est. Hec Ambro. O quid erat videre dñm sic
gloriose ascendentē. Et si quis potuisset audire et vide:
re illos beatissimos spiritꝰ/et animas sanctas cū eo pa:
riter incedentes forte pre gaudio anima illiꝰ a corpore
separata fuisset/et cū eis pariter ascendisset. ⌊ Cūqꝫ ⌋ iam
dñs subtractus esset ab oculis et conspectu eorū:adhuc
tamen suspensis vultibus ⌊ intuebant̄ i celū ⌋ Propterea
⌊ duo ⌋ angeli in forma virorū ⌊ steterunt iuxta illos in ve
stibus albis ⌋ vt gratulatio mōstraretur ex ipsis idamē:
tis ⌊ et dixerūt eis. Uiri galilei q̄d statis hic aspicientes
in celum ⌋ Galilea apostolorū patria fuit. vnde et viri ga
lilei dicuntur:ac si dicerent. Statis hic et in celum aspi:
citis:quasi obliti quid facere debeatis. Redite in ciuita
tem et expectate ꝓmissionē patris: sicut dictū est vobis.
Recedite nec expectate iesum vt modo redeat : sed in fi:
ne temporum ⌊ sic veniet quēadmodum vidistis eū euntē
in celū ⌋ Id est sicut baiulis nubibus vidistis eum in ce:
lū ascendentē : sic baiulis nubibus videbitis eum in ae:
re ad iudiciū descendentē:et ⌊ quēadmodū vidistis eum
ascendentē in celū ⌋ in forma humana:cui competit vide
ri oculis corporibꝰ / et moueri de loco ad locum ⌊ ita ve:
niet ⌋ in eadē forma et carnis substantia ad iudiciū: quia
sicut fuit iudicatus in forma humana:sic veniet ad iudi:
candū mundū: verūtamen iudicatꝰ fuit in forma huma:
na passibili:ascendit autem in celū / et veniet ad iudiciū
in forma humana/gloriosa/ et impassibili. vñ Aug. Sic — Ventur'ē in forma humana.
veniet quēadmodū vidistis eū euntē in celū.i.in forma
humana i qua iudicatus est / iudicabit: vt etiā illud pro:
pheticū impleatur. Uidebunt in quem pupugerunt. Et — Zach.xij.
iterum. Itaqꝫ si rediturū eū credimꝰ: nos expectare de:
bemus ne sic nos cōprehendat aduētus illius:non suspi
cantes:sicut cōprehendit nunc castigatio delinquentes
coertio nāqꝫ presentium imaginē habet in se futurorum
Cauendum est ergo ne si in presenti verbere non corrigi
mur: futura seueritate dānemur. hec Augu. Considera
hic:quomodo dñs iesus de suis sollicitus fuit. Nā stati
cū euanuit ab oculis eoꝝ/misit angelos suos:tum vt me
stos de absentia dñi cōsolarent̄ et cōfortarent:tum vt eū
vere ascendisse in celū:scꝫ in regionem angelorū demon
strarent:nō sicut Enoch ⁊ Helyas q̄ translati sunt i pa:
radisum terrestrē:qui licet eminēs sit:tum tantū pertin:
git sublunarē regionē:tum ne diutius ibi morarent̄ ⁊ ni
miū ibi stantes fatigarentur:sed potius recedentes pro
missum patris expectarent. Angelis itaqꝫ disparentibꝰ
ipsi in loco vbi steterunt nouissime pedes eius : adoran:
tes xp̄m:scꝫ deū et hominē vt deo personaliter vnitū ⌊ re:
uersi sunt a monte qui vocatur oliueti ⌋ propter copiam
oliuarum ⌊ sabbati habens iter ⌋.i.itinere sabbati: scꝫ spa
cio miliarij distans ab hierusalē:quia non ampliori spa
cio licebat iudeis progredi in sabbato de villa vel ciuita
te in qua erāt:sed circa per mille passus deambulare po:
terant. Uetus editio habet a monte trium luminū. Sic
autem dictus est mons oliueti:quia de nocte ex parte oc
cidētis illuminabatur igne templi:vbi erat ignis iugis
in altari:mane a parte oriētis primo excipiebat radios
solis anteq̄ꝫ illustrarēt ciuitatē:habebat etiā copiā olei
quod est luminis fomētū. ⌊ Et regressi sunt in hierusalē — Leticia discipulorum.
cū gaudio magno ⌋ quia omnia mysteria erant impleta i
christo:letantes de dei et dñi sui glorificatione:quē post
triūphū resurrectionis etiā celos cognouerāt penetras
se:de humani generis cōpleta redemptione:de restaura
tione ruine angelorū:et de deiectione demonū:de confu
sione iudeorum infideliū: de spiritussancti promissione:
de humane nature exaltatiōe: de certa spe generalis re:

surrectiōis et ascensionis future. ex quo enī caput resur-
rexerat et ascenderat: idem et de mēbris ꝓ certo sperare
poterant. Hanc autē vltimā ꝓcessionē discipulorū post
iesum: qui vnanimiter sunt egressi / ꝛ postea vnanimiter
sunt regressi: representat ecclesia dñicis dieb⁹ egredien-
do de ecclīa: et redeūdo ad eā quasi de hierusalē rediēs
in hierusalē. Unde in eo ꝙ de ecclesia egredimur crucē
dñi preferēdo / representam⁹ ꝙ illi egressi sunt pre eunte
crucifixo. in eo aūt ꝙ cū cruce dñi redimus / licet illi sine
crucifixo redierint representamus qḋ ait. vobiscū sum
vsqꝫ ad cōsummationē seculi: qꝛ licet nō redierit crucifi
xus cum eis ꝑsentia corporali: rediit tñ cū eis presentia
spūali. In primatiua autē ecclesia huiusmodi represen-
tatio fiebat quinta feria ꝙ tūc solēnis erat ꝓveneratione
ascensionis sicut prima feria: scꝫ dies dñica ꝓ reuerētia
resurrectionis. Sed quia superuenerūt festa sanctorū: et
celebrare tot festa erat quasi onerosum: idō solēnitas qui
te ferie est sublata / et processio ad dñicā translata. De lo
co autē ascēsionis dicit Sulpiti⁹ eps hierosolimitanus
ꝙ cū ibi postea edificata esset ecclīa: locus ille in quo ste
terunt christi ascendentis vestigia nūqꝫ potuit sterni pa
uimento postmodum: immo resiliebant marmora in ora
collocantiū. Calcati etiam a dño pulueris hoc dicit esse
documentū / ꝙ vestigia īpressa cernuntur ibidē: ꝛ eandē
adhuc speciē velut impressis vestigijs terra custodit. Et
(vt ait Beda.) Cum terra eadem a credentib⁹ quotidie
minuat: tamē eadē vestigia pristinū statū cōtinuo reci-
piunt. Nec summū ecclesie cacumē propter dñici corpo
ris meatū contegi potuit: sed a terra transitus xpi vsqꝫ
ad celum patet. Adhuc est ibi ecclīa in qua solebant esse
nigri monachi cum abbate: et est ibi sancte egyptiace se-
pulchrū / ꝛ loc⁹ vbi apostoli ꝯposuerūt simbolū. Tūc de
scenderunt apostoli cū matre dñi / et alijs mulierib⁹ ac
discipulis in cenaculū montis syon / et ibi morabantur
expectantes ꝓmissionē prout a dño erat eis mandatū:
ibi est locus vbi beat⁹ Matthias inter ascensionē et pē-
thecosten fuit loco iude ī apostolū electus [Et erāt oēs
vnanimiter in oratione pseuerantes] et assidue debitis
horis sine intermissione orantes: et per orationē ad rece-
ptionē spiritussancti se ꝑparantes quotidie vt ꝓmissum
mererentur accipere. Et qꝛuis dictū sit ꝙ erant perseue-
rantes in oratiōe: et nō sit additū in ieiunio / quidā tamē
a festo ascensionis vsqꝫ ad penthecosten ieiunāt exēplo
apostolorū quos aiunt ieiunasse in spacio illo: qꝛ dictū
est in euangelio. Uenient dies in quib⁹ auferetur sponsus
ab eis. Et tūc ieiunabūt. Orabant ergo et ieiunabāt: qꝛ
xps sponsus ab eis ablat⁹ carne recessit [Et erāt semp]
id est cōmuniter vel frequenter [in templo] qḋ est locus
orationis [laudātes] deum de beneficijs suis [et benedi-
centes] .i. magnificātes de promissis diuinis: et orantes
deuote ꝓ recipiēdis spiritussancti donis: vel laudantes
[deū] de ꝓpria sua bonitate in se / ac ꝓ dñi sui glorifica-
tione et ascensione [et benedicentes] id est gratias agen
tes de bonorū suorū cōmunicatione / ac ꝓ spiritussancti
ꝓmissione: et eorū per angelos facta consolatione. Non
aliquo mundano distrahunt: sed oībus cōtemptis iugi-
ter diuinis laudibus insistūt: vt in loco orationis ꝛ inter
laudum deuotiones ꝓmissum sancti spiritus aduentum
promptis et paratis per oīa cordib⁹ expectēt. Uicissim
quidem habitabant modo ī templo ad orationē: modo
in cenaculo ad quietē. Uñ hoc aduerbiū semp dicit ibi
frequentiā et oportunitatē nō more suo durationē conti
nuā. Quos nos imitātes in sacra vita semper denegam⁹
laudātes deū et bñdicentes. Sic enī et nos quotidiana
illius merebimur benedictiōe sublimari si quotidie triū
phalis illius in celum ascensionis memores: laudantes
et benedicentes deum in hierusalem. id est superne pa-
cis. sperata ac desiderata visione quiescimus / et orantes
vt dona ipsius recipere possimus: similes hominibus ex
pectantibus dominum suum quando reuertatur a nu-
ptijs. vnde Beda. Et semper et in loco hoc maxime fra
tres charissimi meminisse nos decet sermōis dñi quo di
scipulos glorificans. Beati (inquit) oculi qui vident ꝙ
vos videtis. quis etenim dicere: quis digne valeat cogi
tare: qꝫ beata compunctione oculos ad terram deflexe-
runt: quibus ipsum quem adorabant celi regem deuicta
mortalitate quam assumpserat ad paterne claritatis so-
lium iam redire conspexerant. O dulces lachrymas /
quanta spe et leticia feruentes pro īgressu celestis patrie
fuderūt: quo deum ac dominū suum partem sue nature
iam ferre cernebant. Merito ergo tali spectaculo refecti
postqꝫ adorauerant vbi steterunt pedes eius. postqꝫ ve-
stigia que nouissime fixit lachrymis rigauere profusis:
confestim redire hierosolymam vbi aduentū sancti spi-
ritus expectare sunt iussi. Et vt digni celestib⁹ promissis
existerent: erant semper in templo laudātes et benedicē
tes deum: scientes certissime qꝛ illa solūmodo corda spi
ritussancti inuisere et inhabitare dignat que locum ora-
tionis frequentantia: que laudi et benedictioni diuine vi
derit esse dedita. Unde et in actib⁹ eorū legitur de ipsis.
[Hi omes erant vnanimiter perseuerantes in oratione]
Hō nobis est testimoniū operis apostolici solerter imi-
tandū: videlicet vt qui celestia ꝓmissa habem⁹: qui pro
his accipiendis sedulo supplicare precipimur: et omes
ad orandum conueniamus / et in oratione persistamus:
ꝛ vnanimi dñm deuotione predicemur. Nec dubitandū
est ꝙ si nobis orātibus pius conditor auditum accōmo-
dare / et spiritus sui gratiam nostris quoqꝫ cordibus in-
fundere dignabitur: ꝙ nostros quoqꝫ beatos faciet ocu-
los: et si non vt apostolorū qui cōmorantē in mūdo dñm
qui docentē / et miracula facientē: qui post triūphū mor
tis resurrexisse: atqꝫ ad celos redeūtē videre meruerunt:
certe vt eorū de quib⁹ thome apostolo dicit. Quia vidi
sti me credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt.
Cunctis etenī credentibus / siue illis qui incarnationis
eius tempora nascendo precesserunt: siue his qui in car-
ne eum viderunt: siue nobis qui post eius ascensionē cre-
dimus ꝯmunis est eius hylarissima promissio qua dicit.
Beati mundo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Hec beda.
Dñs ergo iesus cū vniuersa predicta felici multitudine
aperiēs ianuas paradisi / vsqꝫ tunc humano generi clau
sas intrauit triumphaliter et gaudenter in eas. Ascēdit
autē ī celū emphireū super omes alios celos: imo super
oēm spiritū beatū / et oēm creaturā: et supra id quod no
minat in hoc seculo / vel ī futuro. Et nota ꝙ triplex esse
celū insinuat apostolus: vbi fatet se raptū vsqꝫ ad tertiū
celū. Inter quos celos fm Aug. ꝑmū ē corporale / sole /
luna / et stellis ornatū. Secundū est spirituale spiritibus
angelicis deputatū. Tertium est superintellectuale soli
diuinitati appropriatū. Ad hoc tertiū rapt⁹ fuit Pau-
lus: qꝛ nō ad visionē corporū celestium / nec ad cognitio
nem celestiū spirituū: sed ad contēplationē nudā diuie
essentie raptus fuit. fm Augu. et in hoc celum ascendit
xps [Et sedet a dextris dei] nō ꝙ sessio dei intelligatur
corporaliter: vt christus homo sedeat a dextris / ꝛ pater
a sinistris: sed dicit sedere ꝓpter iudiciariā potestatem
quā a patre accepit: quia sedere iudicātis est. ¶ Sedere
autem a dextris si referatur ad xpm ratione deitatis: sic
ista sessio importat equalitatē cū patre: quia conregnat
patri in equalitate maiestatis fm deitatē: fm quā filius
est patri equalis. Si autē referatur ad xpm ratione hu-
manitatis. hoc potest esse dupliciter. Unomodo inquan
tum est vnita actualiter ipsi deo: et sic ista sessio importat
quādam sociationem honoris: quia eadem veneratione
veneratur humanitas inquantum vnita verbo cum ipsa
deitate: sicut vestis regia cum ipso rege qñ est ea actuali-
ter indutus: ꝛ sic xpm in dextera dei patris sedere est hu
manitatem ī gloria diuinitatis requiescere. Alio modo
fm se: et sic sedere a dextris patris designat esse in potio
rib⁹ eius bonis: sicut dextera est pars nobilior / et potior
corporis. Merito christus dicitur sedere ad dexteram
dei: sedere quidem quia laborauit. Ad dexteram autem /
quia in sinistra aduersitatis diu fuit. Dei vero dicitur:
qꝛ post abiectionē merito gloria sequit. Dicitur ergo se-
dere: quia equalis est patri in potestate iudicandi. Dicit
et stare qui suos iuuat in militia presenti nos credimus
xpm a dextris patris sedentē / quia credim⁹ cum regnā-
tem: et quiescentē que notantur per sessionem. Stepha-
nus autem vidit eum a dextris dei stantem: quia in tri-
bulatione positus habuit eum propugnatorem et susce-
ptorem. que notantur per stationem. Sicut enim sedere
quiescentis est et iudicantis: ita stare pugnantis et ad-
iuuantis. Sedens ergo ad dexteram patris iugiter vul-
tui benignissimi patris apparet: et vulnerum que pro no
bis pertulit cicatrices ostendit / ad interpellandum pro
nobis. Omnes vero sancti patres: et beatissimi spiritus

Processio discipulorum.

Processio ecclesie feria .v.

Vestigia vnde xps ascēderat

Orōes et laudes discipulorū.

Luc. xij.

Actuū .j.

Matt. v.

Ascendit ad celum empireū.

Actu. vij.

Exo.xv. iubilabāt corā deo laudes. Si enī moyses et filij israel post trāsitū maris rubri cecinerūt carmē dño: et maria ꝓphetissa soror eius: et relique mulieres eam sequentes canebāt dño in tympanis et choris: quāto magis modo omēs hoc faciunt oībus aduersitatibꝰ superatis. Omēs igit ibi cōstituti psallūt / oēs cantāt / omes exultant / oēs letantur / oēs gaudent / omēs iubilāt / oēs manibus plaudunt / omnes tripudiāt / omnes iocundantur. Vere nūc in superna hierusalem auditur cāticū leticie: et per omēs vicos eius ab vniuersis dicit alleluya. Nunq̄ ab origine mūdi tale festū: et tam solenne pascha celebratū est in patria: neq̄ vnq̄ erit / nisi forte post diē iudicij cū omēs ibi cum corporibus gloriosis presentabimur electi. Magnū itaq̄ et solenne est hoc festū. Nam quicq̄d deus vsq̄ modo fecit: fecit vt ad hūc diem pueniret. Celū et terra: et omia que in eis sunt facta sunt ꝓpter hominē. hō autē ꝓpter gloriā celestem habendā: ad quā vsq̄ nūc pertingere post peccatū nō poterat quantūcunq̄ iustus esset. Quia ergo omia cōpleta sunt in ascensione / magnificus valde est dies iste. Hodiernus quippe dies proprie est festum solēnissimum dñi iesu: q2 hodie incepit sedere ad dexterā patris / et requiē capere a labore sue peregrinationis. Est etiā ꝓprie festū oīm supernorū spiritū: quia de dño suo quē ante ibi in humanitatis forma non viderant nouū suscipiunt gaudiū: et q2 hodie primo incipiūt restaurari ruine ipsorū: in tanta multitudine beatorū: et cognoscunt numerum suū per peccatū diminutum: per dñm iesum reintegrandū. Si ergo gaudiū est in celo coram angelis dei super vno peccatore penitentiam agente: quale putamus gaudiū eorū fuisse quando tot milia animarū sanctarū ad suum viderūt consortium trāsire? Etiā proprie est festū patriarcharū: ꝓphetarū: et aliarū animarū sanctarū: quia ad supernā patriā hodie primitus intrauerunt. Si ergo festum facimus de aliquo sancto ad celos migrante: quanto magis de tot milibus: et quanto magis de sancto sanctorū? Est etiam festū domine nostre: que filiū suū vnigenitum in ea carne quam de se assumptā nouerat totam oculis suis gloriose sic vidit tanq̄ deū verū sup excelsa conscendere: et oēs celos dominandi iure penetrare / ac in dei patris cōsessum ascendendo pertingere. Est etiā nihilominꝰ ꝓprie festū nrm: quia humana natura hodie super celos est exaltata: et homo perditus ad regna celestia / et ad societatem angelorū per dñm iesum est reuocatꝰ. Ipse enī dei filius qui exiuit a patre: nō per loci mutationē: sed p eternā generationē / et personalē distinctionē hodie reliquit mundū quātū ad presentiā corporalē: et iuit ad patrē faciendo naturam mortalē paterne glorie cōsortem. Igitur valde solēnis est dies iste: et aīa que dñm iesum bene diligeret merito hodie exultaret. Si diligeretis me iquit gauderetis vtiq̄: quia vado ad patrem. vnde Leo papa. dicit quidam dñs iesus discipulis suis. Si diligeretis me

Joh.xiiij. gauderetis vtiq̄: quia vado ad patrem. Vobis eni hec prestatur ascensio: et super oēs celos ad patris dexterā collocanda vestra in me humilitas eleuatur. Vniui enī vos mihi / et factus sum filius hoīs: vt vos filij dei esse possitis. Quia igitur xp̄i ascensio nostra prouectio est: et quo processit gloria capitis / eo spes vocatur et corporis: dignis dilectissimi exultemus gaudijs / et pia gratiarū actione letemur. Hodie enim non solū paradisi possessores firmati sumus: sed etiā celorum in xp̄o superna penetrauimus: ampliora adepti per ineffabilē xp̄i gratiam quā per dyaboli amiseramꝰ inuidiā. Nā quos virulētꝰ inimicꝰ primi habitaculi felicitati deiecit: eos ibi cōcorporatos dei filius ad patris dexterā collocauit. vnde et

Cor nrm ascendat cum xp̄o. Augu. Hodie sicut audistis fratres dñs iesus christus ascendit in celum: ascendat cū illo et cor nostrum. Sicut enim ille ascendit nec recessit a nobis: sic et nos cum illo iam sumus q̄uis nondū in corpore nostro iā factū sit qđ promittitur nobis. Cum ascendit in celum nos ab illo non separamur. Non nobis inuidet celū: sed quodāmodo clamat mea membra estote si ascendere vultis in celum. In hoc ergo omnes interim roboremur: in hoc votis oībꝰ estuemus: in hoc meditemur in terris q̄ computemur in celis. Nunc exuturi carnē mortalitatis: nunc exuamur anime vetustate. Facile corpus leuabitur in alta celorum / si non premat spiritum sarcina peccatorum. Et iterū. Quia vero temporali christi presentia viduati sumus: ad eternā eius visionem tota intentione festinemus / eiq̄ dicamus. Tibi dixit cor meū / quesiui vultum Ps.xxvi tuū: vultū tuū dñe requirā: tota nāq̄ dispensatio humanitatis christi nihil aliud fecit nisi vt intentionē nostrā ad superna dirigeret: et ex tempore nostre mortalitatis ad manifestā visionē sui perduceret / ac perductos eterna vultus sui gloria satiaret. Et iterū hec quippe solennitatis huius est ratio. vt christum ad dexteram patris iam regnare credamus: et interim eū quasi gēmis virtutum alis charitatis scilicet et spei subsequamur: vt cum tradiderit regnū deo patri sine fine cū eo regnemꝰ: ascēdamus cū christo interim corde: vt cum dies promissus aduenerit sequamur et corpore. Hec Augu. vnde etiam Grego. Vnde fratres charissimi oportet vt illuc sequamur corde / vbi eum corpore ascendisse credimus: desideria terrena fugiamus / nihil iam nos delectet in infimis qui patrem habemus in celis: et si adhuc hic tenemur in infirmitate corporis: sequamur tamen eū passibus amoris: nō autem deserit desiderium nostrum ipse qui dedit iesus xp̄s dñs noster. Hec Greg. Ascendit ergo christꝰ Genesis vt corporali presentia subtracta ꝓuocet affectū mundi: xxviij. et toto corde eum desideremꝰ. Et ideo que sursum sunt queramꝰ quo ad vim intellectiuā / que sursum sunt sapiamus quo ad vim affectiuam. Sic ascendit corde miles quidā qui in partibus vltramarinis oīa loca in quibus saluator noster fuerat sollicite cū lachrymis visitauit: et dum oīa sancta loca deuote ꝓquisiuisset / vltimo venit in montē oliueti vnde dñs ascendit: vbi post longā orationē cū lachrymis dixit. Ecce dñe vbiq̄ quesiui te dilectū: vnde dū venerim ad locū vbi celos ascendisti: nescio vbi amplius te requirā: iube ergo spiritū meū suscipi: vt ad dexteram patris videā te residentē in gloria: et his dictis spiritum suum sine dolore reddidit. sic et nos dñm per singula sua opera / et virtutum exercitia queramus vt tandē ad eū ascendere valeamus. Ascensio domini olim in scala iacob prefigurata fuit / que vna extremitate terram et alia celum tangebat: et angeli per eam descendebāt / et ascendebant. sic christus de celo descendit et reascendit quando celestia / et terrestria reuenire voluit: oportebat enī q̄ mediator dei et hominum deꝰ et hō esset: quia aliter pacē inter deū et hoīem reformare non posset. deus enī altissimus est / et homo infimus erat. et ideo xp̄s inter celum et terrā scalā faciebat: descendunt autē angeli per illā nobis gratiā apportando / et reascēdunt animas nostras in celum reportando. hanc etiam ascēsionē christus prenotauit / quando parabolā de vna oue ex centum perdita et inuenta predicauit. Quis vna perdita est quādo hō mandatū dei trāsgressus est. deus autē nonagintanouē. i. nouē choros angelorū in celo dimisit: et veniēs in hunc mundū hoīem pditū per. xxxiij. annos q̄siuit: et intantū se fatigauit / q̄ de toto corpe suo sudor sanguinis emanauit. Inuentā aūt ouē sup humeros posuit: et portauit quādo crucē pro peccatis nostris ꝓprijs humeris baiulauit. amicos ad congratulandum sibi inuitauit / quando cum homine ascēdit: et omnē celi curiam letificauit. Hec etiam ascensio domini olim fuit in translatione helye prefigurata. Helyas legem dei in iiij. Re.ij. iudea predicauit: et transgressores legis audacter increpauit / ꝓpter qđ magnā sustinuit a iudeis persecutionē: sed apud deum meruit in paradisum trāslationem. Ita Phili.ij. christus in iudea viam veritatis docuit: et propter hoc a iudeis multas persecutiones sustinnit: sed deus illum super omnes celos exaltauit: et nomē quod est super omne nomen illi dedit. Oportebat enī pati xp̄m / et ita intrare in gloriam suam: et multo magis oportet nos tolerare propter vitam eternam. Oratio.

O Jesu corona celsior / qui resurgens a mortuis ad patris ascendisti dexterā: trahe ad te mentem meam / vt te solū ardenter desiderē et inquirā. Da queso toto desiderio meo et studio tendere quo te credo ascendisse: vt in presenti quidē miseria solo tenear corpore: tecum autē sim cogitatione et auiditate / vt ibi sit cor meum vbi tu sis thesaurus meus desiderabilis et amabilis. Trahe me post te: vt per tuā gratiā de virtute in virtutē ascendens te deum deorum videre merear in syon. Amen.

¶ De scripture euangelice: ac fidei fine et vtilitate. Capitulum.lxxxiij.

Job. xxj.

Sunt et multa alia signa et facta in multitudine incomprehensibili existētia preterea q̄ ab euangelistis sūt scripta [q̄ fecit iesus] ī terra/ ī se, et in alijs tā actib⁹ cordis/ q̄z oris ⁊ operis ante suā resurrectionē: et post eādem [que] pre multitudine sua [nō sunt scripta. Que si scribantur per singula] quo ad facta particularia et cōditiones virtutēq̄z eoꝝ [nec ipm arbitror mundū] .i. hoīes hui⁹ mūdi [capere posse libros qui essent scribendi] Nō enī spacio locoꝝ credendū est mundū capere non posse: qꝛ in eo scribi non possent: si scripta non ferret: sed capacitate intellectus legentiū et audientiū: et quo ad incredulitatem infideliū/ et q̄ ad mysteria et sensum comprehendi fortasse non possent.

Dicta et facta xp̄i scribi neq̄unt ad plenū nec a nobis intelligi.

Facta enī ⁊ ꝟba xp̄i nō sunt hominis tm̄: sʒ et dei: qꝛ illa humanitas erat organū diuinitatis: et ideo non possunt ad plenum ab hoībus explicari: vel etiā cōprehendi: quod patet ex hoc q᷑ a principio ecclesie ceperunt sancti et doctores libros scribere ad explicationē verborū et factorū xp̄i: et adhuc ad plenū nō sunt elucidata: imo si mūd⁹ duraret ꝑ mille milia annoꝝ: et semꝑ libri scriberentur nunq̄z ad plenū elucidarentur: qꝛ sicut dictū est: facta sunt et dicta dei que sunt nobis incomprehensibilia ꝑpter eoꝝ excellentiā respectu intellectus nr̄i: et ideo debemus subiugare/ et captiuare ītellectū nostrū in obsequiū xp̄i/ vt ei assentientes per fidē que est in enigmate tādē veniam⁹ ad cōtēplādū facie ad faciē. vn̄ ꝓm Chryso. Nec iohannes/ nec alij euangeliste oīa dixerunt: sed que erant sufficientia attrahere ad fidem audientes. Qm̄ q̄ non credit his q̄ dicta sunt neq̄z pluribus attendet: qui ꝟo hec suscipit nulla indigebit alia in fide ratione. Qm̄ enī cōscripsert q̄ztū ad fidē credentiū sufficere posse cognouerunt: et iō pauca de plurib⁹ elegerunt vt facilius intelligantur: diligenti⁹ querant̄: fide credant̄: ⁊ memorie tradant̄. vnde Aug. Cū multa fecisset dn̄s iesus nō omnia scripta sunt: electa sunt aūt que scriberent̄ que saluti credentiū sufficere videbantur. hec Augu. Materia quidem euangelij et oīm euangelistarū est eadem. s. sancte trinitatis mysteriū: xp̄s ꝓm diuinā et humanā naturā dicta ⁊ facta eius aliorūq̄z dicta et facta ad ipm: oēs enim agunt de istis ⁊ materia istoꝝ. Intētio vero et finis oīm est per xp̄i gesta et doctrinā/ fidē de eo astruere qđ ex fine libri iohannis perpenditur vbi dr̄. Hec aūt scripta sunt vt credatis. s. fide formata charitate: qꝛ iesus est xp̄s filius dei. s. naturalis in potentia sibi equalis: et per consequens idē ī deitate: qꝛ natura diuina est diuisibilis. Credatis inq̄z corde ad iusticiā/ et ore cōfiteamini ad salutem: opere ostēdentes ad fructū vite: qꝛ fides sine operib⁹ mortua est. Ecce scripture vtilitas. s. effectus fidei: ad hoc enī ordinat̄ tota scriptura noui et veteris testamenti. Quam autē vtilitatem ex hac credulitate consequamur: manifestatur cū subiungit̄. Et vt credentes vitā. s. eternā: in qua clare videbis qđ nūc credit̄ habeatis nūc in spe/ ⁊ in futuro ī re vel vt credentes vitam habeatis: hic vitam iusticie que habetur per fidem: iustus enim ex fide viuit: et in futuro vitā spei que habet̄ per gloriam: et hoc in noīe eius. i. per fidē noīs xp̄i: qꝛ nō est aliud nomē sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri: virtute ergo nominis xp̄i et saluatoris habet̄ vita eterna. vn̄ Johannes Hec ē vita eterna: vt cognoscāt te verū deū/ ⁊ quem misisti iesum xp̄m. ¶ Finis itaq̄z. i. finalis causa euangelij est sane credere: perfecte diligere: sacramentis insigniri: et horū trium finalis causa est vita eterna. Ad hec quippe adipiscenda fuit intentio scribere / et predicare euangelia.

Veteris testamēti intentio.

Veteris quidem testamenti intentio est nouum figuris et enigmatibus demonstrare: euangelij aūt ad eterne beatitudinis gloriā mētes humanas accēdere. ¶ Fides ergo catholica. i. vniuersalis omīb⁹ est necessaria ad vitā/ et salutem eternā. Fidei succedit spes/ et spei succedit beatitudo: charitas autem etiam fide ⁊ spe decedentibus permanet et augebitur: et ideo maior his esse dicit̄ Que vero credenda sunt ex symbolo haberi possūt. Est enī symbolū cōpendiosa collectio oīm ad salutē spectātium.

Symbola tria.

Sūt aūt tria symbola. Primū apostolorū. Secūdū niceni consilij. Tertium athanasij. Primū factū est ad fidei instructionē. Secūdū ad fidei explanationem. Tertium ad fidei defensionem. De primo ergo in quo ē fidei fundamentum hic videamus solum: quia hoc magis est ad propositum. Ubi sciendum q᷑ si respectus habeatur ad eos qui ediderunt hoc symbolū tunc articuli sunt duodecim ꝓm numerū duodeci aploꝝ. ¶ Si aūt cōsideremus q̄ radicaliter sunt credenda: tūc articuli sunt quattuordeci quorū septē spectāt ad diuinitatē: ⁊ septē ad humanitatē: et hec signata sunt in septē stellis/ et ī septem candelabris aureis: in quorū medio ambulabat filius hominis.

Articuloꝝ fidei numerus.

Sunt igitur septem articuli fidei qui ꝑtinēt ad diuinitatem. ¶ Prim⁹ est vnum deū esse q̄ notat̄ ibi. Credo in vnū deū. Credere deū est credere deū esse: scʒ qꝛ est: credere deo est credere verbis ei⁹/ et sacris scripturis: credere in deū est credendo deum fide et affectione: seu fide per dilectionem operante in ipsum tendere ⁊ ire: ac membris ei⁹ īcorporari. ¶ Secūd⁹ est patrē esse deum qui notat̄ ibi. patrem: qđ hic personaliter tenetur: pater vero essentialiter tenetur: vbi agit̄ de paternitate adoptionis qua paternitate ipsa trinitas pater est bonorum: vel creationis qua paternitate tota trinitas pater est: tam bonorum q̄z malorū/ omnipotētem appropriate q̄zuis et filius sit omnipotens et spiritus sanctus: qꝛ potētia appropriate attribuitur patri: sicut sapientia filio/ et bonitas spiritui sancto. Creatorem celi et terre: vbi ꝑ celum et terram intelligitur tam spiritualis q̄z corporalis creatura. Creare quippe seu creatorem esse potius sonat potentiam q̄z sapientiam/ vel bonitatem: quia operatio egredit̄ a potentia: et ideo appropriate attribuitur creare hic patri sicut potentia: cū tamē creat omnia pater per filiū cooperante spiritu sctō: qꝛ indiuisa sunt opa trinitatis: et tote tres persone vn⁹ sunt creator. ¶ Terti⁹ est filiū esse deū q̄ notat̄ ibi: et ī iesum xp̄m: que duo noīa frequenter coniunguntur in nouo testamento: qꝛ vnum scʒ iesus qđ interpretat̄ saluator exprimit eius diuinitatem: nam inq̄ztum deus saluator est: reliquū scʒ xp̄us qđ interpretatur vnct⁹ exprimit ei⁹ humanitatē: qꝛ inq̄ztum hō vnctus est pre consortibus suis: filium eius vnicum. i. naturalē non adoptiuum. vel vnicum dicit quia non est fili⁹ vn⁹ inq̄ztum de⁹: et alius inq̄ztum hō: sed vnus xp̄us in duabus naturis. s. deitate ⁊ humanitate: et tribus substantijs. s. deitate/ anima/ et carne vnicus est filius. dominū nostrū: sicut enī pater dn̄s est omniū ⁊ omnipotens/ ita et fili⁹: qđ intelligat̄ ꝓm deitatem: qꝛ q̄zuis humanitati christi collata sit oīm scientia: nō tamē omnipotentia.

Articloꝝ vij. ad diuinitatem spectātiū.

Paternitas est multiplex.

¶ Quartus est spiritum sanctum eē deū qui notatur ibi credo in spiritum sctm̄: et circūloquitur hec vox spirit⁹ sanctus qn̄ tenet̄ dictionaliter tertiā personā in trinitate: qn̄ aūt in vi orationis tenet̄ essentialiter sumit̄ et conuenit trinitati. Sic ergo ptʒ q᷑ predicti quattuor articuli sunt de diuine essentie vnitate/ et personarum trinitate ¶ Quintus est credere: remissionem peccatorū his qui sunt in ecclesia q̄ notatur ibi. Sanctā ecclesiā catholicā sanctorū cōmunionē. i. credo sanctā ecclesiā catholicā/ siue militantē/ siue triumphantē eē ꝯmunionē. i. congregationē: vel societatē sanctoꝝ. Vel sic. credo sanctam ecclesiā adhuc ī terris militantē: ⁊ credo sanctorum cōmunionē. i. associationē in celo. s. esse ecclesiā triumphātem: quasi diceret credo vtramq̄z ecclesiā. Est autē sancta ecclesia in tres diuisa: vna est in mundo que est adhuc in timore et expectatione: alia est in celo que est sine timore ⁊ expectatione: tertia est in purgatorio q̄ medio mō se habet; qꝛ est in expectatione cū adhuc gloriā presentē non habeāt: et tn̄ sine timore: qꝛ habēt liberū arbitrium ī bono confirmatum: Catholicon grece latine sonat vniuersale. Et dr̄ vniuersalis duabus de causis: scʒ qꝛ vniuersaliter ꝑdicata ꝑ quattuor partes terre: et qꝛ articulos habet veros vniuersaliter quib⁹ nullū falsum pōt subeē. Remissionē peccatoꝝ. i. credo remissionē peccatorū fieri. s. ꝑ deū in baptismo triplici. s. fluminis/ et flaminis/ et sanguinis: siue post baptismū in penitentia. ¶ Sext⁹ est credere resurrectionē mortuorū: qui notat̄ ibi: carnis resurrectionē. In qua resurrectione credendū est idē corpus qđ per mortē cecidit ad eundē spiritū. i. ad eādem animā rediturū. ¶ Septim⁹ est bonorum remuneratio sub quo cōprehendit̄, ⁊ malorū punitio qui notat̄ ibi: vitā eternā. q. d. Credo vitā eternā premiū bonorū: et mortē eternam supplicium maloꝝ. Et isti tres vltimi articuli ad diuinitatem pertinent: qꝛ per virtutem diuinitatis

Ecclesie sancte diuisio.

fit peccatorum remissio: que est anime viuificatio/et cor
poꝝ resurrectio/atq; corporum simul ꝛ aie glorificatio.

Articli. vij. ad humanitatẽ xpi spectãtes.

¶Alij septem sunt articuli qui pertinent ad humanitatẽ
xpi. Prim⁹ est credere filium dei cõceptũ de spũ sancto
q̃ notatur ibi. qui conceptus est de spũ sancto. i. operatio
ne spũs sancti. Uno eni eodẽq; momẽto segregata fuit
illa caro assumpta a reliqua carne virginis opatiõe spi:
ritus sancti: et aiata aia rationali/et deitas vnita ei. Uñ
ly de non denotat substãtiam cause materialis: sȝ poti⁹
efficientis. Quis eni incarnatio filij sit opus totius tri
nitatis: qꝛ qđ operaꝛ vna psona operanꝛ oẽs eo q̈ sunt
indiuisa opera trinitatis: tñ ipsa gratia mediante q̃ na:
tura humana vnitur diuine est donum appropriatũ spi:
ritui sancto: quia hec gratia appropriate procedit a cha
ritate/siue a benignitate dei q̃ spũi sancto appropriatur
non eni de⁹ inq̃ʒtum potẽs/vel inq̃ʒtũ sapiẽs: sȝ inq̃ʒtum
bonus et benignus nostrã redemptionẽ operat⁹ est p in:
carnationẽ. Et tangitur hic natiuitas xpi in vtero: scȝ q̃
natus est de spũ sancto. Secũdus est. filiũ dei natum ex
maria virgine: q̃ notatur ibi. natus ex maria virgine. s.
natiuitate ex vtero. Terti⁹ est: filiũ dei p nobis mortuũ
in cruce: qui notatur ibi. passus sub pontio pylató. i. sub
potestate pylati pontij genere: crucifixus ad distiguen:
dũ passionẽ ei⁹ a passionib⁹ alioꝝ q̃ in patibulis suspen:
dunꝛ et citius moriuntur: mortuus vera morte p dissolu
lutionem aie a corpore: diuinitate tñ semper coniuncta
vtriq;: et sepultus: non tñ vt alij corruptus et incinerat⁹
Quartus filiũ dei descendisse ad inferos ſm animã: qui
notatur ibi. descendit ad inferna: descendit tñ in anima
deitate vnita: qꝛ corpus in sepulchro q̃euit deitate etiam
ei vnita. Quintus filiũ dei resurrexisse: q̃ notatur ibi. ter:
tia die resurrexit a mortuis: vt per synodochẽ pars po:
natur pro toto: vt videlicet pars illi⁹ parasceues q̃ mor:
tuus est cõputetur pro die vna: et nox seq̃ẽs cũ die sab:
bati sequentis p alia/et nox sequentis dñice cuius ma:
ne surrexit p tertia. Isti duo articuli dicũt totum quod
xps nobis meruit per mortẽ suã: hoc aũt est redemptio
in aia que ꝯpleta est per fracturã inferni in descensu ad
inferos: et redemptio in corpore q̃ cõpleta est in resurre:
ctione per gloriã corporis sui. Sextus. eundẽ ascendisse
ad patris equalitatem: qui notatur ibi. ascẽdit ad celos
scȝ inq̃ʒtum hõ/et ſm humanitatem: qꝛ vbiq; est ſm diui
nitatẽ. Sedet ad dexterã dei patris omnipotentis cõre
gnans patri in equalitate ſm deitatem: et fruens potissi
mis bonis patris ſm humanitatẽ: pacifice gloriatur et
oĩa quiete cũ patre iudicat et disponit. Septimus. filiũ
dei iudicaturum bonos et malos: qui notatur ibi. inde
vẽtur⁹ est iudicare viuos et mortuos: Inde. i. postmodũ
vel inde. i. de celis quos ascendit: venturus in die iudicij
iudicare viuos et mortuos ad litteram: quia tunc viui et
mortui reperiuntur iudicandi. Illi tamen viui morien:
tur: sed statim in momento resurgent iudicium cũ resu:
sequimur:si eā diligimus gaudebimus vtiq̧:quia vadit
ad filiū nisi forte(qd̄ absit)inuētrici gratie oīmodis in:
ueniamur ingrati: quē enī in castellū hui⁹ mūdi intran:
tē prius ipsa susceperat:ab eo suscipitur hodie sanctā in
grediēs ciuitatē. Sed cū quāto putas honore cū quāta
exultatione/cū quāta gloria? Nec in terris locus digni
or virginalis vteri: templo in quo dei filiū maria susce:
pit:nec in celis regali solio quo beatā mariā hodie fili⁹
dei sublimauit. Felix nimirū vtraq̧ susceptio.īeffabilis
vtraq̧:qꝛ vtraq̧ inexcogitabilis est. Ut quid enī hodie
ea in ecclesijs xp̄i euāgelica lectio recitatur in qua mu:
lier bñdicta in mulieribus excepisse intelligitur saluato
rē. Credo vt hec quā celebram⁹ exceptione aliquaten⁹
estimetur:īmo vt iuxta illi⁹ inestimabilē cognoscatur ⁊
ista. Quis etiā si linguis hoīm et angelorū loquaꝛ expli
Prerogatiue marie
care valeat queādmodū supueniente spū obūbrāte vir:
tute altissimi / dñs maiestatis quē nō capit vniuersitas
creature in terra virginea sese clausit viscera fact⁹homo
Sed ⁊ illud qs excogitare sufficiat q̄z gl'iosa regina mū
di hodie ꝓcesserit / et quanto deuotionis affectu tota in
eius occursum celestiū legionū ꝓdierit multitudo: quis
explicare queat/qbus ad thronū glorie cāticis sit dedu
cta:q̄z placido vultu/q̄z serena facie/ q̄z letis amplexib⁹
suscepta a filio/ et suꝑ omnē exaltata sit creaturā : cū eo
honore quo tāta mater digna fuit:cū ea gloria que tātū
decuit filiū. Felicia prorsus oscula labijs impressa lactē
tis:cui virgineo mater applaudebat in gremio. Uerum
nunquid non feliciora censebimus:que ab ore sedētis in
dextera patris hodie in beata salutatione susceperit cū
ascenderet ad thronū glorie: epithalamiū canens et di:
cens:osculetur me osculo oris sui. Christi generationē /
marie assumptionē quis enarrabit? Quantū enī gratie
in terris est adepta pre ceteris : tantū et in celis obtinet
glorie singularis. Et si oculus nō vidit/nec auris audi:
uit/⁊ in cor hoīs nō ascēdit:que preparauit deus diligē
tibus se:et qd̄ de rebus certū est diligēti pre oībus quis
loquitur. Felix plane maria ⁊ multipliciter felix:siue cū
eū excipit saluatorē: siue cum a saluatore suscipitur.hec
Ber. vñ etiā Ansel. Cū xp̄s matrē in regnū suū assume:
ret : et ei magnificētia glorie decreuisset ostēdere/cuius
precor dignitatis et honoris apparatibus intēdebat to
ta curia angeloꝝ. Quibus vocibus exultationis atq̧ sa
lutis resonabāt vniuersa tabernacula antiquorū patrū
Occursus celestium.
ipsi curie tunc nuper associatorū. Certe crediderī oēs il
lius patrie ciues festiuiori solito:et sublimioris decoris
nitore ad aduentū matris dñi sui ꝑparari: ac noua qua:
dā et ineffabili iocūditatis gratia pro tante rei expecta
Occursus christi.
tione cōiubilare. Et quid mirū. Ipse iesus deus et dñs
oīm filius ipsi⁹ castissime virginis et dñe rerū : ipse ei si:
cut vnice sue mr̄i totus festiuus occurrere volebat:ne et
aliqs de familiaribus suis se a tanti gaudij immēsitate
subtraheret. Utiq̧ moris inter hoīes esse sciꝛ vnūquēq̧
bonū suū cuiusq̧ ꝑpotentis dñi eo maiori gaudio in ad
uētu amici sui exultare quo ipm dñm suū cognoscit ad:
uētantē amicū magis amare. Cū vero de aduentu parē
tū dñi sui agiꝛ de quorū speciali dilectione nullus vlla
dubitatione teneꝛ : ille nimirū magis felicē se estimat: q̄
maiori iubilo et festiuiori occursu leticie frena relaxat.
Si ergo hec ita se habent apud hoīes qbus si qua boni:
tas est:lōge tñ supernorū ciuiū bonitati impar est contē
pletur aīo quo potest:quo gaudio/qua festiuitate quib⁹
cōcentib⁹ iubilāt oēs beatoꝝ spirituū ordines: qñ ⁊ vni
cam matrē dñi sui aduentare:et ipm dñm deū suū ei vi:
Comitiua christi.
debāt omni gl'ia sua decoratū velle occurrere. Stipat⁹
itaq̧ mille milibus:īmo innumerabiliū angelorū agmi:
nibus deus ipse huic pijssime mr̄i sue de hoc mundo mi:
grāti occurrit:eāq̧ super oēs celos exaltatā: cūcte secū
creature ꝑenni iure dominaturā in throno glorie cōuo:
cauit. O dies tāti occursus gloriosa/ et felix dies tā pre:
clare exaltationis. Beata et celebris dies tam sublimis
glorificationis festiua et oīni seculo admirabilis. Dies
enī illa nō solū te dña ineffabiliter sublimauit:sed celum
ipm qd̄ penetrasti: necnon cuncta que in eo sunt noua et
inestimabili gratia decorauit. Noua quidē gratia celū
decorauit : quia priorē gloriam eius ex presentia tua vl:
tra q̄z dici possit: aut cogitari magnificauit. Nā tu dña
illuc ascendens noua illud ac precellenti virtutū tuarū
dignitate irradias: immensaq̧ miserationū et gratiarū
luci perlustras. Eadēq̧ quoq̧ dies tui ascēsus eos qui
ciues celi ab initio creature esse meruerūt solita festiuio
ri exultationis gaudio īduit. Quia nāq̧ per gloriosum
fructū fecunde virginitatis tue vident semirutā ciuita:
tē suā reintegrari: vere in tuo aduentu per quē tm̄ bonū
meruerūt gaudij sui magnitudo iure debuit augmētari
Terrā etiā dies exaltationis tue o beatissima feminarū
mira gratia irrigauit : quia dū te quā de se/et in se alio:
rū hominū lege progenitā nouit/vsq̧ ad creatoris oīm
thronū exaltari recognoscit antique maledictionis pe:
nā quā in pctō primorū filiorū suorū se merito excepisse
sciebat/iā per tante benedictionis tue abūdantiā se eua:
Laus marie excuperat sēsum et linguā.
dere indubitanter credebat. Quid amplius dicere possū
dña. Immensitatē quippe gratie et glorie tue considera
re cupienti sensus deficit/lingua fatescit. ¶ Quemadmo
dum enī omnia que in celo sunt per glorificationē tuam
ineffabiliter decorātur:ita per eandē glorificationē cū:
cta que in terra subsistūt/ineffabiliter sublimātur. Sin:
gula nempe immense dignitatis decus profecerūt cum
per tuā beatā et integerrimā virginitatē deum suū quē
non cognouerant agnoscere:et agnitū colere/atq̧ ama:
re meruerunt:qñ oēs celos ascendere/ ac in dextera dei
sui bñdicti filij tui exaltare cognouerūt. In eo etiā didi
cerunt se eidem deo suum totū debere quod sunt quādo
tu q̄ inter illa/et de illis vna fuisti:tantā dignitatis emi:
nentiā meruisti. Nihil igitur aut ydolis hoīes:aut velle
alie rerū species ydolorū cultoribus se debere intellexe:
runt : vbi et singularem actorem sui ex castissimo vtero
tuo ad restitutionem prime creationis sue progenitum
susceperunt:et te per quam amissam dignitatē suā recu:
perauerunt:omni creature tam sublimiter preponi īspe:
xerunt. Quas igitur laudes quasve gratiarū actiones:
non solū humana/sed etiam omnis creatura huic sacra:
tissime virgini debet. Purissima nāq̧ sanctitas: ac san:

ctissima puritas pijssimi pectoris eius/ oēm omnis creature puritatē:seu sanctitatē incomparabili sublimitate trāscendēs hoc ꝓmeruit:vt opatrix ꝑditi orbis dignissime fieret. Vñ ꝗd laudis ꝓ tam ineffabili bono ipse per eā reparatus mūdus ei iure debeat cor alicui⁹ sub carne mortali viuētis estimare nullatenus sufficit:vtiqȝ cūcta que deus fecit et vtiliter bona in eo statu quo cōdita fuerunt esse desiterunt:et per hanc beatissimā virginem in statū pristinū restituta sunt. Sicut ergo deus sua potentia cuncta patrādo pater est et dn̄s oim̄:ita beata maria suis meritis cuncta reparādo mater est et domina rerū. Deus est eni dn̄s oim̄ singula in sua natura ꝓpria iussione ꝯstituēdo:et maria est dn̄a rerū singula congenite dignitati:per illā quā meruit grām restituēdo. Et queādmodū de⁹ ex sua substātia genuit eum per quem cunctis originem dedit:ita maria de sua carne peperit illū qui in decorem prime creationis oim̄ cuncta restituit. Et nulla rerū species nisi per dei filiū facta substitit: ita lex debite dānationis neminē deserit nisi quē ab ea fili⁹ marie absoluit. Quis igit̄ ista recto sensu et corde sincero perpendens plene percipere queat excellentiā dn̄e hui⁹:per quā tā ineffabili grā et tam inestimabili electiōe erectus est mundus. Quis inqȝ mirā et omni rei preter hāc inauditā mulieris isti⁹ grām oculis mētis aspiciēs nō obstupescat:et non modo elinguis/ verūetiā tante rei ꝯprehēsione prorsus imunis fiat. Quapropter ea ꝗ nobis sunt impenetrabilia intermittētes precibus impetrare nitamur:vt quod intellectu capere nequim⁹:salutari effectu
Damnari nequit ꝓ quo maria intercedit.
obtinere mereamur. Per has ergo rationes ipossibile ē vt aliquis homo ad eā cōuersus et ab ea respect⁹ dānet̄ Nanqȝ ipsa genuit eū ꝑ quē mortuus reuixit:ꝑ quem homines ex pctō saluant̄:qꝛ nō est iustificatio nisi quā ipsa in vtero fouit:nō est salus nisi quā ipsa peperit. Ipsa est ergo mater iustificantis et iustificatoris: ipsa est mater saluantis et saluatoris. Igitur mater dei ꝗ solus dānat: qui solus saluat:quē solū timem⁹:in quo solo speramus est mater nr̄a. Iudex et saluator noster est frater noster. Quō ergo desperem⁹ cū salus siue dānatio nr̄a ex boni fratris et pie matris pēdeat arbitrio. Nunquid sustinebit bonus frater puniri fratres suos quos redemit:bona mater dānari filios suos quoꝝ ipā redemptorē genuit: Dulcis mater rogabit dulcē filiū suū piū fratrē nostrū: filiū pro filijs: vnigenitū pro adoptatis. Pius filius libenter audiet matrē ꝓ filijs. vnigenit⁹ ꝓ his quos adoptauit:dn̄s ꝓ his quos liberauit. hec Ansel. Exultem⁹ igitur et nos miseri cum celicolis et creaturis vniuersis ꝓut possum⁹/ac talē et tātā virginem ꝓ nostro modulo laudare studeam⁹. vñ Hiero. Ad hec nos ꝓuocās ꝛ inuitans inter cetera sic ait. Iccirco letamini et laudate: qꝛ si deū ore ꝓphetico in suis sctīs laudare iubemur:multo magis eum in hac celebritate btē virginis matris eius oportet cū hymnis et cāticis diligentius extollere et dignis deo iubilare ꝓconijs/ac mysticis honorare munerib⁹. Nulli dubiū qui totū ad grām laudis ei⁹ ꝑtineat
Laus matris ad filiū refert̄
quicqd digne genitricis sue impensum fuerit ac solēnit̄ Profecto quicqd hūanis pōt dici verbis min⁹ a laude celi ꝗ diuinis est ꝛ angelicis excellētijs ꝑdicata ꝛ laudata preconijs. A prophetis quidē pronunciata: a patriarchis figuris et enigmatib⁹ ꝑsignata:ab euangelistis exhibita et mōstrata. Ab angelo venerabiliter atqȝ officiosissime salutata. Tamen et si ad hec nemo idone⁹ inuenit̄ votis oib⁹ cessare nō debet etiam quilibet pctōr a laudibus:ꝗuis explere nō queat qd̄ sentit̄. Vñ ꝛ sermo diuinus cū de peccatore ageret in ps̄.
Ps̄.xlix.
Sacrificiū(inqt) laudis honorificabit me:et illic iter quo ostendā illi salutare dei. Ac si patenter dicat. Illic iter est laudis ad laudē sine fine mansuram:sed nemo apprehendit illud nisi ego premōstrauero. Propterea qꝛ iter salutis nostre in laudib⁹ est saluatoris / hortor vos et cōmoneo in hac sacra solēnitate genitricis dei marie nolite cessare a laudibus Et ꝗuis speciosa laus nō sit in ore pctōris noli cessare. qꝛ inde ꝓmittit̄ tibi venia vñ ꝛ omnibus vt laudes. Alioquin nisi iuxta modulū ingenij nr̄i deū laudare in sctīs suis studeam⁹. quomodo eū iuxta multitudinē magnitudinis eius laudare poterimus: Sino hoc pretermittendū nō est/ qd̄ impleturi sumus quandoqȝ ꝑm ꝙ dicit̄.
Psalmo. lxxxiij.
Beati qui habitant in domo tua dn̄e:in secula seculoꝝ laudabunt te. Interim vero qꝛ immēsus est qd̄ voce nō possum⁹/nec facundia valemus exequamur votis et medullis cordis. hec Hiero. Assumptio btē vginis fuit oli ꝑfigurata qn̄ archa dn̄i in domū regis dauid ē trāslata. Rex dauid corā archa cytharisauit:et eā cū magno iu: ij.reg.vj.
bilo in domū suā adduxit. In archa māna celi cōtinebatur:et cōueniēter per eam beata virgo designat̄:qꝛ panē angeloꝝ que homo manducauit ipsa generauit. Archa de ligno cethim imputribili erat facta:figurās ꝙ maria in putredinē nō est redacta. Rex dauid qui corā archa subsiliendo cytharizauit/regē celi et terre xp̄m prefigurauit:qui(vt credit̄)matri sue ꝑsonaliter occurrit: et eā cū magno iubilo in domū suā itroduxit. Assumptio etiā marie olim fuit iohanni in pathmos insula prefigurata. Nam mulierē quādā admirabilē in celo videbat:ꝗ sole Apo.xij.
amicta erat/et maria circūdata diuinitate in celū ascendebat. Luna sub pedibus ei⁹ esse videbat̄:per qd̄ perpetua stabilitas marie designatur. Luna eni instabilis et est et nō diu manet plena:et designat mundū et oīa terrena. Hec instabilia maria contēnens sub pedib⁹ conculcauit:et ad celū vbi oīa stabilia sunt anhelauit. Coronā etiā in capite suo mulier habebat que in se stellas duodecim continebat. Corona consueuit esse honoris signū/et signat honorē gloriose vgini cōdignū. Per duodecim stellas apl̄i intelligunt̄:qui in discessu marie oēs affuisse dicunt̄. Mulieri sunt date ale ad volandū:ꝑ quas intelligit̄ assumptio tā corporis ꝙ aīe. Festiuitas autē hui⁹ sancte assumptiōis figurata fuit oli in matre salomonis Salomon eni rex in throno glīe residebat:et matri sue iij.reg.ij.
thronū ad dexterā poni faciebat In quē ipsam a dextris suis locauit:et quodcūqȝ petierat sibi nō negauit. Sic et xp̄s matrē suā a dextris suis locauit:et oīa quecūqȝ voluerit ab eo impetrabit. O felix maria ꝛ oī laude dignissima. O virgo maria dei genitrix gloriosa. O sublimis puerpera ꝗ deū autorē celi et terre/quē oīs creatura nō capit/tuo imaculato vtero clausum gestasti. Quid nos tantilli:quid actiōe pusilli:ꝗd in tuis laudib⁹ referemus cū etiā si oim̄ nostrū mēbra verterent̄ in linguas te laudare nullus sufficeret: Quid dicā paup ingenio cū de te quicqd dixero minor laus est ꝙ dignitas tua mereatur Quid ergo de te dicā: quid referā cū nō sufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes: O maria tui recordatio nomis melle dulcior:nectare suauior:fessos recreat: mestos letificat:oppressos releuat: errātes ad viam salutis reuocat/et pctōres ne desperent sue suauitatis odore cōfortat. Sicut eni tēpore vernali cū ad alta celi sol incipit ascēdere:et terris fecūda radioꝝ suoꝝ luminositatē infundere/vegetabilia cūcta hyemali glacie constricta incipiūt reuiuiscere: animātia quoqȝ et volatilia in antris et specubus ac diuersis quibusqȝ latibulis abscōdita ad tante lucis nouitatē respirare incipiūt/ac vires resumere:et cordis leticiā cantibus ꝛ plausibus letabūdis ostēdere:homines quoqȝ senes cū iunioribus eius in aduētu exhilarātur/ et tota superficies terre decore induitur et applaudit/ac congratulatur. Sic nobis accidit cū sole amicta virgo fecūda:regina celi ꝑelecta vt sol fines cordis nostri ingreditur: et memoria eius mētibus nostris rutilātibus absqȝ nube infunditur:cōtinue nāqȝ duricie omnis ad tante lucis imensitatē resoluit̄:arida cūcta rore celestis grē irrigātur:fugant̄ tenebre: lumē nouū exoritur:et gaudioꝝ nobis materia imensa cumulatur. O nomen admirabile. O nomē delectabile. O nomē grauidū sacramētis et diuinis plenū mysterijs. O nomē glo: Nomen marie.
riosum. O nomen celeberrimū. O nomē sublime ante tēpora vniuersa in dei predestinatione cōpositū:et in tempore digne persone ꝑm rem conueniēter impositū. O nomen quod noīatur sepius et frequētatur dulcius in consilio et cōgregatione iustoꝝ et qd̄ versatur clementius in ore peccatoꝝ. Quis enim vnqȝ criminū veniā petijt/ nisi mediante maria: Omnes mariā inuocant. Omnes mariā nominant. Mariā pre oibus amant. Omnis etas sexus/ et professio mariā studiose reclamat. Cum enim summū regē peccando perdimus:cū angelos ꝛ sanctos omnes offendimus:cū etiā nobisipsis graues sumus: et omnino nescimus quid agere debeamus hoc solū restat miseris vt oculos cordis et corporis ad te leuemus consiliū querentes et petētes auxiliū. vnde Ans. Nihil cer: Marie ꝑsens auxilium.
te vtilius post deū memoria matris dei nihil salubrius meditatione pij amoris quo feruebat in memoria: et cō:

templatione filij sui: nihil iocundius sapore ptracti gaudij eius quo multipliciter pascebat in eodē et p eundem filiū suū. Sepe quidē vidim⁹ et audiuim⁹ plurimos hominū in suis periculis recordari noīs ipsius beate marie ṽginis: et illico oīs periculi malū euasisse. Velocior est enī nōnūq̄ sal⁹ memorato nomine ei⁹ q̄ inuocato nomine dñi iesu vnici filij ei⁹. Et id q̄dē nō ideo fit q̄ ipsa maior eo sit aut potētior: nec enī ipse magn⁹ aut potens est per illā: sed illa per ipm. Quare ergo salus ꝓptior in recordatiōe ei⁹ q̄ filij sui sepe percipiat: dicam quod sentio. Fili⁹ quidē eius dñs est et iudex oīm discernens merita singulorum. Dū igit ipse a quouis suo noīe inuocatus nō statim exaudit, ꝑfecto iusto iudicio id facit. Inuocato autē nomine matris sue: et si merita inuocantis nō merentur merita matris itercedūt vt exaudiat. Hec deniq̄ human⁹ vsus quotidie probat cum quis ꝓposito amici noīe ab alio ipetrat efficaciter qđ simpliciter sua prece nequaq̄ impetrare valebat. Itaq̄ si tam vtilis est in subueniendo memoria nominis matris dei: non mirū si magis affert fructum frequens meditatio sancti amoris eius si plenam iocunditatem dabit dulci studio cogitata et recogitata imensitas gaudij eius. hec Ansel. Tibi ergo o spes nostra gaudiū et letitia cordis nostri/ego pctōr in vocem salutationis et laudis cupiens prorūpere: teq̄ ex intimo cordis cū gemitu ⁊ lacbrymis: ⁊ deuota cordis genuflectione affectuosissime matrē gratie salutare/et laudare cū mēte ptracto viros illustres qui te ab initio laudauerūt pre stupore deficio: et vltra spm̄ nō habeo. Sed cū ad meipsum redeo: hec intra me reuoluo dicens. ¶ Salue o pia mater dei ⁊ ṽgo quā laudat orbis terre et plenitudo ei⁹. celi celorū et oīs virtus eorū: q̄cq̄d de preconio tuo lingua dicere potuit/calamus scribere valuit/cor potuit cogitare: oībus illis simul collectis et cōscriptis et in vnū manipulū cōgestis cētuplicata ⁊ infinities multiplicata/corde deuoto/aureo cum decore/mellifluo sapore/⁊ odore aromatico: tibi porrigo ad laudandum et glorificandum te virgo btā nunc ⁊ ineternū vñ Aug. Accipe itaq̄ quascūq̄ meritis tuis ipares gratiarū actiones ⁊ laudes: et cū susceperis vota culpas nostras orando excusa. Admitte nr̄as ꝑces intra sacrariū pie exauditiōis: et reporta nobis antidotū recōciliationis. Sit p te excusabile: qđ p te igerim⁹. fiat ipetrabile/quod fida mente poscimus: accipe qđ offerimus impetra qđ rogam⁹: excusa qđ timem⁹: q: nec potiorē meritis inuenim⁹ ad placandum irā iudicis q̄ te: q̄ meruisti mater existere eiusdē redemptoris et iudicis. Succurre ergo miseris: iuua pusillanimes/refoue flebiles: ora pro populo: interueni ꝑ clero: intercede ꝑ monachorū choro: exora ꝑ deuoto femineo sexu. Sentiant oēs tuū iuuamē quicūq̄ deuote celebrant tuā assumptionē. Sit tibi cōpassio sup afflictis. sit pius affectus sup celorum peregrinis. Et cū te semp letam esse inspicis: fletus quoq̄ nostros ad deū ipsa admittas: eumq̄ vt ꝓpriū filium ꝓ nobis interpelles precamur. Nos enī adhuc in hac terra affligimur: iniurijs lacessimur/opprobrijs afficimur. esurim⁹/sitimus/somnū patimur/in carcere retinemur. Tu vero in celestibus regnis prelata cunctis es virginū choris. Tu agnū quocūq̄ perrexerit sequeris: tu virgineos choros: et ab incentiue carnis illecebris alienos ꝑ albentia lilia rosasq̄ vernantes ad fontē perhennis vite potādos inuitas. Tu in illa beatorum felicissima regna primi ordinis dignitate indepta: plantis roscidis oberrans: inter paradisi amenitatē gramineosq̄ ⁊ crocos tenero poplice pergis: feliciq̄ palma violas immarcessibiles carpis. Tu concinnis sine fine choris coniuncta angelicis archāgelicisq̄ sociata indefessa voce sanctus clamare nō cessas. Tu in cubiculo regis beatitudine gemmis ac magaritis ornata existis. Tibi thronus ab angelis est collocat⁹ in aula regis eterni: teq̄ ipse rex regum vt matrem veram et decoram sponsam pre omnibus diligens amoris amplexu associat. Nec mirū si dignet tibi ad gaudere deus regnās in celis: quem tu paruulū ex te hominē natum totiens osculata es in terris. Has ergo tuas felicitates possidens conuertere ad nr̄arum miseriarum salutē. Inter hec fratres charissimi toto mentis affectu beatissime virginis itercessionibus nos committamus. Omnes patrocinia omninisu imploremus: vt dum nos supplici eam obsequio frequentamus i terris/ipsa nos sedula prece cōmendare dignetur in celis. Neq̄ enim dubium est eam que meruit pro liberandis proferre preciū posse plus sanctis oibus liberatis impēdere suffragiū. Sed quid nobis prodest hanc interpellare vocibus/nisi etiā humilitatis eius exempla teneamus? Curem⁹ ergo dilectissimi fratres vt cū hui⁹ diei festiuitati interesse cupimus: vestimentis hūilitatis atq̄ charitatis induti appaream⁹. Nō nos inuidia aliene felicitatis torqueat. Non ira vsq̄ ad diuisionē dilaniet. Non cupiditas a nobis xp̄m excludat. Non seculi nos tristitia exurat. Non prosperitas eius incaute decipiat. Non luxuria inquinet. Non imundicia polluat. Non elatio corrūpat. Non superbia inflet: vt cum nos virtutib⁹ ornatos: charitate cōiunctos: humilitate fundatos: beata dei genitrix maria sue nos interesse festiuitati perspexerit ardentius subuenire festinet apud filium: ⁊ dñm suū iesum christū deum saluatorē nostrū qui coronis perennis regni clarificat sctōs suos: et est eterna laus et expectatio oibus electis suis. hec Augu. vñ ⁊ Ansel. Rogam⁹ ergo te dña p ipsam grām qua te pius et omnipotēs deus sic exaltauit/et oīa tecū possibilia donauit. quaten⁹ id apud ipsum nobis obtineas vt plenitudo gratie quā meruisti in nobis sic operet: qđ participium beati premij eius nobis misericorditer quandoq̄ donet. Ad hoc quippe de⁹ noster per te fact⁹ est frater noster: vt queādmodum ipse dignatus est cōsors fieri nostre humanitatis: sic nos mereamur consortes fieri sue diuinitatis. Intēde ergo pijssima dña vt nobis ad effectum ꝓueniat ꝓpter qđ deus noster ex tuo castissimo vtero factus homo inter homines venit. Nec sis quesumus exoratu difficilis: quia proculdubio idem benignissim⁹ filius tuus erit ad cōcedendū quicq̄d voles ꝓmptus et exaudibilis. Tātūmodo itaq̄ velis salutē nr̄am: et vere nequaq̄ salui esse nō poterim⁹ Quid ergo stringes larga viscera misericordie tue contra nos domina: vt nolis saluari nos. Certe deus noster (teste ꝓpheta) misericordia nr̄a est. tu eiusdē dei nostri absq̄ dubio vera mater es. Si tu ergo q̄ deles/et reuera misericordie mater denegas nobis effectum misericordie: cui⁹ tā mirabiliter facta es mater: quid faciemus cū idē filius tuus aduenerit cunctos equo iudicio iudicaturus? Siquidē licet ipse filius tuus sit per te factus frater noster: vtiq̄ tamen vbi volūtatē tuā sue videlicet dulcissime matris magis porrectā aduerterit: illuc seruata equitatis ratione a qua te nullatenus discrepare velle vi debit iudicij sui sententiam: siue ad misericordiam inflectando/siue ad iusticiam intēdēdo promulgabit. Subueni ergo nobis dña ⁊ nō cōsiderata peccatorū nostrorum multitudine velle tuū ad miserandū nobis inflecte. Cogita quesumus ⁊ recogita apud te: q: nō ad damnandū sed saluandū peccatores conditor noster fact⁹ est homo ex te. Cur itaq̄ nō iuuabis nos peccatores que in tantā celsitudinē es ꝓpter nos eleuata: vt te dominā habeat et veneretur tota pariter creatura. An ideo vtrū pereamus amplius nō curabis: quia quicquid de nobis miseris vltra eueniat glīe tue nulla iactura inde prouenit? Et hec quidē fortassis aliquo modo bona dña posses: si pro tui solius exultatione et vtilitate mater dei facta fuisses. Sed vtiq̄ deus qui hominē assumpsit ex tua castissima carne hoc fecit pro tua et nr̄a communi salute. Si ergo tu que plena salute es potita non intendis vt eadem salus pro modulo nostro etiam ad nos vsq̄ pertingat. iam tuorum sufficiens commodorum nostrorum negligens esse videberis: que pro totius mūdi saluatione meruisti fieri mater altissimi: cū nos postposueris quos obuoluit funus seculi. Quid ergo queso ꝓderit nobis tua felix et gloriosa exaltatio/et que inde habemus dulcis et effectuosa exultatio. Ut ergo filium tuum totius mūdi saluatorem et te eius reconciliatricem veraciter esse sentiamus: eo nos propensiori studio iuua precamur et foue: quo in fecibus mundi natos et alios potiori leuamine perspicis indigere. Ab initio deniq̄ renouationis humane omnibus sub tuum presidium confugientibus hucusq̄ succurristi: et icirco pre omni creatura: omni laude dignissima dici et esse meruisti. Eya succurre nobis et oramus vt laus quā per tot secula possedisti continua tibi duret in gratia ipsa qua mundo subuenisti. Tibi ergo nos commendamus: tu procura ne pereamus. Effice poti⁹ vt salus nostra de die in diem multiplicet

Marie inuocatio interdum citi⁹ auxiliatur q̄ iesus.

De laude marie diuīa eloqa. 1[illegible]

Anselmi ad mariā pulchra/deꝓcatio.

et filio tuo domino iesu xp̄o vita nostra iugi deuotione famuletur. hec Anselmus. Oratio.

O Eus dator gaudij: largitor solatij: luctus releuator: meroris effugator: q̄ beatā v̄ginē mariā matrē tuam maiestatis speculum angelorū solatiū: tue bonitatis ymaginē: nr̄e salutis originē multiplici gaudio ī terris ⁊ ī celestis letificasti: concede mihi supplici tuo: vt q̄ ad eā q̄si ad fontē gaudij in doloribus meis fiducialiter recurrere presumo: valeam ipsi⁹ meritis ⁊ intercessiōe presentis et perpetui gaudij effectū sentire. ⁊ ad illud ineffabile gaudiū q̄ assumpta tecum gaudet in celis feliciter peruenire. Amen.

De finali iudicio. Capl'm. lxxxvij.

Iudiciū finale. *Iudiciū antecedētia ɔcomitātia ⁊ sequentia.*

Post p̄dicta q̄ iā cōpleta sūt restat vt de finali iudicio ⁊ q̄busdā alijs nōdū ipletis aliquid videam⁹. Finale itaq̄ iudiciū q̄dā sūt antecedētia. s. pena purgatorij. ecclesie suffragia/ ⁊ antichristi p̄secutio: q̄dā cōcomitātia. s. cōflagratio mundi: et corporū resurrectio. ⁊ quedā sequentia. s. pena ifernalis et gloria celestis.

Purgatorij duplex pena. *Purgatorij pena*

De purgatorio sciendum q̄ in eo duplex pena est: vna dāni de carentia diuine visionis: alia sensus de afflictione caloris aut frigoris / vl' pene alterius generis: ⁊ q̄tum ad vtrūq̄ minor pena purgatorij maior est q̄ maxima pena hui⁹ mūdi. Bern. Sola dies purgatorij superat passiones sanctorū. Ratio aūt acerbitatis pene purgatorij est ista: q: cum deus pl⁹ querat emēdā q̄ penā / plus ponderat in penitentia virtutē bone voluntatis q̄ penam afflictionis. vnde plus ponderat deus modicam penam voluntariā in p̄senti: q̄ multam non ita voluntariam in futuro: sicut plus valet modicum auri q̄ multum plumbi.

Penitentie p̄ntis et volūtarie valor.

vñ s̄m Aug. Una gutta aque lachrimarū tm̄ facit hic pro emenda quantum decē anni in purgatorio. Et oportet vt q̄d ibi deficit in voluntate suppleatur in acerbitate. Necesse est autem (vt ait Aug.) q̄ tantū vrat dolor q̄tū inheserat amor. Tanto enim quisquis torquetur diutius: q̄to affectus ei⁹ venialib⁹ inherebat fortius. Vñ tādiu differt q̄s a gloria quousq̄ fiet sine omī macula sicut erat in baptismo.

Venialia abluēda.

Noli ergo contemnere venialia pro quibus tāta pena est expectanda. Cur aūt aīa incorporea corporalibus penis teneatur declarat aug. dicens. Anime que ī corporibus viuentes per dilectionem rerum visibilium corporalibus ymaginibus afficiuntur: a corporib⁹ exeūtes in eisdem ymaginibus tormenta patiūtur. Propterea enim corporalibus passionibus ibi teneri possunt: q: a corruptiōe corporalium affectionum hic mūdate non fuerūt: quā corpulētiā de corporis delectatione traxerunt. Et iterū. Si eni aīa a corruptione corporaliū affectionum hic nō mundatur corpore exuta corporalib⁹ tenet passionibus. Studeat ergo ī hac vita se ab huiusmodi petulātia mūdare: quaten⁹ cū hinc exierit nihil corporeū secū trahat: et a corporis passione imunis existat. hec Augu.

Suffragia generalia.

Suffragiorū aūt sūt quattuor modi generales ad quos oēs alij reducunt. s. oratio: ieiuniū: elemosyna et sacramentum altaris. Hec suffragia p̄sunt defunctis s̄m magis ⁊ minus p̄ diuersitate meritorū in mortuis: vel pro charitate viuorū qui magis sollicitātur p̄ mortuis aliquibus q̄ alijs.

Suffragia peculiariter facta.

Illa eni suffragia que specialiter fiūt pro aliquibus plus valent illis q̄ alijs: lz etiam alijs aliquo modo cōmunicent. Suffragia vero que cōiter fiunt pro defūctis: q̄uis oibus p̄ modulo suo p̄sint: illis tamē amplius q̄ dum essent in statu vie magis meruerunt vt sibi prodessent. vnde Greg. Illis sacre victime mortuis prosunt / qui hic viuendo obtinuert vt eas etiā post mortē bona adiuuent: que hic p̄ ipsis ab alijs fiunt.

Bona añ mortem p̄ se agenda.

Inter hoc aūt pensādū est q̄ tutior via sit vt bonum q̄d quisq̄ post mortē suā sperat agi p̄ alios agat dū ipse viuit p̄ se. Beati⁹ q̄ppe est liberū exire q̄ post vincula libertatem querere. Tunc ergo h̄e p̄ nobis deo hostia accepta erit cū nosipsos hostiā fecerim⁹. Et fideter dico q̄m hostia salutari post mortē nō indigebimus si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus. hec Greg. Insup ne aliq̄d bonū pereat illa bona q̄ q̄s peccādo operat mortificata alijs salnandis dabunt. Sicut q̄n corporali morte quis morit fratres et propinqui in bonis eius succedunt. Antixp̄s

Antixp̄i arma. iiij.

vero quattuor modis subuertendi hoīes armabit. s. callida p̄suasione: miraculorū operatiōe: bonorū largitiōe tormētorū exhibitiōe. Predictis q̄ttuor modis m̄ltos ad se trahet. Trahet aūt malos per munera: bonos per tormenta: simplices p̄ predicationē et miracula. Habebit secum magos et maleficos: reges quoq̄ et principes

Apo. xiij.

vñ in Apocalipsi. Vidi de mari bestiā ascēdentem. i. antixp̄m habentē capita septē. i. principes vniuersos: ⁊ cornua decē. i. illos qui impugnāt decalogū.

Antixp̄i parētes ⁊ malicia.

Hic ex parentibus senibus cōcipiet ⁊ nascet ī babilōe de tribu dan. et sicut in xp̄o ois plenitudo diuinitatis inhabitauit: ita in antixp̄o ois plenitudo iniq̄tatis inhabitabit: q: ī ipso erit malignus caput omniū malorum: p̄pter q̄d et fili⁹ p̄ditiōis vocabit.

Helie et enoch aduentus in terram.

Inter occultū aduentū antixp̄i q̄ est p̄ natiuitatem: ⁊ manifestū q̄ erit p̄ predicationē et apertam p̄secutionem: veniēt helyas et enoch vt ipsi repugnēt / et errantes ad viam veritatis reducāt q̄ vtriq̄ per zachariam due oliue. i. spiritu sancto vncti: et per iohannē duo candelabra. i. lumē dantes alijs nominātur: et predicabunt diebus mille ducentissexaginta. i. tribus annis ⁊ dimidio sicut xp̄s p̄dicauit amicti saccis. i. penitentiā predicātes ⁊ exemplo sui ostendentes. Et oēs q̄ cognoscere et cōfiteri verū deū volūt hos duos senes et veraces testes subsequētur / iniquum errorem deserētes: quoniā ipsi in magnis: et corā deo / ⁊ corā populo fulgebūt: vicos ⁊ ciuitates ⁊ plateas atq̄ alia loca vbicunq̄ filius perditionis contrariā doctrinā suā efflauerit p̄currentes: ac in eis multa signa in spū sancto facientes: ita vt ois populus q̄ ea viderit in maximā ammirationē ducat. Iccirco aūt hec magna signa supra firmā petrā solidatā illis dabunt: quaten⁹ illa cōtraria et falsa signa abijciantur.

Helie et enoch cedes.

Tādē antixp̄s occidet eos in hierusalē: ⁊ iacebunt corpora eorū in plateis tribus dieb⁹ ⁊ noctib⁹ ⁊ dimidio: q: null⁹ audebit corpora eorum sepelire p̄pter metū antixp̄i: vt q̄cunq̄ viderint timeant eis cōformari. Post tres aūt dies ⁊ dimidiū resurgent ⁊ in celum in nube ascendent. Antixp̄s vero. xv. dieb⁹ regnabit post mortē illorū.

Antixp̄i cedes.

Regnabit aūt tribus annis ⁊ dimidio: et post dñs potestate sua occidet eum: siue per se: siue per michaelē archāgelū. Occidet aūt ī mōte oliueti in papilione: et in solio suo in loco illo vbi dñs ascendit scʒ in prefati mōtis vertice q̄ dr̄ inclit⁹: q: ex eo saluator ascendit ad patrē: ibi nāq̄ peribit. vñ dñs ascēdit. Quo interfecto non stati veniet dñs ad iudiciū: sʒ p̄cedent. xlv. dies ad refrigeriū sāctorū ⁊ ad penitētiā subuersorū. Q̄tū aūt sit spaciū inter illos. xlv. dies ⁊ finē mundi nemo scit.

Iudeorū conuersio *Cōflagratio mūdi.*

Iudei tunc ad predicationē enoch et helie cōuertētur ad fidē / et sancta ecclesia vsq̄ in finē mūdi pacifica quiescet; q: ex tūc fraudulentia et seuicia dyaboli penitus deficiet. Circa cōflagrationē mūdi sciendum est q̄ ignis p̄xim⁹ aduentū iudicis preueniet / ⁊ faciem ei⁹ p̄cedet: q: virtute diuina nō solum ignis q̄ est in spera sua: sed etiā oēs ignes / et qui in terra ⁊ sup̄ terrā sūt ad mundi cōflagrationē cōcurrēt.

Ignis cōflagrationis. iiij. officia.

Per istū ignem quasi simul fiet purgatio iustorū / et punitio malorū: icineratio corporū / et cōsumptio terre nascentiū. Habebit eni iste ignis officium quattuor ignitū videlicet ignis infernalis ad reproborū punitionē: ignis purgatorij ad bonorū a venialibus purgationē: ignis terrestris ad vegetabilium ⁊ sensibilium cōsummationē ⁊ corporū icinerationā: et ignis elementaris ad elementorū subtiliationem et innouationis eorū dispositionē. Per hunc ergo ignē ita facies terre exuret q̄ figura hui⁹ mūdi p̄ibit sicut et oli p̄ diluuium factū fuit.

Iudiciū per aquā et p̄ ignē. *Resurrectio vniuersalis.*

Et merito primū dei iudiciū fuit in aqua cōtra ardorē luxurie q̄ tunc viguit: vltimū vero iudicium erit in igne contra teporē charitatis que tunc senescente quasi mundo refrigescet. Quo facto statim erit resurrectio mortuorū corporū cū aduentu iudicis ad iudiciū / et tūc inflammabit totus mundus p̄ circuitū. Q: eni hō meruit ⁊ demeruit in aīa simul ⁊ corpore puniet / vel premiabit in vtroq̄: et ideo in eisdē oportet eū resurgere. Resurgēt aūt oēs tā boni q̄ mali: nulla in eis existente differentia q̄tū ad ordinē tpis: sʒ q̄tū ad ordinē dignitatis. Nā mali surgent deformes et passibiles: imo tā ignominiosum erit corpus pctōris q̄ aīa resumens ipm stupebit q̄n illō videbit / ⁊ ipm videre abhorrebit: et vellet poti⁹ hr̄e tale corpus quale erat q̄n dimidiū comestum fuit a vermib⁹. In bonis aūt natura

seruabiť/et vitia detrahentur: et erit corpus septies cla

Corpꝰ bonorum ſm merita sumet claritatis augmēta.

riꝰ ꝙ sol sit mō. Quāto fuerint crimina maloꝝ abomina
biliora: tanto erunt corpora eoꝝ deformiora. Et quāto
fuerit merita iustorū plura ⁊ maiora: tanto erunt corpo
ra eorū pulchriora et clariora. Corpus minimi pueri se
ptipliciter clarius sole erit. Si alius fuerit in deculpo
eo sanctior: illiꝰ corpus in deculpo erit illo clariꝰ/ ⁊ sic
intellige de centies ⁊ millesies. Et sicut xp̄s īfinities est
omnibus sanctis sanctior: ita est infinities corpꝰ eiꝰ om
nibꝰ sanctis clarius. Oēs aūt tam boni ꝙ mali resurgēt
incorrupti ⁊ integri corpore: videlicet sine aliqua mem
broꝝ diminutione: in debita statura ſm mensurā etatis
plenitudinis christi: sed boni tm̄ in gloriam īmortalita

Mensurā suā quisqꝫ habebit: nō cōem oībus.

tis īmutabuntur. vñ Aug. Sed si xp̄s in ea mēsura cor
poris in qua mortuus est resurrexit. nephas ē dicere cū
resurrectionis omniū tēpus venerit accessurā corpori
eius eā magnitudinē quā non habuit: vt longissimꝰ pos
sit fieri equalis. Si aūt dixerimus ad dñici corporꝫ mo
dum etiā minoꝝ maiorūqꝫ corpora redigenda peribit
de multorum corporibꝰ ꝓplurimū cū ipse nec capillum
periturū esse promiserit. Restat ergo vt quisqꝫ recipiat
suā mensurā: quā vel habuit in iuuētute si senex est mor

Ephe.iiij

tuus: vel fuerat habiturꝰ si est ante defunctus. Et iō nō
est dictū ab ap̄lo in mensurā stature: sed in mensurā eta
tis plenitudinis xp̄i: q: resurgunt corpora mortuorum
in iuuenili etate et robore: ad quā xp̄m ꝑuenisse cogno

Resurrectio tria corriget ī natura et erit ītegra

uimꝰ. hec Aug. Resurrectio ergo tria corriget ī natura
s. defectū sicut in pueris ⁊ mutilatis siue in diminuta na
tura mēbrorū supfluū. s. vnguiū: crinium et huiusmodi:
errorē sicut est in mōstruositate mēbrorū. Resurgēt qꝫ
corpora eorū numero eadē que prius ex eodē puluere ī
quē redacta fuerant: ita ꝙ in quascunqꝫ auras vel sinus
puluis ille fuerit dispersus ad eandē animā redeat que
ip̄m primitus vt viueret et cresceret aīauit. Nec solum
resurgent corpora ꝗtū ad mēbra principalia: sꝫ etiā sal
uis capillis et ceteris mēbris ad decorē facientibꝰ. Re
surgent enī hoīes ꝗtum ad esse ⁊ ꝗtum ad integrū eē ⁊

Resurrectio fiet in momēto.

ꝗtū ad decorū esse. Et hoc in momento. i. breuissimo et
angustissimo spacio tēporis in ictu oculi transuolat me
dia/ ⁊ transit ad remota: in nouissima tuba. i. per vocem
magnam et manifestā postqꝫ non erit alia. Hec tuba cla

Mat.xxv

mor ille ītelligitur de quo in euāgelio dr̄. Media nocte
clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiā ei. Nō
enim tūc veniet cum speratur: sed media nocte. i. occulte
valde et insperate. Tube noīe aliquid euidens ⁊ ꝑclarū
signum accipitur: qđ nutu diuino dabitur qđ archāgeli
vox et tuba dei alibi: et etiā vox filij dei in euāgelio dr̄.
Et bene dr̄ tuba dei: q: quasi ad bellū cōtra īimicos ve
niet: et efficaciā dabit ei ꝙ per illam mortui resurgent.
Vox ergo tube (ſm quosdam) est imperiū xp̄i resurgere
īperantis. ſm alios ṽo est manifesta xp̄i appitio post re

Vallis iosaphat locꝰ iudicij.

surrectionē ṽo stati erit iudiciū. Erit aūt in valle iosa
phat que sita est ad orientē inter hierusalē ⁊ montē oli
ueti: q: hierusalē et terra adiacens est locus mediꝰ cōis
oībus nationibꝰ ac famosissimꝰ et publicꝰ ꝓpter opa no
stre redemptiōis. Josaphat aūt interpretať iudiciū do
mini. Ad iudiciū ergo dñi ꝯgregabunť oēs impij vt dā
nenť: iusti vero non descendent in vallē iudicij vt dānē
tur: sed in nubibꝰ obuiā xp̄o eleuabunť. Christꝰ enī non
descendit in terrā ad iudiciū: sed in aere sedebit ꝯtra lo
cū montis oliueti: ex quo ascendit: stipatus agminibꝰ et
virtutibꝰ celorū. Et erit iudiciū illđ horribile ex omni

Judicij horribilitas.

parte. Supra erit iudex iratus: subtus patens infernꝰ:
intꝰ conscientia remordens: extra mundus ardēs: a dex
tris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia ter
rentia circa boni angeli ī infernum pellentes/ ⁊ mali ad
ip̄m trahentes. Ibi erunt etiā oēs sancti sententiā iudi
cis approbantes: et oēs mali cū bonis peccata dānato
rum cognoscētes. Et tūc xp̄s blandus iustis: et terribi
lis apparebit iniustis. Adeo quidem iratꝰ reprobis vi
debitur vt dicant montibus et petris cadite super nos
et abscondite nos a facie sedētis super thronum: et ab

Stigmatū vulneꝝ xp̄i apparitio.

ira agni. Stigmata quoqꝫ monstrabit/et passionis insi
gnia. s. crucē: clauos: lanceam: coronā: ⁊ flagella. Tota
quippe trinitas in iudicio futuro iudicabit auctoritati
ue et iurisdictione ordinaria: sed xp̄s inꝗtum hō iudi
cabit executiue ⁊ iurisdictione delegata: q: iudex debet

Diuiā na

esse manifestꝰ omnibus iudicādis. Deꝰ aūt pater vel fi

lius ſm diuinam naturā non videbitur ab omnibꝰ in iu

turus hō videbiť dānādis.

dicio: q: tunc omnes essent beati cū in visiōe ꝯsistat bea
titudo: et ideo executio iudicij data est a patre xp̄o hoī
qui poterit ab omnibus videri. Vñ potestatem dedit ei
iudicium facere. s. executiue: q: filius hominis est ab om

Forma q̄ iudicatus iudicabit christus.

nibus visibilis bonis ⁊ malis. Non apparebit in forma
dei: q: solis mundis corde ꝓmittiť visio forme dei: sed
in forma serui vt possit ab omnibus videri iuste iudica
turus in ea forma in qua iniuste iudicatꝰ est. vnde Aug.
Forma illa erit iudex q̄ stetit sub iudice. Illa iudicabit
que iudicata est. Nā si iudiciū nō fieret nisi īter solos iu
stos appareret tanqꝫ iustis forma dei. Quia ṽo iudici
um futurū ē iustorū et iniquorū nec licet vt iniqui vide
ant deū. Talis apparebit iudex qualis videri possit: et
ab eis quos coronaturꝰ est: et ab eis quos dānaturꝰ est

Ordines in iudicio quattuor.

hec Aug. Ordines autē quattuor erūt in iudicio/ quorū
duo erunt electorum: et a dextris/ duo reproborum et a
sinistris. Et parte electorū quidam non iudicabuntur
sed iudicabunt ⁊ saluabunť: vt quorū merita bona sunt
impermixta malis sicut perfectorū pauperū christi qui
hic seipsos iudicauerūt q̄ ꝑcepta legis perfectionis vir
tute transcendunt: ⁊ omnia relinquētes nudi nudū chri

Mat.xix.

stum secuti sūt: quibus voce dominica dr̄. Vos qui reli
quistis omnia et secuti estis me. Cum sederit filius ho
minis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super se
des duodecim iudicantes tribus israel. Dicunť autē iu
dicare. i. iudicāti assistere: q: cū iudice tanqꝫ assessores
eminentius sedebunt nonꝙ ipsi sententiam ferant: quia
hoc solius iudicis erit: sed ꝙ approbent et confirment.
Sedebit enī christus in eminentiori loco cum sctīs: ma
li vero stabunt subtus in terra quā dilexerūt. Quidam
vero iudicabuntur et saluabuntur: vt quorū merita bo
na sunt aliquibus malis venialibus permixta: qui vite
maculas lachrimis tergunt qui mala ꝑcedentia sequē
tibus factis et misericordie operibus redimentes. quic
quid illicitū aliquādo fecerunt ab oculis iudicis bono
rum operū superinductione cooperiunt: quibus iudex
veniens dicit. Esuriui et dedistis mihi manducare: siti
ui et dedistis mihi bibere: hospes erā et collegistis me:
nudus et operuistis me: infirmꝰ ⁊ visitastis me: in carce
re et venistis ad me. Ex parte reproborū quidā iudica
buntur et dānabunť: vt quorū merita dānabilia ꝑmixta
sunt aliquibꝰ bonis: sicut illorū q̄ christiane fidei ini tia
ti mysterijs: opera fidei exercere cōtennunt: et fidē sine
operibus habent/ quibus in clamatiōe dñica dr̄. Esuri
ui et non dedistis mihi manducare: sitiui et nō dedistis
mihi bibere: hospes erāt ⁊ non collegistis me: nudꝰ ⁊ nō
operuistis me: infirmus et in carcere/et non visitastis
me. Quidā vero nō iudicabunť sed dānabunť: vt quoꝝ
mala merita omnino impermixta sūt bonis: vt q̄ fidem
recipere noluerunt: ⁊ fundamento fidei caruerunt vel q̄
susceptā fidē quasi ꝑ apostasiā reiecerunt: de quibꝰ dñs
dicit: q̄ nō credit iā iudicatus est. Et de quibꝰ paulꝰ ait.

Roñ.ij.

Qui sine lege peccauerunt/ sine lege peribunt. De quibꝰ

Ps̄.j.

etiā ps̄ ait. Nō resurgent impij in iudicio. Resurgēt ꝙp
pe etiā oēs infideles sed ad tormentū non ad iudicium
vñ petrus cantor. Qui nō credit non habens. s. characte
rem fidei/ iā iudicatꝰ est. Non enī fiet cū tali discussio et
examinatio cum caruerit charactere ⁊ domino regis et
cōstet curie talem esse de reprobis nec de familia dei. vñ
sine sentētia rapietur in ignē eternū. Habēs aūt chara
cterē regis ⁊ signū quo ab alijs sepatus erat citabiť vt

Mat.xxv

hō regiꝰ: sꝫ et q̄ discussio et disceptatio cū eo: Esuriui ⁊
nō dedistis mihi māducare ⁊c̄. Tādēqꝫ ꝓ nō ſuato cha
ractere ⁊ dñio regis fiet sententia in eū dānādū. Grego.
Nā et princeps terrenā rempublicā regens aliter punit
ciuem interius delinquentē atqꝫ aliter hostē exterus re
bellantē. In illo enī iura sunt cōsulit: cōtra hostē ṽo bel
lū mouet/ ⁊ de pena eiꝰ quid lex habeat nō requirit. hec
Grego. Perfecti ergo iudicabunt et nō iudicabunť: alij
fideles facta discussione euāgelica de operibus miseri

Judicandi forma.

cordie iudicabunť: quidā ad gloriā: quidā ad penā: infi
deles aūt iam iudicati sunt. Vbi non putatur ꝑ tractū
⁊ morā tēporis singulorum examinatio: sꝫ simul merita
singulorū discutiet: et discussa iudicabit. Tūc enī libri
consciētiarum pandentur: et ipse liber aperieť qui dici
tur liber vite: quo fiet et simul omniū omnia secreta om
nibꝰ tāta certitudīs claritate patescāt: vt ꝯtra testimo

nium veritatis loquentis in christo:et ꝯscientie cuiusqꝫ
pariter contestātis:nulla inficiādi/defendendi vel excu
sandi seu subterfugiēdi pateat semita quin recipiat vnus
quisqꝫ ꝭm merita sua. August. Fiet eni virtute diuina vt
cuiqꝫ opa sua vel bona vel mala cūcta ī memoriā reuocē
tur/et mentis intuitu mira celeritate cernantur:vt accu:
set/vel excuset conscientia conscientiā.hec Augu. Tunc
apta erit separatio sicut morū sic et vite singulorum. Di
cit aūt Aug. ꝙ tot homīes saluabunꝭ quot demones ce

Saluādorū numerus.

ciderūt. Sed Greg.dicit ꝙ tot homines saluabunꝭ quot
angeli perstiterunt. Dixerunt etiā quidā ꝙ duo parietes
erunt in celo:scilicet vnus hominū/et alter angelorū: et
ꝙ ruina angelorū restaurabitur per virgines / et de alio
pariete tot erunt saluandi quot in alio pariete sunt vir:

Iudicij recordatio vtilis ē

gines et angeli. Bonum esset et vtile de hoc iudicio fre:
quēter cogitare:vt cogitatio tante angustie nobis timo
rē incuteret/et timor incussus a nobis peccatū perpetra
tū expelleret/et nos a ꝑpetrando arceret exēplo Hiero.
dicētis. Siue comedā:siue bibam: siue aliquid aliud fa:
ciā:semp videꝭ in auribꝰ meis sonare illa vox terribilis.
Surgite mortui:et venite ad iudiciū. Grego. Si qua est
presentis temporis leticia:ita agenda est vt nunqꝫ ama:
ritudo sequētꝭ iudicij a memoria recedat. Ansel. In ma:
tutino.i.in ꝯtemplatione extremi iudicij:quod nocti pre
sentis tanqꝫ lux matutina succedit interfice omnes pec:
catores terre.i.delicta atqꝫ peccata cōuersationis terre:
ne:vt disperdas de ciuitate dñi quam in te illi edificare
debes/oēs operātes īiquitatem.i.dyabolicas suggestio
nes:odibiles deo delectationes:mortiferos consensus ⁊
opera peruersa. Ab omnibus his tāqꝫ ciuitas dei debes
emundari vt placitā in te māsionē sibi creatori inueniat
obtineat et possideat.hec Ansel. Hec ergo oīa pēsantes
euigilemus totis viribus:et voluntati dei obtemperan:
tes remedia ꝗramus:bñficiaqꝫ dei circa nos cogitātes
assidue pctā studeamꝰ pro posse vitare:vt iudicio illi ter
ribili mereamur securi assistere. Ad qđ bene hortaꝭ nos

Mala hic tolerāda sunt.

tim fiduciā prestitit: depulit metū. Cui queso in dubijs estuanti ꝛ fluctuāti nō subito ad inuocationē clari noīs emicuit certitudo. Cui in aduersis diffidēti iā iāqꝫ deficienti si nomē adiutorij sonuit defuit fortitudo. Nimirū morbi et languores anime isti sunt illō medicina. Deniqꝫ et probare licet. Inuoca me (inq̄t) in die tribulationis: eruā te et honorificabis me. Nihil ita ire impetum cohibet: supbie tumorē sedat: sanat liuoris vulnꝰ: restringit luxurie fluxū: extinguit libidinis flāmam: sitim tēperat: auaricie ac totiꝰ indecoris fugat pruriginē. Siqdē cū noīo iesum hoīem mihi propono mitē et humilē / corde benignū: sobriū / castū / misericordē: ꝛ oī deniqꝫ honestate ac sanctitate conspicuū: eūdēqꝫ ipsum deū oīpotētem: q̄ suo me exēplo sanet et roboret adiutorio. Hec sīt mihi sonāt. Sumo itaqꝫ mihi exēpla de hoīe: et auxiliū a potente. Illa tanqꝫ pigmentarias species: hoc tāqꝫ vnā acuā eas: ꝛ facio confectionē cui similē medicorū nemo possit. Hoc tibi electuariū habes o aīa mea reconditū ī vasculo vocabuli huius qđ est Jesus: salutiferum certe qđqꝫ nulli vnqꝫ pesti tue inueniat inefficax. Semp tibi in sinu sit / semp in manu quo tui oēs ī iesum ꝛ sensus dirigant et actus. Deniqꝫ et inuitaris. Pone me (inquit) vt signaculū in corde tuo: signaculū in brachio tuo. Sꝫ hoc alias. Nūc vero habes vnde ꝛ brachio mediaris et cordi. Habes inq̄ꝫ in noīe iesu vnde actus tuos vel prauos corrigas / vel minus pfectos adimpleas. Itēqꝫ vū tuos sensus aut serues ne corrumpant / aut si corrūpuntur sanes. De hoc etiā dulci noīe iesu. Bern̄. alibi quasi iubilādo sic dicit. Jesu dulcis memoria dans vera cordis gaudia: sed sup mel ꝛ oīa eius dulcis presentia. Nil canit suauiꝰ: audit nil iocūdiꝰ: nil cogitat dulciꝰ q̄ꝫ iesꝰ dei filius. Jesu spes penitentibus: q̄ꝫ pius es petentibꝰ: q̄ꝫ bonus te querentibus / sed qđ iuenientibꝰ. Jesu dulcedo cordiū: fons viuus: lumen mentiū: excedis oē gaudiū / ꝛ oīne desideriū. Nec lingua valet dicere / nec littera exprimere: expertus pōt noscere quid iesum sit diligere. Jesum queram ī lectulo clauso cordis cubiculo: priuatim et in publico querā amore sedulo. Cū Maria diluculo iesum querā in tumulo: clamore cordis querulo: mente querā non oculo. Tumbā pfundā fletibꝰ: locū replens gemitibꝰ: iesu puoluar pedibꝰ: strictis herēs amplexibus. Jesu rex ammirabilis et triūphator nobilis / dulcedo ieffabilis totus desiderabilis. Mane nobiscū dn̄e: ꝛ nos illustra lumine: pulsa mētis caligine: mundū reple dulcedine. Qn̄ cor nostrū visitas: tunc lucet ei veritas: mundi vilescit vanitas: et intus feruet charitas. Amor iesu dulcissimus: et vere suauissimus: plꝰ millies gratissimus: q̄ꝫ dicere sufficimus. Hoc probat eiꝰ passio hoc sanguinis effusio: per quā nobis redēptio: datur et dei visio. Jesum oēs cognoscite: amorē eiꝰ poscite: Jesum ardenter querite: q̄rendo inardescite. Sic amātem diligite: amoris vicē reddite: in hunc odorem currite: ꝛ vota votis reddite. Jesu auctor clementie: totius spes leticie: dulcoris fons et gratie: vere cordis delicie. Jesu mi bone sentiā: tui dulcoris copiā: da mihi p presentiā: tuā videre gloriā. Cū digne loqui nequeā: de te tn̄ nō sileā: amor facit vt audeā: cū solū de te gaudeā. Tua iesu dilectio: grata mentis refectio: replet sine fastidio: dans famē desiderio. Qui te gustāt adhuc esuriūt: qui bibunt adhuc sitiunt: desiderare nesciūt nisi iesum quē diligūt. Quē tuꝰ amor ebriat: nouit qđ iesus sapiat: q̄ꝫ felix ē quē satiat: nō est vltra qđ cupiat. Jesu decus angelicū: in aure dulce canticū: in ore mel mirificū: in corde nectar celicū. Desiderate millies Jesu mihi qn̄ venies / me letum qn̄ facies / me de te qn̄ saties. Amor tuꝰ ꝯtinuꝰ / mihi languor assiduus: mihi iesu mellifluus: fructus vite ꝑpetuꝰ. Jesu summa benignitas: mira cordis iocunditas: incōprehensa bonitas: tua me stringit charitas. Bonum mihi diligere: iesum non vltra querere: mihi prorsus deficere: vt illi queam viuere. O iesu michi dulcissime: spes suspirantis anime: te querūt pie lachryme: ꝛ clamor mētis intime. Quocunqꝫ in loco fuero: meū iesum desidero: q̄ꝫ letus cum inuenero: q̄ꝫ felix cū tenuero. Tunc amplexus: tūc oscula: que vincunt mellis pocula: tūc felix xp̄i copula: sꝫ in his parua morula. Jam qđ quesiui video / qđ cōcupiui teneo: amore iesu langueo / ꝛ corde totꝰ ardeo. Jesus cū sic diligit / hic amor nō extinguitur: nō tepescit nec morit / plꝰ crescit ꝛ accendit. Hic amor ardet dulciter: dulcescit mirabiliter: sapit delectabiliter: delectat et feliciter. Hic amor missus celitus heret mihi medullitꝰ: mētē incēdit penitꝰ / hoc delectat spōs. O beatū incendiū: o ardēs desiderium: o dulce refrigeriū amare dei filiū. Jesu flos matris ꝟginis / amor nostre dulcedinis: tibi laus honor numinis / regnū beatitudinis. Jesu sole serenior / ꝛ balsamo suauior: omni dulcore dulcior / pre cunctis amabilior. Cuiꝰ gustus sic afficit / cuiꝰ odor sic reficit: in quem mens mea deficit / solus amanti sufficit. Tu mentis delectatio / amoris cōsummatio: tu mea gloriatio / iesu mundi saluatio. Sequar q̄cūqꝫ ieris / mihi tolli nō poterj: cū meū cor abstuleris / iesu laus nostri generis. Dilecte mi reuertere / consors paterne dextere. hostē vicisti prospere / iam celi regno fruere. Celi ciues accurrite / portas vr̄as attolite: triūphatori dicite / salue iesu rex inclyte. Rex virtutū: rex glorie: rex insignis victorie: iesu largitor gratie: honor celestj curie. Tu vere lumen patrie / tu fons misericordie: pelle nubem tristicie / nobis dans lucē glorie. Te celi chorus predicat / et tuas laudes replicat: iesus orbē letificat / et nos deo pacificat. Jesus in pace imperat / que oēm sensum superat hunc mens mea desiderat / et illo frui pperat. Jesus ad patrē redijt / celeste regnū subijt: cor meū a me transijt / post iesum simul abijt. Jam prosequamur laudibus / iesum hymnis et precibus: vt nos donet celestibus / cum ipso frui sedibus. Amen.

Oratio.

O Jesu christe fili dei viui pro his ꝛ oībꝰ que de te pie credimꝰ et credere debemꝰ tibi gratias licet indignas referimꝰ: ꝛ per ea te suppliciter exoramꝰ / vt teipꝫ ex parte oīm / celestiū terrestriū et infernorū deo patri offeras indignā laudē omniū in quibus summam trinitatem laudabilem recognoscis: et in plenam gratiarum actionem pro quolibꝫ beneficio a singulis debitam creaturis: atqꝫ ī verā emēdationem omniū malorum ab origine mundi cōmissoꝝ et insufficientem persolutionem omniū bonorum vnqꝫ omissoꝝ: in suppletionem quoqꝫ meriti omniū beatificatorum / et gratie omniū iustificatorum / ac emendatiōis omnium peccatorum: refrigerijqꝫ omnium purgandoꝝ necnon in reuelationem omnis indigentie corporis et anime singulorum. Amen.

¶ Finitur secunda et vltima pars huius libri de vita Christi.

¶ Sequitur vita diue Anne / et mariti eius Joachim parentum diue virginis Marie: in qua etiā sacrosancte virginis hystoria vsqꝫ ad incarnationē que in vita christi explanata est continetur.

¶ Vita gloriosissime matris Anne christipare virginis Marie genitricis: ab ascensio in cōpendiū redacta: ex hystoria suauissima eiusdē matris Anne: ab religiosissimo viro. F. Petro dorlando ordinis carthusien. in zelem theutonice prius edita.

¶ De diue Anne parentibus / et coꝝ nuptijs. Capitulum Primum.

Appropinquante plenitudine temporis quo per filiū suū deus humanū genꝰ redēpturꝰ erat: septuagintaseptē (vt diuus Cirillus carmelita ait) ante diuini ꝟbi incarnationē annis floruit ī iudea virgo q̄dā generosissima ex dauid stirpe nata: diues admodū: mireqꝫ formosa: optime morata: valideqꝫ cordata / ac spei de redēptione israel refertissima: que cum parentum venia / filios prophetarū in carmelo visitare solita: ab eisdem moribus et prudētia / ac sanctitate plurimū illustrabatur: donec iam matura viro iam plenis nubilis annis: matrimonio ad generis propagationem a parentibus optimis et prudentissimis ex veteri instituto addiceretur. Quibꝰ tamē virgo / castis colloquijs imbuta: ꝟginaliqꝫ vite assueta: animoqꝫ destinata / ꝑmū refragata: rē ad carmelitas retulit. Qui ī ieiunio / ꝛ oratiōe deū ꝯsuluerūt: donec coꝝ tres ī spū rapti: radicē videre pulcherrimā geminā ex se arborē emittētē: e quaꝝ altera natꝰ est ramus speciosissimus tria diffundens ramalia: e quorū primo longe decentissimo: natus est flos purissimus atqꝫ fragrātissimus: odore celū ac terrā per

fundēs optimo. Ex relicis quoqꝫ prioris arboris ramalibus flores nati sunt: si seorsū spectent pulcherrimi: sed ad p̄mi floris cōparationē nihil. Ex altera vero arbore orta est v̄ga sane pulchra: pulchriorē ꝓducens florē: nec tn̄ p̄mo ꝯparabilē. Hac radice sic visa / audita est simul vox dicens. Hec radix est emerentia nr̄a: magne propagationi destinata. Qua re intellecta virgo deo et parētibus obediens. Stolano viro iusto et deū timenti nupsit.

De natiuitate duarū emerentie filiarū. Capitu. ij.

Contracto matrimonio et legitime cōsummato Emerentia concepit et peperit filiā Ysmeriā noīe: que suo tēpore matrimonio data genuit filium Eliud: et filiā Elizabet. Eliud autem Emyn genuit patrē nemecie: e qua sanctus Seruatius genitus est. Elizabeth autē Johannē baptistā precursorē dn̄i in senectute sua enixa est. Concepit preterea et peperit Emerentia alterā filiā: cui anne .i. gratie dei nomen indidit: que vere gratia dei quia ex eius filia processit saluator mundi: vti docebunt sequentia.

De diue matris Anne cōiugio et elemosynis. Ca. iij.

Crescente autē et moribus et etate de qua nobis est sermo anna: habitanteqꝫ in ciuitate dauid bethleē noīe: placitū est parētibus matrimonio dedere: nupsitqꝫ viro optimo de ciuitate galilee cui nomen nazareth: noīe Joachim. Qui cum honestissime in timore dei et spe certissima cōuersata est hoc (vt Hiero. attestatur) instituto: vt bona sua tripharia diuiderent: partēqꝫ vnam tēplo dei et eius ministris hoc est clero darent. Secundā peregrinis et ceteris pauperibus: tertiā suis suorūqꝫ necessitatibus. Quo pacto diu: et (vt plures volunt) ad vigesimū vixerunt annum sine prole: pro qua tamen sepe preces fuderant.

De sterilitate et rubore quē ob eā passi sunt. Cap. iiij

Verū licet deo ita ordinante diu steriles essent nō tamē ipsi minus seruierūt: nec elemosinas minores fecerūt: sed potius maiores: in spe firma ipsum rogantes vt opprobriū sterilitatis auferre dignaretur. Cū autē solemnitatū et ceremoniaꝝ obseruantissimi essent: accidit vt in festo tabernaculorū Joachim more solito cū fecundis oblationē in templū offerret: quē cū isachar summus pontifex ⁊ ruben scriba conspicerēt: cum summo opprobrio eius munera reiecerunt / ipsumqꝫ cōtumeliose exploserūt dicentes. Quis te tam audacem ac temerariū fecit hominū inutilissime: vt cū fecūdis audeas ad altare dn̄i offerre munera tua: cū sis ip̄e sterilis ⁊ maledictus a dn̄o in lege? Exi igitur ꝙ̄ primū: sciens nec te / nec munus tuū gratū dn̄o. Nisi enī te contēneret: sterilē nō pateretur. Caue autē post hac tēplū oblaturus ingredi. Quo audito cū rubore summo / sed sine murmuratione exijt de tēplo (ignorāte id anna coniuge) ad pastores pecoris sui in agro: vbi in loco secreto se se in lachrymas profudit dicens. Oīpotēs ac misericors deus qui oīa vides ⁊ intelligis: scis quia ambulaui corā te in veritate et fide nō ficta: in mādatis tuis q̄ dilexi nimis: quo circa clementissime deus precor maiestatē tuā: aufer opprobriū domus mee: et cōcede cōiugi mee castissime atqꝫ fidelissime fecunditatē vt me prole letificet: quā si dederis tuo perpetuo mancipauero famulatui. Quo cū lachrymis dicto ecce archāgelus gabriel cum lumine inestimabili adest dicens. Joachim amice dei oīpotentis ego sum gabriel archāgelus ad te a deo missus / vt significē tibi ꝙ ꝓ̄ces tue exaudite sunt a dn̄o / qui vidit rubore tuū immeritū. Non enī vltro est deus nature: sed peccati. Permittit aūt interdū sterilitatē vt donet fecūditatē cū gratia: sciaturqꝫ ꝙ proles nō ex carnis voluntate atqꝫ lubricitate: sed dei sit dono concessa. Recordare quō Sara. Rebecca Rachel. et Anna samuelis mater: steriles fuerunt q̄ntum ad naturā: sed ex gratia patriarchas pepererūt et prophetas. Noris ergo ꝙ proles diu desiderata semꝑ fuit cū gratia data. Quocirca coniux tua anna concipiet et pariet tibi filiā noīe mariā. Quā vt vouisti deo dicabis in tēplo nā ex ea mirabile facturus est deus mysteriū. Ne quid autē dubites: vade in domū tuā et habebis obuiā coniugē tuā in porta aurea: que de aductu tuo plurimū letabit. Quo dicto disparuit angelus. sed ad annā redeat narratio. Ea nesciens quo maritus suus Joachim deuenerat: qui quinqꝫ mēsibus absens fuerat nullo accepto cōmeatu: nulloqꝫ discessionis facto iudicio: mira cōfecta est tristitia / verita ne ob suā sterilitatē vir discesserit. Cū autē in lachrymas sese diffunderet: accessit vna ancillarum ad eam dicens. Noli flere dn̄a: sed magis exulta / quia hodie dies est dn̄i: exultemus et letemur in ea. Cū autē consolationē non reciperet: diceretqꝫ vt ad opus suū iret / nec de se sollicita esset illa idignata: cur inquit mihi improperas peccata tua? q̄d ego possum si sterilis es: vtr̄a peccauit ego ne an verius tu: ꝙ sic sterilitate occlusa es? Quā cōtumeliā humiliter et modeste in se accepit: nichil obmurmurās. sed profunde in corde gemēs in pomariū suū secessit: vt lachrymis dolorē mitigaret. Et genua ponēs corā altissimo deo ad quē oculos leuauit sic precata est. Dn̄e deus oꝑ̄s deus israel: fortissime spirituū: qui etiā in aduersitatibus tibi gratias agi vis: ego laudo te: tibiqꝫ gratias ago / ꝙ sterilem me perpessus es: maritūqꝫ a me alienari permisisti: quia certo scio quicquid patior pctā mea meruerūt. Qua cōfessione facta: cecidit in faciē suā et fudit animā suam corā oculis dei et omni afflictione. Et paulo post oculos erigens atqꝫ in celū suspiciens vidit passerē pullos suos in arbore nutrientē / et suspirās ait. Omnipotens deus qui vniuersas creaturas fecūda prole letificas: me tamen ancillā tuā nullo tali dono dignatus es: laudo ac benedico diuinā prouidentiā tuam qua scis quid vtile sit nobis: ꝓ̄cor qꝫ vt si cū salute id fieri potest ne excludas me ab hac gratia etiā auiculis concessa. Scis enī intimū cordis mei votū: quia nō vt voluptati carnis inseruiā: sed vt quā dederis prolē tuo famulatui mancipē eandē requiro. Quibus precibus fusis ecce idem gabriel cū summa claritate dixit ad eam. Ne timeas Anna amica dei altissimi / exaudite enim sunt preces tue: ⁊ fructus ventris tui gratus in oculis dei. Ex te enim nascetur virgo admirabilis in qua totus letabitur mundus. Surge igitur et abi in hierusalē vbi in aurea porta obuium habebis maritū tuum Joachim.

De ꝯceptione ac natiuitate diue v̄ginis marie. Ca. v.

Conuenerunt ergo iuxta verbū angeli ad portam aureā cum summa exultatione promissionem sibi factā renunciātes: vnde gratulabūdi sese in templū cōtulerūt: atqꝫ illinc domū: vbi premissis precibus operā liberis procreādis dantes nō libidine carnali sed bono matrimoniali: puellā genuerūt omniū et speciosissimā et beatissimā: quippe ad hoc ab eterno destinatā / vt vnigeniti dei sine virili semine: sed mystico spiramine mater esset in terris. Felices ꝓfecto / et perbeati parētes q̄ talē progignere meruerūt. Precipue vero felix mater que tā dulci pōdere se grauidā sentiens deū magnificare nō cessauit. Itaqꝫ maturo partu reginā celi et terre (tamet si id forte nondū agnouerat) enixa est. Quis verbis explicet quāto gaudio nō solum domus: sed et vicinia tota perfusa est? Quādo ex ea quā sterilē fleuerant: tam leta fronte: tam sereno vultu: tāqꝫ decenter formato corpusculo lepidissimā iam recens natā cōspexere puellā. Facile creditu est parentes et qui mysteria nouerāt iam tamē egregiā de tali prole cōcepisse spem. Non enī sine magno sacramēto / aut tm̄ dilata aut tam solerter prenūciata visa est talis virguncule conceptio. Veruntamē non continuo dixero quid in virgine latuerit parentes agnouisse alioquin non turbata fuisset in salutatione gabrielis si se parentibus ad id natam cognouisset. Magnū tamen aliquid in eā futurum sperauere: nec spes fefellit eos: vt sequentiū docebit series.

De vita marie vsqꝫ ad annūciationē dn̄icā. Capi. vj.

Nata igitur ineffabili spe ⁊ gaudio maria id nomē mysterio congruēs / q̄d ab angelo priusqꝫ cōciperetur prenūciatū est legitimo tempore suscepit. Et a matre sanctissima decēter lactata et educata: atqꝫ quantum infantilis etas tulit ad diuinas laudes instituta / vltraqꝫ naturā ad id a sancto spiritu / a quo ne in originali culpa conciperetur misericorditer fuerat preuenta: mix in modū adiuta: creuit in omni decentia et honestate: tum morū / tū membrorū / ita vt vix quintū attigerat annū dū iam diuio famulatui visa matura: eidē mancipāda a parētibus qui eā deuouerāt in templū ꝑ̄sentatur: vbi ad nubiles vsqꝫ annos moris erat honestorū parentum filias opificio muliebri / et diuinis canticis erudiri. Nec sine miraculo stupendo hec facta memoratur presentatio: nā vt ventū est ad .xv. gra

dus quibus in templū ascendendū erat: dubitantib⁹ parentib⁹ quonā pacto eā portare possent: ipsa solius spūs sancti ope adiuta hilaris ac celeris stupētibus cunctis ascēdit. Quo facto meruit honorificētius a pontifice suscipi/et diligētius erudiēda cōmendari: sperante videlicet deū aliquid magni in ea operaturū. Nec fefellit eum spes. Superegressa est enī vniuersas: tā in opere textrili ꝗ in cāticis/ac hymnis: oībusqꝫ que ad talē statū pertineāt: quippe quā gratia spūssancti a primo cōceptionis instāti peculiariter semꝑ repleuerat: ⁊ in omī incepto adiuuerat. His itaqꝫ morib⁹/hisqꝫ dotibus ornata ad nubiles excreuit annos. Veruntñ nisi deus aliter disponeret/nubēdi reiecerat animū. Nam diuinis contēplationibus ⁊ angelicis conuersationibus assueta/angelicā in celibatu decreuerat degere vitā. Verū defuncto iā (vt dict⁹ frater Petrus dorlandus asserit) patre (Nā Baptista mantuanus etiā filie nuptias vidisse eū canit: qđ ꝓpter secūdas et tertias anne nuptias non vero simile est) Anna seniorū ⁊ precipue pōtificis cōsilio: cepit filiā ad nuptias cohortari iuxta legis institutū: sed voto ei⁹ intellecto rē ad pontificē detulit: q̄ nouo voti genere stupefactus ex prudentū cōsilio deum consulendū decreuit Ad quā rē totus cōgregatur clerus: ieiunijs et orationibus vacās. At virgo interim vt votis suis annueret deū precari nō destitit: dū gabriel eidem apparēs ait. Ne timeas maria sponsi casti subire thalamū: nā virginitatis non patieris detrimentū. Qua sic consolata/vox diuina ex ꝓpiciatorio ad pontificē audita est: iubēs oēs viros celibes de sanguine marie ⁊ stirpe dauid postridie ad tēplū conuenturos cū virga arida: que in cuius manibus florere inciperet eum virgini spōsum declararet. Interea agabus casto virginis amore captus euentū magica arte sciscitans: nihil scire potuit preterꝙ magnū in virgine latere sacramentum: quo circa repulsam passus ad carmelitas se cōtulit vbi sanctā vitā vixit vsqꝫ ad apostolorū predicationē: qua illis (vt eorū attestātur act⁹) coniūctus est. Conuenientibus autē postridie oībus ad nuptias idoneis: solius Joseph viri casti qui in celibatu vitam degere decreuerat virga floruit. quo circa virgini sponsus datus: et ab angelo eā cōtingeret admonitus/eā diuinis vacare permisit/dūqꝫ (vt quidā non futiles autores volūt) illud Esaie. Ecce virgo concipiet et pariet filiū/legisset: atqꝫ in eius virginis exaltatione mirifice inflāmata esset: diemqꝫ illā felicē aduentare precaretur. Missus est angelus gabriel a deo. Et reliqua que in vita xp̄i ad vnguē sunt pertractata. vbi Annūciatio: Visitatio: et reliqua diue virginis solēnia: quin etiā ipsius assumptio: graphice describūtur. Restat ergo vt reliquā diue Anne hystoriā paucis percurramus.

¶ De reliqua diue Anne vita et migratione. Capi. vij.

Vt vero reliquā diue matris anne hystoriam paucis percurrā: meminerimus Joachim virū sanctissimū dum a filie sue in templū vt vouerat presentatione letus redierat: paulo post vita defunctū esse: migrasseqꝫ ad patres suos spei de redemptione generis humani plenū. Nam de filia preter eius annunciationē/et presentationē mirificā: indolēqꝫ non humanā/sed plane diuinā ex reuelatione spem maximā cōceperat: ex illa videlicet orturā redēptionis autorē. Vbi igitur in hac spe feliciter requieuerat et ab anna coniuge honorifice sepultus erat: ipsa sese ad filiam trāstulit/ea spe vt cū Anna vidua illa cuius in purificationis euāgelio. Lucas meminit: ceterisqꝫ sanctis mulieribus in tēplo deo reliquā vitā dedicaret: sed mox a deo in spū ammonita ad secūdas nuptias transire: domū reuersa cleophe nupsit: ex quo filiā genuit: quā amore prime etiā mariā nuncupandā censuit. Qua nondū bimula cleophas diē obijt. et Anna se tēplo iam dedicandā autumās ad tertias nuptias diuino oraculo reuocat. Nubit ergo viro optimo Salome. Vñ et tertia genita maria: a patre maria salome dicta: et a marito Maria zebedei. Quo circa post nuptias marie matris iesu christi saluatoris nostri: quē de spiritu sancto concepit. Mariam cleophe matrimonio iunxit viro tali coniuge digno Alpheo nomine: qui ex ea genuit Jacobū minorē. Joseph iustum. Simonez cananeū: et Judā thadeū. Et deinde Mariam tertiam salome filiā zebedeo: qui ex ea genuit Jacobū maiorē/et Johannē euangelistā: vt nō inanis censeat ad tertias nuptias diue anne trāsitio. Ad quas (vt sancte moniali ac vestali virgini Colette reuelauit) trāsiuit dei iussu non carnis instinctu. Itaqꝫ non est ei⁹ obedientia in nuptijs vituperanda: sed fecunditas celitus data nobis veneranda: quā celitus datam ambigere non potest qui hystoriā recolit: si enim .xxv. annos cū Joachim vixerat: ⁊ iam sterilis reputata erat dñ matrē dñi genuerat: nō potuit tertiā filiam sine dei dono concipere. Neqꝫ vero sola prolis fecūditate refulsit: sed ⁊ multomagis virtutū prestantia: qua dei filiū ex filia sua incarnatū agnoscere amplecti atqꝫ adorare meruit: vnde et ecclesia olim iam eius recoluit memoriā: quia ad nouum testamentū iccirco pertinere visa est/ꝙ iam presentem agnouit christū saluatorem. Creditur tamen Josep gener eius ante passionē xp̄i in sinum abrae descendisse. Vnde post resurrectionē cum ceteris sanctis educta/et in die ascensionis dñice cū christo in celos assumpta: illinc nos despectat: et sibi famulantibus presentia impetrat auxilia: vt notissima ⁊ plurima ipsius attestātur miracula: a dicto Carthusiano fideliter perscripta. Quis vero rubore immerito ob sterilitatē fuerat affecta: contra ruborē immeritū fidele et frequens prestat patrocinium: quo voto et nos quoqꝫ dānauit. Hec sunt que de diua matrona omnisqꝫ honestatis/ac sanctitatis specimine diua Anna habuimus annotanda. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui Joachim atqꝫ annam gloriosissime matris tue sanctissimos progenitores: ob infecūditatē diuturnā immerito rubore concuti in eorū salutis augmentū permisisti: concede propicius vt eorū meritis et intercessione ab omni rubore et infamia liberati: ad celestem gloriam perduci mereamur. Per te iesu christe saluator mundi: qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorū. Amen.

¶ Judoci badij Gandensis Tetrastichon de sctā Anna

Anna decus mundi: mater genitricis iesu:
  Pro nate meritis det tuus astra nepos.
Primitias nostre pariens sancta anna salutis:
  Nos cum prole tua/cunqꝫ nepote iuua.

¶ Judoci beissellij patricij Aquēsis Rosariū de sancta Anna ad Reuerendū patrē dnm Johannē tritemiū abbatem spanhemensem ordinis diui patris Benedicti.

¶ Quisquis hoc rosariū ad honorē beatissime matris Anne pro deuotione legere voluerit: premittat orationē dñicā cū salutatione sancte Anne: quam semper post duos versus repetat: que quidem salutatio est vt sequitur.

¶ Aue dei genitricis mater venerabilis Anna: sancte trinitati gratissima: pre cūctis mulieribus honorata: benedicta tu a dño: et benedicta proles vteri tui: prolisqꝫ virgineus natus Jesus christus. Amen.

Pater noster. Aue dei.

Anna tuas liceat misero mihi promere laudes
  Nam tibi si pateris serta rotasqꝫ feram. Aue.
Anna nitens regū iude veneranda propago
  Atqꝫ etiam ioachim coniuge clara pio. Aue.
Anna diu steriles fleuisti in coniuge amores
  Vnica nuptuarū gloria: et vnus honor. Aue.
Anna piam sobolem nec vanos queris in vsus:
  Sed colat vt sancta posteritate deum. Aue.
Anna tibi etherea celer astans nuncius aula
  Gaude ait en sobolē mater habebis ouans. Aue.
Anna feres sobolem tanta virtute beatam
  Vt cum virgineo mater honore micet. Aue.
Anna feres gnatā cuius quem non capit orbis/
  Ipse libens subeat viscera casta deus. Aue.
Anna tuo tandem surget de sanguine sanguis
  Qui fusus miseris spem ferat vsqꝫ reis. Aue.
Anna tuum decuit tanta expectatio partum
  Haud facile est matrē matris habere dei. Aue.
Anna tue sobolis laudes super astra volabunt
  Te quoqꝫ felicem secula cuncta ferent. Aue.

Pater noster. Aue dei.

Anna mali puram tu concepisse Mariam
Crederis: et sanctam mox habuisse deo Aue.
Anna aluo gestas quā signauere figure
Venturam: sancti quam cecinere patres. Aue.
Anna geris clausam paradisum ex arbore vite
Felicem: et cuncto ruris honore sacram Aue.
Anna grauis gestas ortum quē flammeus ensis
Custodit cherubin nocte dieq̧ calens Aue.
Anna geris florem qui candida lilia vincat
Et violas humiles coccineamq̧ rosam. Aue.
Anna moysaica per te deprenditur archa.
Etherei panis aurea et vrna iacet. Aue.
Anna geris sponsam veri salomonis: et omni
Gemma exornatam intus et exterius Aue.
Anna geris templum cuius penetralia dulces
Impleuere soni: musica et omnis ouans Aue.
Anna geris velum pulchra sub imagine: patrum
In se gesta tenens: quod tegat alta dei Aue.
Anna geris sobolem cuius phebi aurea vestit
Flāma caput: niueos candida luna pedes Aue.
Pater noster. Aue dei.

Anna exoptate compos iam facta Marie
Pectore vix toto gaudia orbata capis. Aue.
Anna recens nate plauserunt cuncta Marie
Sidera: et insolitū fluxit ab axe iubar. Aue.
Anna tui fetus natalem credere fas est
Te circū angelicos concelebrasse choros. Aue.
Anna tuum partum manes sensere profundi.
Lux noua tunc stygios terruit ipsa lacus. Aue.
Anna parens dubitas manibus cōtingere gnatam.
Sole magis rutilam luminibusq̧ poli. Aue.
Anna quid etheream metuis tractare puellam.
Arridet matri: tristia nulla facit. Aue.
Anna capesse animos en lacteas ad vbera tendit
Gnata: manus teneras et tua colla petit Aue.
Anna moras rūpis: māmas et pectora nudans
Excipis in tenero membra tenella sinu. Aue.
Anna foues gnatam: dulcesq̧ a pectore succos
Ore trahit roseo murmura grata sonans Aue.
Anna feret quantos si scires gnata dolores
Quotq̧ ferat mortes: tu modo nulla fores. Aue.
Pater noster. Aue dei.

Anna tibi est cordi gnatam exornare probatis
Moribus: et summo composuisse deo Aue.
Anna paras celso gnatam importare delubro
Sponte sed ad superum pertigit alma gradū. Aue.
Anna citam lento sequeris gressu atq̧ labore.
Solatur fessam promptula virgo senem. Aue.
Anna quid in tenera miraris virgine robur?
Non humana vides: sed pia signa dei. Aue.
Anna soles inopi et sacris dare munera tēplis
Nunc das quo mulier plus nihil vlla dedit. Aue.
Anna vbi sacratam voluisti degere gnatam
Claustra libens subijt virgineamq̧ domum. Aue.
Anna piam missura: genas et lumina fletu
Conficis: immotam se tenet altus amor. Aue.
Anna domū repetas: gnatam dimitte tonanti
Nil nisi venturum cogitet illa Iesum. Aue.
Anna per ethereos volitet tua nata recessus.
Occupet hanc summo culmine missus amor. Aue.
Anna duas satis est tibi deseruire marias
Hee quoq̧ non modica te pietate colent. Aue.
Pater noster. Aue dei.

Anna tuo fletu docta es succurrere flenti.
Hinc miserum votis tu quoq̧ prompta faues. Aue.
Anna soles fixas nature vertere leges
Sicq̧ voles: sterilis fit modo leta parēs Aue.
Anna etiam fluxe fortune munera sistis.
Ne fugiant nostros lapsa repente sinus. Aue.
Anna fugas dedecus: das pulchre munera fame.
Tu luctus releuas: et tibi cedit amor. Aue.
Anna iuuas seu quem terret. Vis hostica: seu quem
Carceris obscuri vincula seua tenent. Aue.
Anna leuamen ades fidum mortalibus egris
Te duce languenti perdita vita redit. Aue.
Anna parens tumido te inclamat nauita fluctu.
Si iactent laceram flatus et vnda ratam. Aue.
Anna parens nigro es semper metuenda tyranno.
Vt glacies ignem te fugit ille nocens. Aue.
Anna abs te nequeant mortalia pectora frustra
Poscere: quodq̧ voles gnata deusq̧ volet. Aue.
Anna igitur meritis et tanta prole beata.
Anna parens nostras respice magna preces. Aue.

¶ Oratio post rosarium dicenda.

Omnipotēs ac piissime deus/ qui beatā annā in genitricis filij tui matrē eligere dignat⁹ es: concede propitius: vt qui memoriam eius fideli deuotione percolimus: eius meritis et precibus eterne vite suffragia consequamur. Per eundem dn̄m nostrum.

¶ Finis.

¶ De diuo Ioachim patriarcha: et auo iesū christi carmen Asclepiadeum gliconium conditū a magistro Iudoco Clichtoueo Neoportuensi. sicut est sanctorū meritis inclyta gaudia.

Plectrum phebe tuum sume sonorius
Et leni cytharam pollice persona
Nec desint comites carmina condere
Docte castalides dee
Non mens est superum prelia scribere
Aut immissa feris tela gigantibus
Preclarum Ioachim prestat ethera
Dignis tollere laudibus.
Ignorata diu nocteq̧ condita
Tanti clara viri gloria seculo
Tandem conspicuo lumine cognita
(Vt par est) celebrabitur
Vt phebus radium fundere lucidum
Expulso borea nubibus incipit
Sicut gemma latens eruta puluere
Terre clarius enitet
Vt claris soboles orta parentibus
Maiorum celebris stemmate redditur
Sic nati probitas et generositas
Patris gloria creditur
Que clara Mariam stirpe creauerit
Ex qua vera salus prodijt omnibus
Quis dignū celebri laude negauerit
Quem laudare parauimus
Magnis digna dei mater honoribus
Ex diuo Ioachim duxit originem
Qua natus puer est ille salutifer
Et spes vnica gentium
Matrem summa decet gloria candidam
Nato summus honor debet haberi
Ingens huius auum laus decet: et patrem
Illius veneratio
Si patri fuerit gloria prestita
Hec natis etiam prestita noscitur
Illis laus eadem debita creditur.
Nec dispar reuerentia
Hic iunctam thalami federe duxerat
Annam non meritis coniugis imparem
Par illis probitas equaq̧ largitas
Et par cura dei fuit
Horum precipue munificentia
Insignis memori laude reponitur
Produntur siquidem diuitias tribus
Diuisisse suas modis.
Templo prima fuit debita portio
Rerum: pauperibus pars fuit altera
Designata: domum tertia nutrijt
Vsu cōmoda proprio
Vt longo sterilis tempore sepius
Multas Anna preces anxia fuderat
Vt (que sacra deo munera deferat)
Esset prole puerpera
Nam contempta sui munera coniugis
In templo fuerant q̧ sobolis foret

Experso:in sterilis numina pontifex
Irasci thalamos ait
Edes ille suas tectaq; deserens
Ne tristis fieret fabula ceteris
Agris delituit dulcia preferens
Charis arua penatibus
Sed summi pietas numinis optima
Solatrix hominum sedibus angelum
Demisit superis optima nuncia
Qui prolis referat noue
Assistens Joachim nuncius ethere
Missus: tristicia desine confici
Dixit:nãq; salus optima seculi
Nascetur tibi filia
Hec sperata diu gaudia proferet
Confringetq; suis tartara viribus
Hec Eue genitos sanguine lucidas
In celi reuehet domos
Cum sancti monitis credulus angeli
Promisso Joachim munere letior
Uoti compos erat sustulit vt sua
Natam coniuge filiam
O clarum meritis o memorabilem et
Dignum grandiloqui quem tuba personet
Uatis meonij:nos sibi deditos
Summum ducat in ethera. Amen.

Festum principale sancti Joachim est.xvj. die septembris. Cõmemoratio vero eius solẽnis est.ix. die decembris.

Hymnus saphicus beato patriarche Joachim Nazareno decãtatus a fratre Jacobo keimolano carmelita gandensi.

O Pater patrum Joachim beate
Ut tibi gratos modulemur hymnos
Tu foue dulci modo nos clientes
Nectare celi.
Non enim quicq; sumus irrigati
Rore quem dicunt neq; per soporem
Sed nec imbuti sumus aut vel vllo
Nectare celi.
Qui viros claros cecinere quondam
Hi relibutos licet estimarint
Esse se:(falso tamen hoc putarunt)
Nectare celi.
Ne sacer tantum chorus angelorum
Si satis digne celebrare possit
Nos tibi laudes resonemus absq;
Nectare celi.
Hinc tuum nobis petimus iuuamen
Sancte sanctorum Joachim parentum
O pater patrum nimium referte
Nectare celi.
Qui q; in partes tua diuidendo
Erogas iuste miseris et are
Nonne cantamus bene te refertum
Nectare celi?
Et q; in templo patiens ferebas
Que tibi probro dederat sacerdos
Nonne cantamus bene te refertum
Nectare celi?
Cũq; te dignum deus esse duxit
Angelo sancto releuare tristem
Nonne cantamus bene te refertum
Nectare celi?
Tu (quod est magnum) fueras maritus
Illius sancte venerandus Anne
Quã modo plenam canit omnis orbis
Nectare celi.
Tu (quod est maius) genitor beate
Dignus inuentus fueras Marie
Quã quidem scimus magis esse plenam
Nectare celi.
Tu (quod excedit) nouitate christi
Solus e cunctis auus es vocatus
Qui superplenus superefluitq;
Nectare celi.
O potens ergo Joachim sacrate
Sic tuam nobis modo ferto dextram
Ne sacro tandem careamus illo
Nectare celi.
Nunc deo laudes pariter canamus
Qui suo nato Joachim colendum
Hunc auum sumpsit mediante sacro
Nectare celi. Amen.

Eiusdem in eiusdem patriarche laudẽ carmen cuius prime littere habẽt Jacobi Keimolani Carmelite gãdensis carmen saphicum.

Iam preces summo meritas parenti
Ante sacratas resonemus aras
Corde deuoto simul et vocemus
O Joachime.
O tuum sanctum Joachime nomen
Blandius q̃uis sonet hoc ebreis
Id magis deinceps placeat rogamus
O Joachime.
Kinos vt grece loquar et latine
Et philos quare facias vetusto
Iure sint vt pantaphilonta kins.
O Joachime.
Multa cum celo tibi sit potestas
Ob tuum ne nos patiare fructum
Laude predignum tenebras adire
O Joachime.
Astra si sursum videamus omnes
Non tamen mens est vaga semper illic
Ipse opem prestes opus et necesse est
O Joachime.
Carne qui quandam fueris grauatus
Arce iam summa positus/fauere
Rebus humanis melius valebis
O Joachime.
Missa que poscis faciet quidem non
Ille qui ternus deus est/sacrata
Luce nos ergo petimus fruamur
O Joachime.
Inter aulares quid haberis almos
Tu patrum cetus magis eleuatus
Est ne id indigne tibi corrogatum
O Joachime.
Grata nam multum tua vita cunctis
A deo primam meruit salutem
Nec tuis tantum sed et vniuersis
O Joachime.
Debuit digne chorus ille diuum
Esse suppostus tibi/quin et exin
Ne quidem cessat celebrare dicens
O Joachime.
Sic magistratus tuus hic beato
In polis non est onerosus vlli
Sed magis tecum iubilant feruntq;
O Joachime:
Cum nouos cuncti meditentur hymnos
Ad tui laudem superi frequenter
Rite terreni tibi quid sonabunt
O Joachime.
Magna cum magnum tua dona carmen
Exigant.et non valeamus/ipsum
Nostrum hoc acceptes modo qualecunq; est
O Joachime.
Sancte tu nobis Joachime seruis
Ab tuo christo veniam nepote
Posce peccatis tibi supplicamus.
O Joachime.
Patriarcharum decus es priorum

Hinc heres sancte peramandus anne.
Inde tu dignus pater es Marie.
O Joachime.
Cuius (vt tandem sileant miselli)
Uerus et clemens auus es: sit illi
Mira laus: summe quoq3 trinitati
O Joachime. Amen.

¶ Sequentia octo epigrammata condidit frater guillermus Gibaucius sacri ordinis Carthusiensis.

¶ Ludite pieridum redolentia carmina fontes
Nunc ioachim iuuenes ludite: vosq3 senes.
(Magna decent magnos) suaui condita lepore
Carmina diuino nunc ioachim canite.
Si dicis ioachim quis hic est: pater ille superne
Regine est: igitur regulus est superum:
¶ Multiplici sanctum ioachim pulsate precatu
Christicole fedi crimine multiplici.
Stelliferos auus est regis qui condidit orbes:
Et patriarchalis gloria prima chori.
Ergo potest facilem veniam impetrare reatus:
Uirtutis nitidam ferre potestq3 viam.
¶ Laudibus intactam celebras quicunq3 puellam:
Inde iesu christo gratior esse studens.
Uirginis haud graue sit ioachim coluisse parentem:
Quem proprium voluit ipse redemptor auum.
Uirtutes cuius si tollis in ethera laude:
Gratus eris marie: gratus eris q3 iesu
¶ Uirginis eximie patrem celebrate fideles
Quem laus illustrem multiplicata facit.
Qui cum prole sua commune meretur habere:
Nomen: dum christi dignus habetur auus
Hoc duce que cupimus facile impetrare licebit:
Si puro nitidas fundimus ore preces.
¶ Salue christifere ioachim pater alme marie:
Que semper niuea virginitate nitet.
Inter femineas virgo nitidissima turmas:
Egregio nomen ditat honore tuum.
Maiori tamen ipse iesus patris inclyta proles
Eterni: nate stirps benedicta tue.
Illius es genitor auus huius et ipse probaris:
Ergo tua miseros conciliato prece.
¶ Quisquis es et varijs immergeris vndiq3 penis:
Crescit et assiduo plaga / dolorq3 tuus.
Intrepidis ioachim precibus tentes patriarcham:
Qui potis est subitam ferre salutis opem.
¶ Diue pater ioachim Anna cum coniuge salue
Et marie salue caste marite ioseph.
Protinus afflicti maculas expellite cordis:
Ut tua stirps christus det mihi regna poli.
¶ Anna dei matris genitrix: ioachim pater: alme
Joseph: post trinum numina trina deum.
Cernite continuas lachrymasq3 / precesq3 benigni
Et facitote iesus det mihi regna poli

Carmen saphicum eiusdem Guillermi ad eundem patriarcham.

¶ Quando te summum specimen decusq3
Et iesu matris ioachim parens es
Omnium famam superans vetustam:
Tertius nemo tibi: nec secundus.
Dum magis phebe facie choruscas
Aulicos inter superi tonantis:
Qui quasi stelle tibi sint minores.
Cedit in primis patriarcha quisq3:
Ac simul vates reuerentur omnes
Ter / quater patres: reliquiq3 ciues
Felici: caste pariter puelle:
Nam licet virtus animosa in illis
Splenduit solis radiantis instar.
Non tamen sedes superas adissent
Januas celsi: nisi prole celi:
Peruias cunctis maria dedisses.
Que tulit natam sine labe summi.
Principis toti dominantis orbi
Lance qui iusta / trutinaq3 recta.
Premium vite meritis coequat.
(O decus vatum superumq3 vates
Et pater magnis titulis colende
Etq3 preclaris numeris canende.)

Hunc precor tandem rogites vt altis
Gaudeam regnis: celebremq3 viuus:
Et patris nomen: geniti: sacriq3
Numinis: compar quibus est potestas:
Et vigor idem.

¶ Robertus Gaguinus fratri Arnoldo bostio:
Mille licet studeas ioachim preconia linguis
Dicere: nec musis inferiora canas:
Contendes frustra titulos exprimere diui:
Alter ab extremo feruet adesse gradus:
Quis satis accumulet preclara laude parentem:
Uirginis: vnde salus perdita grata datur?
Si fructu infelix fuit arbos illa sciendi:
Qua ruit in miseram nostra propago necem.
Hunc iuste extollas toto conamine germen:
Unde parens magni prodijt alma dei?
Principium ioachim sane est et ianua lucis:
Quam reducem terris eius alumna tulit:
¶ Idem robertus Gaguinus minister generalis sacri ordinis sancte trinitatis.
Dum petis attoli vocali psalte parentem:
Christifere matris: me quid ad ista vocas?
Uis ne liram pulset contracto pollice mancus?
Uis simulet cigni cantica coruus hebes?
Hoc agat excelsa gnarus cantare sophocles
Uel quos instituit dulcis apollo modis:
Sed quis tantus erit laudes qui promat abunde:
Uerbigene christi magni potentis aui?
Hec laudum summa est: fecunda prole salutem
Reddere proscriptis / exulibusq3 focis:
Nonne fores nobis celorum pestifer adam
Clauserat: hic felix germine fudit opem?
Namq3 thoro iunctus matrone nobilis Anne /
Deniq3 mirifica claruit et sobole
Enixa est coniunx melioris nuncia mundi
Gnatam: que genuit integra virgo deum:
Unde luem mortis et tartara dira: beato
Despicimus fine: dum scelus omne vacat:
Est igitur ioachim fidei primaria planta:
Cuius fetura est iesus et ipse nepos:
Quem si fidus amas: si corde vereris: oportet
Pronus auum sancta religione colas:
Si quis enim vitij nonunq3 et criminis expers:
Hunc nullo credas desipuisse malo:
Non potuit vitio ledi tam viuida radix:
Flos vnde et fructus fert super astra comas.
Unde poli sedes et diuum tecta replentur
Unde animi pastum femina: virq3 ferat:

¶ Vita domini nostri iesu christi graphice per religiosum virum Ludolphum de saxonia: candidi ordinis Carthusiensis. extra argentinam / ex euangelijs collecta: et illustrium doctorum elucidationibus illustrata: necnon et biblie concordantijs / et annotandorum indicijs: cum eorum tabellis ab Jodoco badio Ascensio diligenter adhibitis decorata: vna cum diue virginis eiusq3 parentum succinctis memorijs: solerter et fideliter Parrhisijs in vico diui iacobi sub sole aureo coimpressa: a studioso et perito calcographo Magistro Bertholdo Rembolt: ad honorem dei et vtilitatem christi fidelium optatum accepit finem. Anno eiusdem saluatoris nostri. M. D. xvij. Die vero. xxiij. Julij. Deo sit laus et gloria.

Ad lectorem Ascensij Tetrastichon.
Lector habes nitidum quauis ex parte volumen:
Quo saluatoris vita colenda patet.
Ad reliquum: vt gratus Bertholdo sis (moneo) huic qui
Aurea in auricomo dogmata sole premit.